lauant̄ nr̄e macle ꝛc̄. Prima hydria est cō
tritio:q̄ nō est sine grā:iō lauat aiam. De
q̄ ps.l. Sacrificiū deo spūs ꝯtribulatꝰ ꝛc̄.
Scđa hydria seu vas est ꝯfessio in q̄ laua
tur aīa qñ absoluit̄ a sacerdote. Aucto.
Lauare septies in Jordane ꝛc̄.iiij. Re.v.
Itē.j.Joā.j. Si ꝯfiteamur pctā nr̄a fide
lis ꝛ iustꝰ est:vt remittat nob pctā nostra.
Tertia hydria est afflictio pnialis:scꝫ ieiu
niū:qđ lauat aiam:qꝛ multi in afflictione
acq̄runt grām quā prius nō hēbant. Jdō
ij.Parali.vlt. Tu aūt dñe ſm bonitatē
tuā ꝓmisisti penitētiā remissionis pctōꝝ.
¶ Quarta hydria est orō spālis. Modū
orandi ōndit nobis chr̄s Mat.xviij. No
ta Parabolā. Serue neq̄ om̄e debitū di-
misi tibi:qm̄ rogasti me ꝛc̄. Quinta est iu
risdictiōalis restitutio. Reddite oibꝫ debi-
ta. Ro.xiij. Sexta remissio iniuriat̄. Deꝰ
est inuincibil̄ in bonitate. Si ḡ tu remittꝭ
iniurias aliijs:si deꝰ tibi nō remitteret vin
ceres eū in bonitate:qđ est ipossibile. Jō
chr̄s. Si dimiseritꝭ hoibꝫ ꝛc̄. Mat.vj. vꝭ
q̄ v̄ra. Ecce sex hydrie ordinate a chr̄o in
domo sua ad lauādū aias tuās. Lauamini
mūdi estote Esa.j. et Mat.iiij. Penitētiaꝫ
agite ꝛc̄. ¶ Quinta vestis est ꝯtinētia co

iugalis: cū dicit thema. Hoc initiū signorū fecit. Quare chrīs voluit esse i nuptijs ⁊ eas honorare pmo suo miracło: dr Beda ꝙ facere sibi ꝯuiuiū nuptiaꝝ ⁊ mr̄imonīū verū: est quādo habet tres ꝯditiones Prima ꝯditio est ꝙ sponsi habeāt rectaꝫ intētione.s. celestialē: cogitādo q̄d mouet eos ad mr̄imoniū.s. ad finē generādi prolem: ad glīam dei: et supplendā cathedraꝫ illā ⁊c̄. Tunc em̄ bn̄dictio dei. Sed quando mouent intentiōe bestiali cogitādo solum delectationē ⁊c̄. ad malā finē veniet. Nota exemplū de illa puella Sara filia Raguelis: quā mlti duxerūt in vxorē rōne pulchritudinis ⁊ diuitiaꝝ ⁊c̄. De q̄ supra in ꝯmone p̄cedenti pte. j. in. §. Potest ꝯtrahi matrimo. Nota quō diabol⁹ suffocabat eos oēs ⁊c̄. Jdō dixit angel⁹ Tob. vj. Audi me ⁊ ostādam tibi q̄ sunt quibus pōt p̄ualere demoniū: in eos q̄ ꝯiugia suscipiunt: vt deū a se et sua mente excludāt ⁊ sue libidini ita vacent: sicut equ⁹ ⁊ mulus q̄bus nō est intellect⁹. habet sup eos demoniū potestatē. Jdeo hodie mr̄imonia veniūt ad malū finē: q̄ vel nō ꝯueniunt: sed sunt semꝑ in rixa et discordia: vel nō habent ꝓlem: vel si hn̄t sunt stulti ⁊ infirmi: ⁊ iō antiq̄t⁹ ꝯfitebant: ⁊ die nuptiarū cōicabant et stabāt ꝑ tres noctes cōtinentes: sed modo faciūt sicut equ⁹ et mulus. Scd̄a ꝯditio est bona ⁊ vera dilectio int̄ eos. Si esset possibile amor p̄me hebdomade deberet semꝑ durare. Sed postq̄ꝫ sunt sociati vir despicit vxorem ⁊ vxor vult dn̄ari. Et idō dicit scriptura. Mulieres subdite estote viri ꝫ sicut oꝑtet in dn̄o Uiri diligite vxores vr̄as Coll. iij. Nota ꝙ dn̄t ꝯuare fidē mutuā ⁊c̄. Jtē mlier dꝫ obedire viro nisi in his q̄ sūt ꝯtra deū ⁊c̄. Dic vt expedit. Tertia ꝯditio est vt curēt nutrire ꝓlem cū timore dei. Multi solum curāt ꝙ sint sani ⁊ induti. Dic exemplū d̄ illo q̄ cū duceret ad mortē p̄cidit nasū patris dentib⁹ ⁊c̄. Jō Eph. vj. Patres nolite ad iracundiā.s. dei ꝓuocare filios vr̄os sed educate illos ⁊c̄.

Eadem die dn̄ica de nuptijs Sermo. xiiij.

De tertia nuptie facte sūt in chana Galilee. Jo. ij. nuptie dicūt q̄ttuor modis. Primo em̄ dicunt nuptie ip̄e ꝯsensus mr̄imonialis: q̄ est cā efficiens mr̄imonij. Hoc mō accipit Hest. ij. Jussit ꝯuiuiuꝫ p̄parari ꝑmagnificū cūctis p̄ncipib⁹ ⁊ seruis suis ꝑ ꝯiunctiōe nuptijs Hest. ij. ff. de reg. iu. Nuptias nō ꝯuict⁹ sed ꝯsensus facit. Dicūt nuptie ip̄e carnal' copula seq̄ns mr̄imoniū. Hoc mō Gen̄. xxix. Tādē potit⁹ optatꝫ nuptijs amorē seq̄ntꝫ p̄ori p̄tulit. Tertio dicunt nuptie dotes q̄ dant viro ad supportāda onera matrimonij. Hoc mō accipit. Exod. xxj. Prouidebit puelle nuptias ⁊ vestimēta ⁊ p̄ciū pudicitie nō negabit. Quarto dn̄t nuptie ip̄m ꝯuiuiū q̄d in solēnitate mr̄imonij fieri ꝯsueuit. Hoc mō accipit Gen̄. xxix. Uocatꝫ mltis amicoꝝ turbis i cōuiuiū: fecit nuptias. Et ita accipiūt hic. De istis ḡ nuptijs erit ꝯmo Salutet ꝟgo Maria ⁊c̄. Pro cōplemēto ꝯmonis exponent ꝟba ꝓposita q̄druplicit ꝯm ꝙ q̄druplex ē differētia nuptiaꝝ. Primo sūt nuptie historice siue lr̄ales. Scd̄o sunt nuptie Tropologice siue morales. Tertio sūt Allegorice siue diuiales. Quarto sūt Anagogice siue sup̄nales. Prio ḡ nuptie ⁊c̄ Jste ꝯhunt int̄ virū ⁊ vxorē. De q̄bus hr̄ in euāgelio: ⁊ fieri dn̄t i chana galilee die tertia. Chana interp̄tat zel⁹ ⁊ ꝯcat amorē q̄ int̄ ꝯiuges esse dꝫ. Eph. v. Uiri diligite vxores vr̄as sic̄ ⁊ chrīs dilexit ecclesiā ⁊ tradidit semetip̄m ꝑ ea. Et subdit Uiri dn̄t diliget vxores suas vt corꝑa sua q̄ vxorē suā diligit seip̄m diligit: dꝫ tamen iste amor eē ordinat⁹ sub dō ⁊ ei⁹ mādatꝫ. Nō em̄ dꝫ aliq̄d facere vir ꝑ vxore ꝯ̄ deuꝫ nec econuerso: q̄d faciūt q̄dā ⁊c̄. Dic vt expedit. Jō Hiero. ⁊ habet in decretꝫ. xxxij. q. iiij. Origo. Adulter inq̄t est i suā vxorē amator ardētior: i aliena q̄ppe vxore ois amor turpis ē: i sua nimis ⁊c̄. Galilea ꝟo interp̄tat rota seu trāsmigratio: ⁊ designat mōm q̄ sꝑ est in rota. Un̄ mōs dicit a motu: q̄ sꝑ mouet triplici motu.s. locali. Nā celi semꝑ sūt in motu. Jtē motu naturali corruptiōis ⁊ generatōis: ⁊ q̄ hodie viuimus ⁊ cras morimur et corrupimur. Jtē motu sp̄ūali seu morali: q̄ volūtates: de

sideria/et passiones hũane mutant. Job. xiiij. Homo natus de mliere breui viuēs tempe: replet mltis miserijs/qui q̃si flos egredit et ɔterit/ꝛ nunq̃ in eodē statu ꝑmanet. Sic et bona tēpalia.s. dignitates: officia/honores/glorie/regna/pompa/diuitie: semꝑ sunt in motu. Vñ Ouis. Oia sunt hoim tenui pendētia filo. Et subito casu q̃ valuere ruunt Ouidi⁹ in lib.iiij.de ponto. Itē Boeti⁹. Quid me felicē totiens iactastis amici. Qui cecidit: stabili nō erat ille gradu. Igit q nuptie fiant in galilea designat q nuptie solū in vita presenti et in mūdo isto durant. post mortem dissoluit vinculū nuptiale. Ro.vij. Que sub viro est mlier viuēte viro alligata est legi. Si autē mortu⁹ fuerit vir: soluta est a lege. Et h̄ in.c.penul.et fi.de secūdis nuptijs. Et iō dicunt Theologi: Canoniste et legiste: q si vir mortu⁹ resurgeret/nō tenet recipe illā q̃ dum viueret fuerat vxor sua/nec ecōuerso. Ratio est: qꝛ matrimoniū ꝑ mortem dissoluit: vt dictū est. Et in aute.de nupt.§.Deinceps.coll.iiij. Obligatio autem semel extincta nūq̃ reuiuiscit.l.qui res.§.Ad eam.ff.de solutio.ca. Queris.de conse.dist.iiij.ergo ꝛc. Secus aūt est in alijs sacramentꝭ ɔferentib⁹ caracterē cuiusmodi est baptism⁹/crisma et ordo: qꝛ talia nō sunt iteranda post mortē/si resurgeret baptizatus/ɔfirmat⁹ vel ordinatus. Ratio differentie est: qꝛ illa imprimūt caracterē in aīa indelebilē: qui fundat in ipsa essentia anime/sed mrīmoniū non. Obligatio em̄ q̃ ex mrīmonio orit ꝛ vinculū mrīmoniale sunt ens ratiōis fundatū sup corꝑibus ɔiugum. Vñ eis corruptis corrumpit simul/et ipsa obligatio et vinculū mrīmoniale. De his nota ꝑ Joan.et alios in.c.Fraternitatis.de frigi.et malefi. Similit etiā post resurrectionē generalē corpoꝝ si vir habuisset plures vxores vel econuerso: nullum erit mrīmoniū. Mat.xxij. In resurrectione neq̃ nubent neq̃ nubent: sed erūt sicut angeli dei in celo. Ecce ꝙ quō nuptie fiunt in Chana galilee. Sꝫ vt thema: qꝛ die tertia facte sunt. ꝑ tres dies significāt tria bona mrīmonij in q̄bus consistit essentialit matrimoniuꝫ ꝑser tim in triplici bono.

Prima dies est bonū prolis.

Scd̄a est bonum fidei.

Tertia est bonū sacramenti.

¶ Ad hūc principalē finē institutū est a deo mrīmoniū in ꝑadiso terrestri. Gen.j. Crescite et mltiplicamini. Vel ꝑ alia verba. Nucios ex ossib⁹ meis. Gen.ij.c.in fi. Et nota in ca.vno.de voto.li.vj. In h̄ verum est. Si ɔiuges sunt potentes prolem facere: et intendūt ɔiungere vt coniuges. Si vero impotentes sunt ad prolem: possunt aliū finem honestū intēdere. puta finem euitande fornicatiōis si saltē sunt potentes ad actum carnalem: sic ɔtrahunt senes. Vel etiā si nō ad hunc actū potentes sunt: possunt intendere finē sicut cohabitantes insimul vt frat et soror: cōmunicēt sibi mutua seruitia ꝛ auxilia: vt in.c. Consultationi.de frigidis. Similr etiā potentes sunt mascul⁹ ꝛ femina ad prolem generandā: nō tamen intendant ɔtrahere ꝑpter prolē: qꝛ non intendūt cohabitare sicut ɔiuges. sed sicut frat ꝛ soror: p̄nt aliuꝫ finem intendere sicē fuit mrīmoniuꝫ inter virginē ꝛ Joseph. Inter q̄s fuit verū mrīmoniū: q̄uis nō esset int eos intentio saltem explicita prolem generādi: presertim ex parte virginis gl̄iose. Luce.j. Quō fiet istud qm̄ virū non cognosco? Et habet in decretꝭ.xxvij.q.ij. Beata maria. Ex q̄ pꝫ q intentio ad ꝑlem nō est de essentia mrīmonij: neq̃ explicita neq̃ etiā implicita: sic ꝓbat.c. Cōmissum.de sponsali. q̄uis si intentio non habendi proleꝫ exprimat per modum turpis conditionis nihil valeret mrīmoniū propt ꝓhibitionē legis canonice. De q̄ in.c.vltimo de condi.appositis.


¶ Scd̄s dies/est bonū fidei qd̄ hꝫ duos actus. Primus est affirmatiu⁹ vt.s. vir ꝛ vxor mutuo sibi debitū reddāt.j. Cor.vij. Vxori vir debitum reddat: similit ꝛ vxor viro. Unde si petat debituꝫ vir etiā in die festo: dꝫ vxor reddere ei si vir monit⁹ dulcit nolit abstinere. Scd̄s actus est negatiuus: vt cū altero vel altera non polluat neq̃ ducat aliū virū viuente primo: ꝛ econuerso ꝛc. Quāuis fuerit vir absens ꝑ quadriennū causa captiuitatꝭ vel ꝑegrinationis quinimo quantocūq̃ annoꝝ numero fuerit vir absens: non debꝫ vxor aliū virū ducere: nisi certū nunciū recipiat de morte viri. Vt ꝓbat.iij.c. In p̄sentia. de spon.

sal. Quāuis olim d̄ iure ciuili. ff sol. ma. Et. aliter fuerit ordinatū. vt in. l. vxores. ff. de diuortijs. et. C. d̄ repudijs. l. vxor. Que leges sunt hodie etiā de iure ciuili reuocate vt in auten. hodie. C. de repu. q̄ sumit ex corpore. autē. vt liceat matri et auie. §. qd̄ aūt. coll. viij. Sʒ adhuc p istos duos dies non perficit matrimoniū: qꝛ posset esse intentio prolis et ablutio ad fideʒ/etiā inter cōcupiscētias. Requirit ergo tertia dies q̄ sequit. ¶ Tertia ergo dies est bonū sacramenti: et accipit hic sacramentū pro inseparabilitate. nō autēʒ pro ipso sacramēto matrimonij: qꝛ sic nō est bonū/sed est substantia mrimonij. vt notat. xxij. q. ij. omē. Est autē notandū q quadruplex insepera bilitas debet esse in matrimonio ad perfectionē ipsius: vicʒ inseparabilitas animorū corporū/habitatiōis/et vinculi. Prima est animorū: que est essentia matrimonij quādo ꝯtrahūt. Dʒ etiā esse cōiunctio animorum in mutuo amore. Vide alibi. Secūda est cōiunctio corporū: de qua dictuʒ est alibi in alio smone. Hec cōiunctio potest p adulteriū alterius cōiugis separi. de diuortijs. ex literis. et. c. significasti. xxvij. q. ij. c. agathosa. Tertia est ꝯiunctio vinculi matrimonialis: et hec est inseparabilis/nisi per mortē naturalē/si matrimoniū est cōsummatū. si vero nō sit cōsummatū: est separabilis per ingressum religionis: q̄ est mors spiritualis. De cōuersi. coniu. verū. et. c. ex publico. Unde alia causa: nec papa posset dissoluere sʒ theologos. De quo videtur casus in. c. ex pte. et ibi per do. Abba. sicu. de cōuersi. coniu. Canoniste tamē dicunt contrariū: quorū opinio videtur pbari in dicto capi. ex publico. Quarta coiunctio est habitationis: quia debent simul habitare/vt mutua sibi seruitia reddāt. Ergo quattuor cōiunctiōes debent esse inter cōiuges/ad hoc vt matrimoniū eorū sit sanctum. Dicūtur autē ista tria bona dies/p pter lucē gratie: que confert in matrimonio fideliū. Nam cū matrimoniū fideliū sit sacramentū noue legis: sequit q ex eo confertur gratia instrumētaliter: quia sacramētū est inuisibilis gratie/visibilis forma cuius imaginem gerit et causa existit. Unde sacramēta noue legis sunt/et signa et causa gratie: ad differentiā sacramētorū veteris legis/que erāt tm̄ signa gratie. vt notat magr̄ sen. in. iiij. dist. j. Et pter hoc reprobat opinio quorūdam canonistarū qui tenēt contrariū. vt notat Glo. c. significante. qui matri. accu. pos. Dicunt em q in matrimonio nō confert gratia: allegantes duas rationes. Prima est q in matrimonio interfuit pecunia/scʒ dos. sed p pecuniā nō confert gratia: quia pecunia est cōtraria gratie. Actuū. viij. dixit Petrus ad Simonē magum. Pecunia tua tecum sit in perditiōe: quonia donū dei existimasti pecunia possideri. Secūda ratio: quia matrimoniū est cōmune fidelibus et infidelibus. De diuor. gaudemus. et de cōsan. et affini. de infidelib. Infideles autē non sunt capaces gratie: qꝛ sine fide impossibile est placere deo. Heb. xj. Sed ex pdictis ptʒ/q expositio siue oppositio ista est contraria veritati: et designat in hoc euangelio/in quo dicit q saluator honorauit nuptias triplici honore. s. Primo per exhibitionē sue pñtie. Scd̄o p ostensioneʒ sue potētie. Tertio p infusionē vere credētie. Per qd̄ datur intelligi q quādo mrimoniū cū dei timore cōtrahit: christus venit ad cōiuges p gratiā/et cōuertit aquā concupiscētie carnalis in vinū charitatis: per quam fides viuit q̄ prius forsitan mortua erat. Nec obstant rōnes in cōtrarium allegate: qꝛ ad primā dico q pecunia non interuenit pter sacramentū matrimonij/sʒ pter matrimonij onera supportanda: propter q̄ licent q̄nqʒ ea q̄ al's nō licerent. Sicut ptʒ in simili. Nam pter onera matrimonij licitū est genero accipere fructus pignoris vltra sortē in principale sine vitio vsurarie prauitatis: qd̄ al's non liceret. qꝛ fructus pignoris regulariter cōputant in sortē. Probant hec in. c. salubriter. et. c. j. d̄ vsuris. Ad secundā rationē dico q matrimoniū infideliū non est sacramentū q̄uis sit verū matrimoniū: qꝛ baptismus est ianua sacramentorū et fundamentū: vt in. c. venies. de psby. nō bap. et in. c. j. de cogna. spi. li. vj. Et io nec mirū si gratia ex eo nō cōfertur: amplius dico q in matrimonio fideliū nō cōferet g̃ra: si cōiuges se nō disponūt ad grām recipiendā: qꝛ actus actiuorū sunt in patiēte disposito. Et ideo debēt cōiuges se cū reuerētia pparare/cū inten

dunt ↄtrahere mr̄imoniū:p̄missa.s.contri
tione pctōꝝ:confessione ⁊ satisfactiōe ⁊c̄.
Alioquin non solū nō confert eis grā:q̄n
imo diabolus noie Asmodeus super eos
accipit p̄tātez ex iusto dei iudicio. Vñ di
xit angelus Raphael Tobie. Audi me ⁊
ostendā tibi q̄ sunt quibꝫ p̄ualere pōt de-
moniū.in eos qui ↄiugiū ita suscipiūt/vt
deū a se ⁊ a sua mēte excludāt/⁊ sue libidi
ni ita vacēt sicut equ⁹ ⁊ mulus quibꝫ non
est intellect⁹:habet p̄tātem demoniū sup
eos. Tob.vj. ¶ Scd̄e nuptie sunt Tro-
pologice siue morales:q̄ sunt inter deuz ⁊
aiam fidelē. De quibꝫ Osee.ij. Spōsabo
te mihi in fide. Iste ↄtrahunt die tertia.s.
tribus virtutibꝫ theologicis.s.fide/spe/ ⁊
charitate informata. Et iō signant in cha
na.i.in zelo amoris diuini celebrant. Vñ
apl's.j.Coꝛ.vj. Qui adheret deo vn⁹ spi
rit⁹ est.j.Ioā.iiij. De⁹ charitas est:⁊ qui
manet in charitate in deo manet ⁊ de⁹ in
eo. Si eñ aliquis haberet fidē:nō adhuc
ↄiungit cū deo/ q2 fides pōt esse informis
Sicut est in demonibꝫ. Iac̄.ij. Demones
credūt ⁊ cōtremiscūt. Idē est in spe:q̄uis
non sit p̄prie spes sine charitate sed p̄sum
ptio.p charitatē ergo vnit hō deo. Hac ra
tiōe apl's dicit q charitas est excellētior fi
de ⁊ spe.j.Co.xiij. Nūc manet fides/spes
charitas tria hec:maior hoꝛ est charitas.
Dicunt aūt ↄtrahi in Galilea.i.in mūdo
seu vita p̄senti:q2 post mortē nō est status
adq̄rendi charitatē:q2 nō est hō tūc in sta
tu merēdi. Ps̄. Iō couertet p̄pl's me⁹ hic.
Et iste nuptie morales signātur p cōiun-
ctionē amicoꝝ int ↄiuges carnales:vt in
c.debitum.de bigamis. ¶ Tertie nuptie
sunt allegorice siue diuinales:q̄ ↄtrahunt
inter chr̄m ⁊ ecc̄liam. De q̄bꝫ dicit Mat.
xxij. Sile factū est regnū celorū hoi regi q̄
fecit nuptias filio suo ⁊c̄. Iste cōtrahunt
de tertio tp̄e grē. Sunt eñ tria tp̄a/quasi
tres dies. Primū tp̄s fuit legis nature:et
durauit ab Adā vsq3 ad Moysen:qñ ho
mines nō habebāt legē scriptā/ s3 viuebāt
s̄m legez naturalis rōnis. De quo Ro.ij.
Cū eñ gētes q̄ legez nō hn̄t naturalit ea
q̄ legis sunt faciūt ⁊c̄.ps̄. Signatū est sup
nos lumē vultus tui dñe. Scd̄m fuit tp̄s
legis scripte:et durauit a Moyse vsq3 ad
saluatorē nr̄m Iesuz chr̄m. Tertiū est tp̄s
legis grē/a chr̄o vsq3 ad finē mūdi. Ro.j.
Lex p Moysen data est:grā ⁊ veritas per
Iesuz chr̄m facta est. Hoc ḡ tp̄e fuerūt cō
tracte nuptie iste in thalamo vteri v̄ginis
⁊ ↄsūmate in cruce. Ioā.xix. Consūmatū
est. Hec signant Hester.j. vbi d̄r q Assue
rus.iij.anno imperij sui fecit grande cōui
uiū cūctis principibꝫ ⁊ pueris suis fortissi
mis. Assuer⁹ interp̄tat beatitudo ei⁹:⁊ s̄cat
deuz q̄ est nr̄a beatitudo. Per tertiū annū
designat tertiū tp̄s.s.grē. Dicit aūt in cha
na.i.in zelo ⁊ amore:q2 causa principalis
incarnationis filij dei fuit amor. Ioā.iij.
Sic de⁹ dilexit mundū vt filiū suū vnige
nitū daret. Iō dicit fili⁹ dei cōceptus de
spūsctō q̄ est amor p̄ris ⁊ filij. Itē in Ga-
lilea.i.in mūdo. Vel ad l̄ram:q2 in Naza
reth ciuitate galilee fuit cōcept⁹ fili⁹ dei.
Iste nuptie designant p cōiunctionē cor-
poꝛ:q̄ est inter cōiuges carnales. vt in.c.
debitū.de bigamis. Eph.v. Sacramentū
hoc magnū est:ego autē dico in chr̄o ⁊ ec-
clesia. ¶ Quarte nuptie sunt anagogice
siue sup̄nales. De istis dicit Apo.xix. Be
ati q̄ ad cenā nuptiaꝝ agni vocati sūt. Itē
Mat.xxv. Que p̄ate erāt intrauerūt cuz
eo ad nuptias. Nota q̄ parate erāt. Req̄-
ritur ergo p̄paratio ad h̄ vt intrare valea
mus ad nuptias vite btē:cōtra illos q̄ nō
curāt se p̄parare dicētes. Aut sum p̄scitus
ad dānationē/aut p̄destinatus ad salutez
⁊ vtroq3 casu nō requirit p̄paratio:q2 aut
erit inutilis p̄patio si p̄scitus sum:aut sup
flua si p̄destinat⁹.q2 p̄sciētia ⁊ p̄destinatio
diuia mutari nō p̄t. Et cū isto errore trāś
eūtes/a diabolo mirabilit obcecant. S3
q̄ro ab eis q̄re rōnem istaz nō faciūt circa
vitā istam p̄sentē:nā determinatū est tp̄s
vite. Iob.xiiij. Cōstituisti terminos ei⁹ q̄
p̄teriri nō poterūt. Cur ḡ preparāt se dor
miēdo/comedendo/bibendo/pestes fugiē
do/medicos cōsulendo ad diu viuendū in
vita mortali:⁊ nō p̄parāt se ad btē viuen-
duz in vita eternali: Deceptio magna est
ista:iō req̄ritur p̄paratio. Iste aūt nuptie
die tertia celebrātur. Prima dies est visio
spōdēs fidei. Scd̄a tētio respondens spei.
Tertia ē fruitio:in q̄ p̄ficiunt nuptie iste.
et hec rn̄det charitati. De ista vltima die
dicit in ps̄.lxxxiij. Melior est dies vna in
atrijs tuis sup milia. Cōtrahunt autē in

chana.i.amore. Hiere. In charitate ppetua dilexi te: ideo attraxi te miserans. Et quia britudo etiā amore pficit. Galilea interpretatur trāsmigratio/et designat q britudo pfecta nō pōt hri/nisi aia trāsmigret de vita pñti. Exo.xxxiij. Nō me videbit hō z viuet. Rogem9 ergo dnm vt nos ad has nuptias pducere dignetur.

Dñica.ij.post octa.epipha.de significatiōe lepre p.vij.effect9 eius: z de illi9 curatiōe. Ser.xv



Ecce leprosus veniēs adorabat eum. Mat.viij. Pro declaratōe themat3 moralit z materie introductiōe est notādū q in sacra scriptura cbr̄s multiplr noiaf fm diuersas suas excellētias. Et int cetera noia vocaf medic9: qd qdē pbat ratio et auctoritas. Rō est ista: qz ille dicit bonus medicus q habet theoricā in intellectu z practicā in ope. Primo quidē theoricā3.f.scire pprietates herbarū z lapidū zc. z quō debet infirmitatib9 applicari. Scdo practicā in opere: al's nō esset bon9 medic9/si nō habet ista duo zc. Q3 autē cbr̄s habuit ista duo/nemo est q nesciat. Habuit em̄ pmo sciētiā. Qui em meli9 scit pprietates rerū q̄ ille q creauit eas: fons sapie verbu3 dei. Scdo habuit practicā. qz a principio mūdi vsqz nūc sp practicauit zc. Vñ Dauid nō medicis se ipsi gr̄as agere de sanitate recepta dī. Benedic aia mea dño zc. vsqz: Qui sanat oēs infirmitates tuas Ps.cij. Fiat g rō. Quicūqz h3 bñ theorica3 z practicā est bon9 medicus: cbr̄s habuit vtrūqz g zc. Auctoritas ipsi9 cbr̄i met q ait. Nō ē op9 valētib9 medic9: s3 male habētib9 Mat. ix. Dic practice historiā illā. Itē Luce.v. Non egent q sani sunt medico/sed q male hñt. qz vn9 ipsorū erat infirm9 de supbia. ali9 de auaritia. ali9 de luxuria zc. Iō bonū erat q cbr̄s medicus fuit int eos dicit hic Glo. Aug. Magn9 ad nos venit medicus: qz magnus p totū mundū vbiqz iacebat egrot9. Itē ps.cvj. Misit v̄bu3 suū z sanauit eos. Patet g rōne z auctoritate q cbr̄s est bon9 medic9: nec solū ipse cbr̄s s3 etiā apli ei9 ab ipso docti fuerūt magni medici. Mat. vlt. In noie meo demonia eijciēt/serpētes tollet. z si mortiferū qd biberint nō eos nocebit. sup egros manus imponēt z bñ habebūt. Iō g leprosus venit ad eū zc. vt dr in themate. In q duo ondunt. Primo nr̄a infirmitas spūalis. ecce leprosus. Scdo nr̄a sanitas mūdialis. Venit ado. eū. Quātū ad primū nota q lepra est ifirmitas corpal hns septē magis defect9 p qs signf pctā mortalia. z st isti vi3.

Prim9 est corpis inflatio: p quā signat supbia.

Scds est sitis accensio: per quam signatur auaritia.

Tertius est cōtagiosa affectio: p quam signatur luxuria.

Quartus est humidi radicalis cōsumptio: per quā signatur inuidia.

Quintus est fetida anhelatio. p quam signatur gula.

Sext9 ē rauca locutio p quā signaf ira

Septimus est mēbrorū debilitatio: per quam signatur acidia.

Prim9 defect9 ē corpis inflatio p quā significaf supbia q inflat. Qñ hō cogitat excellētiā suā: vt generi3 parētū z auorū dicēdo. Ego sū tātorū parētū fili9. S3 falsū est. Vñ v̄sus Ouid. de Pōto li.j. Si mō nō celsus/nec clarū nomē auorū. S3 pbitas magnos ingeniuqz facit. Iuue.saty.viij. Tota licet veteres exornent vndiqz cere. Atria nobilitas sola ē atqz vnica v̄t9. vel cogitādo dignitatē suā vt parētū dicēdo. Ego su3 dñs vel capitane9 vel eps zc. vt cogitādo diuitias vel sciaz. Qz scia inflat j. Co. viij. Vel qd deteri9 est de gr̄a supna li qñqz supbit z homo: et de bonis opib9. Aug. in rt̄a. In mal' opib9 iniqtas exercef vt fiat: supbia etiā bonis opib9 insidiaf vt pereāt. z qd pdest dare paupib9 z paupe3 fieri: si aia misera supbior efficif: diuitias ptēnendo q̄ fuerat possidēdo: S3 p illos q supbiūt de pñdētia et dignitate: spēalit dr i sacra scptura. Iudiciū durissimū his q psunt fiet. Exiguo em̄ cōcedit miscdia. Potētes autem potēter tormēta patiētur Sap.vj. Nota durissimū in superlatiuo: durū fit iudiciū cuilibet quādo morif: cui dicet cbr̄s. Redde ratiōnē villicatōis tue. Lu.xvj. sci3 de cogitatiōe locutiōe z opatione zc. Duri9 fiet iudiciū illis q nō solū p

psona sua: sed etiã de sua familia / et de do
mo sua reddẽt rõnẽ tc. Sz purissimũ fiet
prelatis z rectorib9: qui nõ solũ de se z de
domo / sed etiã de omnib9 subditis z vasal
lis tenẽtur reddere rationẽ. Vel dic q du
rum iudiciũ fiet ex eo q male intrauerũt.
durius ex eo q male vixerunt. durissimuz
ex eo q male gubernauerũt. Vide in smo
ne de beato Blasio. Jam videtz quõ pre
lati hodie curant. Contra superbos facit:
qa quicqd homo habet / a deo habet. Cur
ergo extollit ɔtra deũ? Jõ apl's. j. Co. iiij.
Quid habes qð nõ accepisti? Si autẽ ac
cepisti: quid gloriaris quasi nõ acceperis?
¶ Secũdus defectus lepre est sitis accẽ
sio: hoc significat auaritiaz. Unde versus
Juuenalis. Crescit amor nũmi quãtum
ipa pecunia crescit. M. Cicero in parado
xis. Nunq̃ expletur neq̃ satiatur cupiditã
tis sitis. Horat. in epistolis. Semp aua
rus eget. Est eñi auarus insaturabilr omĩ
bus reb9 insaturabilis. Nã sicut dicit Sa
lomon Prouerb. xl. Tria sunt insaturabi
lia. s. infernus. os vulue. z terra sitiẽs / que
nunq̃ satiatur aqua. Auarus autẽ est in
saturabilior q̃ infernus: q postq̃ erit ple
nus. s. post vniuersale iudiciuz: dicet suffi
cit. Auarus autẽ quanto magis est plen9
tanto magis est cupidus. Prouerb. xxvij.
Infernus z perditio nõ replebunt: similr
z oculi hoim insatiabiles. Jtez Eccl's. v.
Auarus nõ implebit pecunia. Secundo
auarus est insatiabilior q̃ os vulue. i. car
nalis cõcupiscẽtie: que in hoie sene dicit /
sufficit. Auaritia eñi in hoie sene nõ sene
scit: sed potius iuuenescit. Hiero. Cũ cete
ra vitia senescant in hoie: sola auaritia iu
uenescit. Tertio auarus est insaturabilior
q̃ terra sitiẽs: que dicit sufficit qñ est ma
gna inundatio aquarũ. Sed ignis auari
tie nunq̃ dicit sufficit. Nec in homie diui
tijs pleno / nec in hoie inueterato / nec i ho
mine supra pleno. Eccl. xxiij. Aia calida
quasi ignis ardẽs nõ extinguet donec ali
quid glutiat. Jtẽ Baruch. iij. Qui argen
tũ thesaurizant z aurũ in quo cõfidũt ho
mines: z nõ est finis acqsitio eorũ. Ratio
est quare auarus nunq̃ satiat: qa sicut ex
solo visu vini vel aque sitiẽs nõ satiat / qz
nõ i ntrant in stomachũ: sic nec pecunia in
trat in aiam: bene replet capsam / replet
bursam: sed nõ aiam. Jðo Eccl's. v. Aua
rus nõ implebit pecunia. Et q amat diui
tias / fructus non capiet ex eis. Nota fru
ctus. s. satietatis. Hiero. Auaro tãz deest
qð habet q̃ qð non habet. Jsta est ratio.
Quare hodie q̃nto sũt maiores diuites vl
dñi: tãto sunt maiores vsurarij vel rapto
res: z tñ nõ puniunt. Nota exẽplũ de Pi
rata capto ab Alexãdro tc. Alexãder au
tem erat ita cupidus: q cuz semel audiret
opinionẽ Democriti phi ponẽtis q infini
ti erãt mundi suspirans ait. Heu mihi: qz
adhuc nõ potui habere vnũ de illis. Hoc
dixit qz nõ erat adhuc satiat9. Jlli ergo so
lũ satiãtur qz nihil terrenũ cõcupiscũt: sed
ad supna flueta fontis vite suspirãt. Joã.
iiij. Qui biberit ex aqua hac sitiet iterum
Qui aũt biberit ex aqua quã ego dabo ei
nõ sitiet in eternũ. Vale. Omnia nimirũ
habet q nihil cõcupiscit. ¶ Tertius defe
ctus lepre est contagiosa affectio: qz inficit
cohabitãtes qz est morbus ɔtagiosus. No
ta h de domo fetida leprosis extra muros
ciuitatis / z significat luxuriam. j. Cor. v.
Modicũ fermentũ totã massam corrum
pit. Vñ versus. Una infecta pec9 inficit
oẽ pec9. Et illud. Morbida fcã pec9 / totũ
corrũpit ouile. Jtẽ Eccl'i. iij. Qui tetige
rit picẽ inquinabit ab ea. Nota hic cõtra
meretrices q̃ stant in hospitijs vl extra lu
panar: qz sunt occasio ruine multoꝝ. Lu
panaria cõia bene sustinent ꝑpter maiora
pctã vitanda. Vñ Aug9. Aufer meretri
ces de mũdo z totũ turbabis libidine: sed
in pticularib9 domibus nõ debẽt pmitti /
sicut nec leprosi cũ alijs pmittũt habitare
Num. v. Precipe filijs isrl' vt eijciãt de ca
stris oẽm leprosum. Ad idẽ facit qð legit
Leui. xiij. Quia g luxuria est ɔtagiosa: iõ
debem9 fugere cõuersationes luxuriosoꝝ
sicut z leprosoꝝ / ne inficiamur. Jõ dicit p
pheta. Egredimi de medio babylonis po
pulus me9 vt saluet vnusqsq̃ aiam suã ab
ira furoris dñi: z ne forte molestet cor ve
strũ z timeatis auditũ qui audiet in terra
Hiere. lj. Ex quib9 verbis habet / q ille q
vitat malas societates quattuor mala vi
tat. Primo aie sue pditionẽ. qð notat cũ
dicit: vt saluet vnusqsq̃ aiam suã: qz sepe
boni int malos aias pdunt Ps. Cũ puer
so puerteris. Scðo vitat diuinã idignatiõ

rez: quā sepe incurrūt q̄ inter malos habi
tant. ij. Paral. xix. His qui oderunt dn̄m
amicitia iūgeris: ꝛ idcirco iram dn̄i mere
baris. Et hic vero cū dicit: ab ira fu. dn̄i.
Tertio vitāt mentis emollitionē: q2 sepe
habitātes cū malis a virtutꝫ rigore molle
scunt. Hoc notat cū dicit: Ne forte mol.
cor. ve. Quarto vitant diabolicā tentatio
nem: q2 sepe diabolus ꝑuertit bonos per
malos. Hic nota cū dicit: Ne forte time-
atis auditū ꝛc̄. Iste audit⁹ est diabolica
suggestio: quā ꝑ malos exercet diabolus.
¶ Quartus defectus lepre est: q2 consu-
mit humidū radicale in quo cōsistit vita
humana. Sicut lumen durat in lampade
q̄diu durat oleū qd̄ paulatim cōsumit ab
igne: ꝛ significat inuidiam q̄ cōsumit cha
ritatē/ in qua cōsistit vita grē. j. Joan. iij.
Nos scimus qm̄ trāslati sumus de morte
ad vitā: qm̄ diligim⁹ fratres. q̄ nō diligit
manet in morte. Hoc pctm̄ maxime facit
hoīes filios diaboli/ cuius ꝓpriū pctm̄ est
inuidia: q2 inuidet nob. Sap. ij. Inuidia
diaboli mors introiuit in orbē terrarum.
Imitant aūt illum q̄ sunt ex ꝑte illi⁹. Ad
idē facit. xj. q. ij. visis. Vn̄ sicut ex charita
te cognoscit vere discipulus chr̄i: iuxta il-
lud. In hoc cognoscēt oēs q2 discipuli mei
eritis si dilectionē habueritis ad inuicem.
Joā. xiij. Sic vere discipulus diaboli esse
cognoscitur q̄ marcessit inuidia. ¶ Quin
tus defect⁹ lepre est/ q2 reddit anhelitū fe-
tidū ꝛ totū corpus facit fetidū. Propter-
ea dicit Leui. xiij. Q, leprosus habeat os
veste tectū/ ꝛ significat gulosum: q2 habet
anhelitū fetidum ꝓpter corruptionē cibi
ꝛ potus. Nota q2 cibus vt proficiat debet
habere tres digestiones. Primam in olla.
Secundā in ore masticādo. Tertiā in sto
macho: aliter corrūpitur intus et generat
multas infirmitates in corpe ꝛ in anima.
Nota q2 a principio mūdi. s. ab Adā vsqꝫ
ad Noe fluxerūt plus q̄ mille ꝛ quingēti
anni. ꝛ hoīes nō comedebāt carnes neqꝫ
pisces/ sed solū fructus ꝛ bibebāt aquā: et
sic viuebāt lōgissima tpa. vt habet Gen.
v. Post ꝓo diluuiū qd̄ destruxit fructus ꝛ
aquas/ gētes inceperūt comedere carnes
ꝛ pisces: ꝛ comedebāt semel in meridie et
bibebāt vinū. Tūc fuerūt dies hoīs cen-
tū viginti annoꝝ: vt habet Gen̄. vj. Dein

de tpe Dauid inceperūt homīes cenare: ꝛ
tūc fuit diminuta vita hominis. Ps. Dies
annoꝝ nr̄oꝝ in ipsis. lx. annis ꝛc̄ Et pau-
latim pluries comedēdo in die minuit vi
ta hoīm. Jō chr̄s. Attendite ne grauētur
corda vestra crapula ꝛ ebrietate Luc. xxj.
Nota exēplū de Alexādro eunte ad Bra
gmanos: q̄ lōgo viuebāt tpe ꝛc̄. Vide qd̄
scripsi post festum trinitatis ser. xlv. q̄ inci
pit. Vir⁹ de illo exibat ꝛc̄. pte. j. ꝛc̄. j. No
ta q2 gula pōt offendere qnqꝫ modis sicut
ponit Greg. sup Job. ꝛ habet in decretis
de cōse. di. v. Quinqꝫ modis ꝛc̄. Qui cōti
nent in hoc ꝟsu. Prepropere: laute: nimis
ardent: studiose. ¶ Sextus defect⁹ lepre
est: q2 facit vocē raucā. ꝛ significat irā: q2
iracudus semꝑ loquit inordinate ꝛ rauce
ꝛ cōfuse: q2 ira impedit intellectū: ꝛ ꝑ con
seq̄ns os. Vn̄ versus Catonis. Impedit
ira animū ne possit cernere verū. Itē ira
facit hoīem irasci ꝛ clamare/ ex q̄ fit rau-
cus. loquit ergo iracūdus inordinate/ rau
ce ꝛ confuse. Primo cōtra deū iurando et
blasphemādo. Scd̄o ꝯtra ꝓximū minan
do/ iniuriādo/ detrahendo. Nota ꝯ pctm̄
blasphemie dei ꝑut expedit. Jō Tob. xiij
Dn̄e maledicti erunt q̄ cōtempserūt te: et
cōdēnati q̄ blasphemauerūt te. Nota tria
remedia ad corrigendū hoc pctm̄ blasphe
mie. Primū pertinet ad parētes vt corri-
gant filios ne iurēt ꝛc̄. Scd̄m ad seipsos:
vt q̄libet ponat sibi legē. sicut ille/ q̄ quo-
tiēs iurabat ponebat in bursa quos dena
rios ꝑ elemosyna. Tertiū ꝑtinet ad recto
res ciuitatum: vt faciāt ordinationē cū cer
ta pena ꝛc̄. Sicut fecit btūs Ludouicus
Rex francoꝝ. Jō dicit apl's. Irascimini ꝛ
nolite peccare: sol nō occidat sup iracun-
diā vestrā Eph. iiij. Nota sol. s. rōnis. Vel
fm Glo. i. de⁹ ne ꝑ irā quasi ꝑ mortē inter
positā obscuret vobis. ¶ Septim⁹ defe-
ctus lepre est q2 debilitat mēbra corpis ad
operandū: ꝛ significat ex h̄ pctm̄ acidie/ per
quā hō reddit inutilis ad operandū merito
rie: q2 licꝫ discurrat ꝑ mūdū operando conti
nue ꝓ lucris terrenis vel alijs factis mū-
danis: tn̄ ociosus dr̄ si in sero nullū lucrū
portat ad domū. Nota silitudinē de seruo
q̄ nullū lucꝝ portat ad domū veniēs de fo
ro. iudicabit ociosus/ licet tota die labora
uerit. Sic in sero mortis ꝛc̄. Declara. Et

vide in dnica septuagesime in smone q in cipit. Quid hic statis tota die ociosi. Jo dicit Sap.iiij. Fama est spes illorum et labores sine fructu et inutilia opera eorum. Ps. Dormierunt somnum suum: et nihil inuenerunt. o.vi.di.in ma.suis. Hoc aut no intelligunt hoies mudani: sed in inferno dana ti tuc intelliget. Vn clamabut vlulantes et pre angustia spirit gemetes. Lassati sumus in via iniquitatis et pditionis: et ambulauimus vias difficiles: via aut domini ignorauim. Quid nobis pfuit superbia/aut diuitiarum iactatia quid otulit nobis: trasierut oia illa taq vmbra etc. Sap. v. E couerso de bonis psonis qui laborat p operibus spiritualibus dicit Mat.xx. Cu aut sero factu esset dixit dns vinee procuratori suo. Voca operarios et redde illis mercede suam. Igit accipite consiliu. Et nota peeptu scripture dicetis. Quodcuq pot manus tua facere instanter opare: qr nec opus/nec ratio/nec sciētia/nec sapia/erut apud inferos. Eccls.ix. Circa scdm principale notat nra medicina virtualis/cu dicit. Veniēs adorabat eu dicēs. Hic ponit modus sanandi a lepra petorum. Peccator aut ex quolibet pcto mortali elongatur a chro. Prouer.xv. Longe est dns ab impijs. Ps.cxviij. Longe a peccatoribus salus. Debet ergo redire ad chrm tribus passibus: q notatur in tribus q fecit chrs in sanando istu leprosum. Primo quidē tetigit eu manu sua. Scdo dixit. Vade ostende te sacerdotibus. Tertio dixit ei. Offer munus tuu. Prim passus significat cordis contritionē: q ostendit in tactu man christi: qa nullus pot coteri/nisi tangat a chro. Ezech.iij. Abij amarus in indignatione spus mei. Man em dni erat mecu confortans me. Quinq digiti hui manus sunt quinq nociua q inducut ad cotritionem. vicz Prim est incertitudo mortis/qua formidam. Scds est pena/qua peccando meruim. Terti est gra: qua peccando pdidimus. Quartus est gloria: a qua p culpa excludimur. Quint est gloria paradisi/qua puari sumus. Secudus passus e oris cofessio: dq dicit. Vade ostēde te sacerdotibus. Et nota q qn ibat ad sacerdotē sanatus est. ad ostendendu q statim qn hō conterit/etiā anteq cofiteatur actu: liberat a culpa. iuxta illud ps.xxxi. Dixi cofitebor aduer. me iniusti. me. et tu remi. impie. pecca. mei. Terti passus est operis satisfactio: que ostendit ibi. Offer munus tuu. Nota q ad satisfaciendu pro peccatis debem offerre tria munera que habem a deo. s. aiam rationalē: corp materiale: et bonu tpale. Hec tria pfecte offerutur p ingressum religiōis in qua offert.

Primo anima per votum obedientie.
Secudo corpus per votum castitatis.
Tertio bona tpalia p votu paupratis.

Vel anima per orationē: corpus p corporis mortificationē que fit p ieiuniu. bona tpalia p elemosynaru largitionē: que tria sunt tres ptes satisfactionis.

Eadē dnica post octa epiph. de mō sequēdi chrm. Ser.xvi.

Secute sunt eu turbe multe. Mat.viij. Materia sermonis erit quib modis debem sequi chrm/vt puentamus ad gloriā etc. Declara thema iuxta intellectu literalem. Origenes ponit quattuor rōnes pter quas turbe sequebant chrm. Prima ratio est pter charitatē: cupientes audire dulcissima verba eius: vt apes mel. Nec miru: qr Moyses stetit in monte Synai xl. dieb et xl. noctib sine cibo et potu: tantam dulcedinē sentiebat ex collocutōe dei quē nō videbat. quāto magis audire verba ab ore dei incarnati. Jo Luc. Omnis pls suspensus erat audiētes illu Lu.xix. in fine. Scda ratio pter qua quidam sequebātur eu pter necessitatē vt infirmi: qr chrs curabat oēs infirmitates: dando surdis auditu/cecis visum. Jdo Luc.vj. Multitudo copiosa plebis ab omi iudea et Hierlm/et Maritima/et Tyri/et Sydonis: q venerāt vt audirēt eu et sanarent a languoribus suis. et q vexabant a spiritib immundis curabant/et ois turba querebat eu tangere: qr virtus de illo exibat et sanabat oēs. Tertia causa qre qda sequebātur chrm est pt curiositatē/vt viderēt miracula: et ista est vana. De istis dicit Jo. Sequebat eu multitudo magna: qr videbāt signa q faciebat sup his qui infirmabant

Jo. vj. Quarta causa ꝛ peior: q᷑ aliqui se quebant ex malignitate: vt pharisei et doctores. q̄ quāto erāt maiores sciētie / tāto peioris ꝯsciē: vt possent chr̄m accusare dicentes. Vn̄ h̄ ꝙ iste iesus velit q̄libet dicere: cū nunq̄ fuerit in studio generali vel ꝑticulari: Unus. Faber lignari⁹ vult p̄dicare: impossibile ꝙ non dicat errores. De his dicit Luc. xj. Ceperunt pharisei ꝛ legisperiti grauiter insistere ꝛ os ei⁹ opprimere: vt de multis accusarēt illū. Ptz thema ad literam. Sed ip̄o dimisso inuenio iuxta itellectū moralē ꝙ debem⁹ seq̄ chr̄m aliīs q̄ttuor modis: vt ꝑueniam⁹ ad gl̄az.

Primo tanq̄ lucem dirigentem: et hoc per veram credentiam.

Secūdo tanq̄ ducem p̄cedentē: et hoc per plenam obedientiam.

Tertio tanq̄ patrem morientem: ꝛ hoc per dignam penitentiam.

Quarto tanq̄ regem promouētem: et hoc per gloriosam excellentiam.

¶ Dico p̄mo ꝑ verā credentiā. Christus nanq̄ est datus nobis in lucē ad illuminandū nos ad credendū ea q̄ sunt fidei: q᷑ naturalis intellect⁹ noster nō pōt capere. Vn̄ chr̄s fuit positus in mūdo tanq̄ cereus in camera obscura: in quo sunt tria. s. cera / lychnū seu papyr⁹ / ꝛ lux. Sic in chr̄o. Cera est caro quā assumpsit de vtero v̄ginis. Papyr⁹ intus cādidus est aīa purissima. Lux est diuinitas. Et ista tria sunt vn⁹ cereus. i. vna ꝑsona chr̄i. Vn̄ Athanasius. Nā sicut aīa rōnalis ꝛ caro vnus est hō: ita de⁹ ꝛ hō vn⁹ est chr̄s. nō cōfusiōe sicut mixtio aque ꝛ vini ꝯfundit᷑: nō sic in chr̄o. Iste ḡ cereus. i. chr̄s illuminauit q̄ntū est ex ꝑte sua totū mundū. Jo. j. Erat lux vera q̄ illuminat ꝛc̄. Et sciatis necessitatem nature: q᷑ an̄ chr̄i aduētū gētes ibāt in tenebris errorū. Jō Dauid. Nescierūt neq̄ intellexerūt: in tene. ambu. nescierūt. s. ph̄i ꝑ sciam. neq̄ intellexerūt. s. iudei ꝑ intellectū. Licet em̄ ph̄i cognouerint sicut cām ꝑ effectū vnū deū: vt dicit᷑ Rom. j. tn̄ illa cognitio v̄itatis fuit mixta cū m̄ltis erroribus. vt ptz in p̄destinatiōe ꝛ ꝑuidētia diuina / in q̄ multi errauerūt. Itē in creatōe mōi: quā ph̄i dogmatizabāt fuisse ab eterno. Itē nec iudei intellexerūt v̄itatē fidei christiane: q̄ ꝯtinebat᷑ in ꝑabolis ꝛ figuris legis Moysi. Vn̄ ad h̄ vt ostēderet Moyses ꝙ vmbratice ꝛ enigmatice loqueret᷑: qn̄ descēdebat de monte habebat faciē velatā corā filiīs isrl̄. Exo. xxxiiij. Hoc autē velū scissum fuit in morte chr̄i. Sz iudei adhuc hn̄t velamē istud in cordib⁹ suis. ij. Cor. iij. Nec etiā ph̄i cognouerūt trinitatē ꝑsonaꝝ / nec alios articulos fidei. Non em̄ habebāt verā lucē. i. chr̄m: sz solū habebāt paruū lumē intellect⁹ naturalis. Jō chr̄s ait. Ambulate dū lucē habetis Jo. xij. ꝛ loquit᷑ de se. Et Jo. viij. Ego sū lux mūdi ꝛc̄. Post ascēsionē v̄o q᷑ nō habem⁹ ip̄m p̄sentē dimisit nobis lumē fidei in lucerna doctrine fidei. s. symbolū. s. credo in deū. Jō Ro. x. Si ꝯfitēris in ore tuo dn̄m iesum: ꝛ in corde tuo credideris ꝙ de⁹ illū suscitauit a mortuis: salu⁹ eris. ¶ Scd̄o debem⁹ seq̄ chr̄m ꝑ plenā obediētiā. De⁹ siq̄dē a p̄ncipio mūdi dedit hūano generi ductores. s. Adā ꝛ Euā: ꝛ posuit eos i via ꝑadisi: q᷑ in gr̄a creati fuerunt. q̄si diceret eis de⁹. Hec est via / ambulate i ea: nō declinetis neq̄ ad dex. neq̄ ad sini. ꝛc̄. Esaie. xxx. Sz in p̄ma dieta isti ductores errauerūt. Eua declinauit ad dexterā. Adā v̄o ad sinistrā. dextera ē amor: sinistra timor. Eua ꝑdidit viā ꝑadisi amore sciē / qn̄ audiuit. Eritis sicut dij sciētes bonū ꝛ malū Gen̄. iij. Adā v̄o peccauit nō amore sciē / sz timore ne molestaret suas delitias: vt dr̄ Aug. iō declinauit ad sinistrā. Nota ꝙ Adā nō fuit seduct⁹: m̄lier aūt seducta fuit in p̄uaricatiōe. j. Tim. ij. Nota q̄lit᷑ Eua Ade dedit de fructu ꝛc̄. Si ḡ ductores errauerūt ꝯseq̄nter etiā alij errauerūt. Si cec⁹ ceco ducatū p̄stet: ambo in foueā cadūt Mat. xv. Jō Dauid plorans h̄ dicebat ps. xiij. Oēs declinauerūt sil' inutiles facti sunt: nō est q̄ faciat bonū nō ē vsq̄ ad vnū. Jō de⁹ p̄r sciēs h̄ dedit nob chr̄m in ductorē: qui nō pōt errare. j. Pe. ij. Seq̄mini vestigia ei⁹. Esa. lv. Ecce testē p̄plis dedi eum ducere ꝛ p̄ceptorē gentib⁹. Nota tn̄ ꝙ quedā facta chr̄i debem⁹ potius admirari q̄ imitari. Sicut sunt ea q̄ ex ꝑtāte faciebat / sicut miracula. Itē absoluere a pctīs sine cōfessiōe: Sicut fecit Marie magdalene Lu. vij. Itē adultere Jō. viij. Qd̄ nō posset etiā Papa sine cōfessione ꝛ absolutiōe Itē ieiunare. xl. dieb⁹. Nota ꝙ i via ꝑadisi

si sunt multa biuia p q̄ facile est errare viā. Primū biuiū est supbia ⁊ vanitas ex vna pte: ⁊ mãsuetudo ⁊ hũilitas ex altera pte. Vide ḡ p quā viā iuit chr̄s, ⁊ illā ꝓsequere. Jde de auaritia ⁊c̄. Dicit vsurarius ꝙ vult ire ad padisum/ sʒ mentit̄: quia capit viā inferni ⁊c̄. Sic ð alijs pctis. Sicut si tu videres aliquē ire per viā Rome: diceres ꝓculdubio/ hic vadit Romam: vel ad aliā ciuitatē ⁊c̄. Sic qñ vides aliquēʒ ire p viā pctoꝝ: tu potes dicere hic vadit ad infernū. Btūs ḡ est q̄ pt dicere. Vestigia ei⁹ secut⁹ est pes me⁹ Job. xxiij. Vestigia chr̄i sunt virtutes q̄s reqrit: q: suis militib⁹ ipm sequentib⁹ dat magna p̄mia ⁊ salaria .s. gl̄iaʒ celi. ¶ Tertio debem⁹ seq̄ chr̄m ⁊c̄. p dignā pniam. Cõsuetudo est in mũdo ꝙ mortuo p̄re filij ipm sequũtur ad sepulturā flentes ⁊c̄. Chr̄s est pat̄ nr̄. Vn⁹ est pat̄ vr̄ ⁊c̄. Mat. xxiij. Qui genuit nos de vxore sua ecclia. Semē est verbum dei .s. forma baptismi: iō oēs baptizati sum⁹ frēs. Oēs vos frēs estis Mat. xxiij. Jste pat̄. i. chr̄s mortuus est in cruce: iō sequamur euʒ p pniam flentes sicut mulieres q̄ ibãt post ipm lamẽtantes: vt dr̄ Lu. xxiij. De hoc chr̄s. Si q̄s vult post me venire abneget semetipm ⁊ tollat crucē suaʒ. Nō dicit meā. s. pniam ⁊ sequat̄ me. Jdē Lu. xiiij. Qui non baiulat crucē suam ⁊ venit post me: non potest meus esse discipulus. ¶ Quarto debem⁹ seq̄ chr̄m p gl̄iosaʒ excellentiā ⁊c̄. Si rex vadēs ad preliū ꝓmitteret ca.l.ꝝ cuilibet sequẽti se: quot irent? Chr̄s aũt ꝓmittit sequẽtibus cũ vitā eternā Qui sequitur me nō ambulat in tenebris: sed habebit lumē vite. Joā. viij. Jō ꝑseueremus Primo in vera credẽtia. Secũdo in plena obediẽtia. Tertio in digna pnia. Et tũc veniet nobis chr̄s. De q̄ scriptũ est Eccli. xxiij. Glia mag est seq̄ dñm.

¶ Dñica. iiij. post octa. Epipha. de septē bellis hoīs. Ser. xvij.



Oli vinci a malo: sʒ vince in bono malũ. Ro. xij. Sermo erit de victoria quā debem⁹ habere de peccatꝭ mortalib⁹: vt possim⁹ habere gloriā paradisi. Pro declaratiōe sciēdum ꝙ regula ⁊ doctrina vniuersalis in theologia est ꝙ nullus intrauit nec intrabit gloriā paradisi/ nisi p victoriā. Jsta doctrina declarat̄ primo in angelis. Michael ⁊ ceteri pugnauerũt cũ Lucifero ⁊ sequacib⁹ ei⁹ ⁊c̄. De quo bello dicit̄ Apoc. xij. Factũ est pliũ ⁊c̄. Scdo pʒ in terra de hoīb⁹. Et nunq̄ ptiarcha aliq̄s nec ꝓpheta: nec ali⁹ sine victoria in bello cõtra tentatiões ⁊ inclinatiões carnis/ tentatiões mũdi/ ⁊ tẽtatiões diaboli: deniq̄ ne forte possent hoīes ɔq̄ri vl̄ negligent̄ bellari: neq̄ chr̄s intrauit ad gloriā resurrectionis corporis sui/ sine victoria. Vñ dicit Lu. vlti. Nōne sic oportuit chr̄m pati ⁊ ita intrare in gloriā suā? Secus de glia anie quā ab instanti cõceptionis habuit. Jō apl̄s. Non coronabit̄ nisi q̄ legitime certauerit. ij. Timo. ij. Si instantiā faceret aliq̄s de puerꝭ baptizatis. Rñdeo ꝙ victoria chr̄i applicat̄ eis. Sic victoria regis q̄ vicit ciuitatē vel villā applicat̄ infirmis ⁊ debilibus q̄ post victoriā regis intrabunt ciuitatē si fuerũt de exercitu regis. Sic hic ⁊c̄. Nota ꝙ in hoc mũdo habem⁹ septē bella cõtra septē pctā mortalia: ɔtra q̄ si habem⁹ victoriaʒ coronabimur. Sicut chr̄s facit ꝑconizari Preco est Joā. euange. vt infra videbit̄. Primũ preliū est ɔ pctm̄ supbie: q̄ nimis regnat tā in dñis q̄ in plat̄ ⁊ militib⁹ ⁊c̄. Hec supbia ꝓcedit ex cõsideratione excellentie ꝓprie respectu bonoꝝ spũaliū vl̄ temporaliū. Verbi grā. Aliq̄s supbit ex genere nobilitate ⁊c̄. Sed debet ɔsiderare q̄ ð terra est ⁊ in terrā reuertet̄. Gen̄. iij. Puluis es ⁊c̄. Ali⁹ superbit de sciẽtia ⁊c̄. Sʒ cõsidera ꝙ ea q̄ scimus sunt minima pars eoꝝ q̄ ignoramus. Vnð Socrates. Hoc vnũ scio q̄d nescio. S ue scientia destruet̄ j. Coꝛ. xiij. Declara si videt̄. Alius superbit ex dominio ⁊ potẽtia. Sʒ ɔsideret potentiā Octauiani ⁊ ceteroꝝ olim regũʒ ⁊ potentũ vbi sunt. Ali⁹ ex seritate. Sed cõsideret ꝙ nihil boni habet ex se/ sed a deo. Nota ꝙ sufficiẽtes scim⁹ cogitare aliqd a nobis q̄si ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. ij. Coꝛ. iij. Alius supbit ex diuitijs/ sed nō satiāt aiam: q: nō intrāt in eā. ⁊ iō nunq̄ pñt ɔtentare hoīes: imo faciũt hominē miserũ: q: efficitur seruus earum.

Magna miseria est esse seruū homis: sed peior esse seruum pecunie. Prouerb.xvij. Quid pdest stulto hre diuitias. Jdeo scriptura. Agite nunc diuites: plorate vlulātes in miserijs vris q̄ aduenient vobis diuitie vre putrefacte sunt et vestimēta vra a tineis comesta sūt rc̄. Usqz. ignis Jac.v Debet ḡ hō: q̄to plura habet: tanto magis humiliari. Sicut Pascasi⁹ tāto vadit hūilius q̄to fardellū est grauⁱ⁹ rc̄. Quia rōnem debes reddere deo de oib⁹. Jō dt scriptura. Quāto maior es hūilia te in omībus: et corā deo iuenies grām: qm̄ potētia magna dei soli⁹ et ab humilib⁹ honorat. Ecci.iij. Sic obtinebitis pmissionē factā a chro Apoc.ij. Qui habet aurē audiat: qd spūs dicat ecclys. Uincēti.s. supbiā p verā humilitatē: dabo edere de ligno vite qd est in padiso dei mei. Nota cognitionē arboris ligni vite: cui⁹ fruct⁹ pseruat creaturā a senectute r ab omī malo corpali: r significat chrīm cui⁹ fruct⁹ sunt britudines r fruitiōes: q̄ pseruāt angelos r scōs in aiab⁹ r corp̄ib⁹ post resurrectionē ab oībus miserys rc̄. ¶ Scōm preliū est ɔtra pctm̄ auaritie: q̄ hodie totū mōm inficit. Unī illō Hiere.vj. A minori vsqz ad maiorē oēs auaritie studēt. Uictoria hui⁹ habef p miscdiam et liberalitatē. Modum vincendi ponit ps.lxv. dicēs. Nolite sperare in iniquitate. rc̄. Nota tres cōditiones hoim. Quidā sunt diuites de male ablatis: r talib⁹ dt. Nolite sperare in iniq̄tate: q̄si dicat nolite spare qd ex his diuitijs domus vra vel filioꝝ psperef imo destruit. Unī dicit cōiter qd male ablatis nō gaudebit: terti⁹ heres. qz p quā viā veniunt p candē exeunt. Nota exemplū de Gaietanis diuitib⁹. Quidā sō sunt paupes: q̄ nō hnt de male ablatis sed vellēt incipere facere vsuras/fraudes rc̄. His dt pphā David. Rapinas nolite cōcupiscere: qz Qui volūt diuites fieri incidūt in tēptationē et in laque. dia. r desi. multa in. r no. q̄ mer. ho. ad interitū r pditionē. j. Tim.vj. Quidā sō sūt diuites de bono iusto: his dicit. Diuitie si affluāt nolite cor apponere Nota Cor. licitū est apponere oclos custodiē do: man⁹ cōputando: r distribuēdo in necessarijs r nō in vanitatib⁹: sed nō licz cor apponere in diuitijs sperādo rc̄. Non potestis deo fuire r māmone. Mat.vj. Talib⁹ hntib⁹ victoriā pmittit salariū Apoc. xx. Qui habet aurē rc̄. Qui vicerit nō ledef a morte scda. Nota.iiij. mortes illatas hūano generi ex pctō Ade: vt in.ij. plogo sup Mat. Quaꝝ due sunt corpis et due anie. Prima mors anie est qn̄ p pctm̄ perdit grām dei: q̄ dat vitā anie: ido dicif peccatū mortale. Scda mors anie est/qn̄ psona morif in pctō mortali r dānaf in inferno. Ab hac.ij. morte liberaf q̄ vicit peccatū auaritie p miscdiam r liberalitatem Auctoritas Tob.iiij. Elemosyna ab oī pctō r a morte liberat: r nō patief aniam ire in tenebras Boeti⁹. Diuitie mag̃ effundēdo q̄ retinēdo meli⁹ nitent. Si qui dē auaritia sp odiosos: claros largitas facit. Claros.s.i hac vita: qz liberales r misericordes diligunf r exaltanf etiā in futura vita. Mortes etiā corpis sunt due. Pria est qn̄ ania recedit a corpe: r ab ista null⁹ euadit: qz statutū est hoib⁹ semel mori Heb.vj. Scda mors corpis erit post iudiciū/qn̄ ibit cū aia damnabif: r ab ista liberabif q̄ vicerit auaritiā p miscdiaz r liberalitatē. ¶ Tertiū preliū est ɔtra pctm̄ luxurie/de q̄. Non est q̄ se abscondat a calore ei⁹: r istud vincif p munditiā r castitatē. Non licz gustare de h̄ vitio etiā cogitando: qz venenū est pessimū. Nullum em̄ venenū occidit solo cogitatu vel visu: nisi venenū illud luxurie. Solo visu fuit occisus David in Bersabee.ij. Reg.xj. Qui viderit mulierē ad cōcupiscendū eam rc̄. Mat.v. Talis vincēs habebit repromissionē. De q̄ Apoc.ij. Qui habet aurē rc̄. Uincēti dabo māna absconditū et dabo illi calculū candidū: r in calculo nomē nouum scriptum/qd nemo scit nisi q̄ accipit. Nota Manna quod dabaf in cibū filijs israel.xl. annis in deserto in quo viuebāt. Exo.xvj. Dicit ḡ vincenti/q̄si dicat illi q̄ nō vult habere delectationē bestialem: dabo delectationē spūalem r celestialē quā deus dat castis: et nemo scit nisi q̄ accipit gustando rc̄. ps.xxx. Quā magna multitudo dulcedis tue quā absc̄o. timētib⁹ te rc̄ ¶ Quartū bellū est ɔtra peccatū inuidie q̄ viget in toto mūdo: sed maxie inter prelatos r dños. Unī Ecci.iiij. Contemplatus sum oēs labores hoim: et industrias:

ciēs.i.deficiēs seu defectus/seu inordina
tio volūtatis/seu volūtas carēs directiōe
regule rōnis et legis diuine. Que quidez
si intēdit aliqđ bonū cōmutabile: est cau
sa actus quidē peccati per se: sed inordina
tionis actus ꝑ accidēs ⁊ p̄ter intentionē.
Prouenit eni̅ defectus ordinis in actu ex
defectu directiōis in voluntate: ⁊ hoc sen
tit Tho.j.ij.q.lxxv.ar.j. Sed tunc instaꝛ
ꝙ cuz omne malum sit p̄ter intentionē et
voluntatē agentis: vt dicit Dio.iiij.de di
uinis noibus. ⁊ ꝓbatur in.iij.cōtra genti
les.c.iiij. Videtur ꝙ pctm̄ cū sit maluz sit
p̄ter intentionē agentis. ergo nō videtur
esse pctm̄: quia de rōne peccati est ꝙ sit vo
luntariū/ vt hic dicitur. Et p̄terea omne qđ
est p̄ter intentionē agētis dicitur esse a casu
vel a fortuna. vt nota. in.iij. ꝯtra gentiles
c.iij. sed inordinatio peccati est p̄ter inten
tionē vt dictū est: ergo est a casu. Casualia
aūt nō imputantur nobis. ergo ⁊c. Solutio
nem horū vide in.iij. cōtra gentiles.c.vj.
Preterea videtur ꝙ voluntas nō sit causa
efficiēs peccati: quia nō pōt esse idem sub
iectū peccati/ ⁊ causa efficiēs: qꝛ causa effi
ciens ⁊ materialis incidūt in eisdē: vt dici
tur in.ij. physicoꝝ. Sed volūtas est subie
ctū peccati. ergo ⁊c. Sed ⁊ nota ꝙ ratio il
la ꝓcedit in causis efficiētibꝰ quarū actio
nes trāseunt in materiā exteriorē: ⁊ ꝙ non
mouēt se sed alia: cuiꝰ contrariū est in vo
luntate. ⁊ ideo ratio nō sequitur. Ex predi
ctis ergo patz/ ꝙ malū nō est pctm̄ nisi sit
volūtariū. ⁊ ideo si homo faceret aliquid
ex violētia in nullo peccat. si vis infertur
p̄cise vel absolute.l.di. presbyteros. Secꝰ
autē si sit cōditionalis sicut metꝰ: quia ta
lis metꝰ nō totaliter excusat a pctō: quia
nō totaliter tollit voluntatez. Vn̄ ⁊ Glo.
dicūt ꝙ coacta voluntas voluntas est: vn̄
nō excusat a toto: licet excuset a tāto. Ex
tra. quod metus causa. sacris. et de bapt.
maiores. Et Thom̄. idez vult p̄te.ij.q.vj.
¶ Scđa diffinitio peccati datur ab Augꝰ.
ꝛm causam materialē.xij. ꝯtra Faustū sic.
Peccatū est dictū vel factū vel concupitū
ꝯtra legē eternā.i.dei. In qua quidē diffi
nitiōe ponūtur duo. Vnū.s. qđ ꝑtinet ad
substantiā actus humani: qđ est quasi ma
teriale in pctō/ cū dicit: Dictū vel factū vel
cōcupitū. Aliud aūt qđ ꝑtinet ad rationē
mali: qđ est causa formalis cū dixit: Con
tra legē eternā. De hac aūt diffinitiōe vi
de latius ꝑ Tho.j.ij.q.lxxj.ar.vj. ¶ Ter
tia diffinitio peccati est ꝛm cām formalē:
⁊ datur ab Amb. sic. Pctm̄ est p̄uaricatio
legis diuine ⁊ celestiū: inobediētia man
datoꝝ. Quā quidē diffinitionē exponere
omitto. Vel dic ꝛm Aug. Pctm̄ est priua
tio speciei/ modi/ ⁊ ordinis. Declara vt ha
betur in sermone septuagesime: q̄ incipit.
Quid hic statis tota die ociosi. in introitu.
¶ Quarta diffinitio pcti datur ab Augꝰ.
ꝛm causam finalē: ⁊ est ista. Pctm̄ est spre
to incōmutabili bono rebus mutabilibꝰ
adherere. Circa quā diffinitionē notādū
ꝙ in pctō duo sunt. Primuz est auersio a
creatore. Scđm est cōuersio ad creaturā.
Deus aūt dicitur bonū incōmutabile: ⁊ cre
atura bonū mutabile. Vide in sermonibꝰ
xl. de penitētia. ser.j. in introitu. Istoꝝ au
tē duoꝝ primū est quasi formale in pctō.
Scđm vero est quasi materiale. Qꝛ autē
forma dat esse rei: iō cōuersio ad creaturā
nō habet rōnem peccati nisi ex auersione
in q̄ est deformitas ⁊ cōtemptus. Qꝫ aūt
ratio cōuersionis actus nō sit pctm̄/ ꝓbatur.
Qꝛ qn̄qꝫ sine aliq̄ pctō cōuertitur q̄s ad cre
aturā: vt cū cōuersio seu delectatio est na
turalis ꝛm qđ visus delectatur in viridi/ gu
stus in dulci: ⁊ sic de aliis. Quādoqꝫ etiā
cū merito: qn̄.s. illa delectatio refertur ad
deuz. Vn̄ ps. Delectasti me dn̄e in factu
ra tua. Da exēplū de cōtemplantibꝰ crea
turas vt cognoscāt ⁊ diligant creatorem.
Quādoqꝫ cū pctō veniali tm̄: vt cuz quis
delectatur in creatura plus debito: sꝫ tamē
circa deū. Da exemplū de primis motibꝰ
vel aliis peccatis venialibꝰ: vt infra dicet
dn̄o cōcedente. Quādoqꝫ cū pctō mortali
vt qn̄ ꝯuersio est cū auersione a deo/ vt di
ctū est. Qꝛ aūt cōuersio est ad aliq̄d ⁊ ha
bet actū nature substractū.i. subnixū: idō
pctm̄ accipitur in m̄ltiplicationē ⁊ numerū.
Vn̄ cōuersio inordinata ad ꝓpriā excellē
tiā dicitur supbia. Cōuersio vero inordina
ta ad bona t̄palia dicitur auaritia. Conuer
sio ꝟo inordinata ad delectatiōes venere
as dicitur luxuria. Cōuersio ad vindictā di
citur ira. Cōuersio ꝟo inordinata ad cibū
⁊ potū dicitur gula: ⁊ sic de aliis mortalibꝰ.

Sed nota q cũ actus morales accipiant formã ex fine.i. ex intẽtione finis agẽtis: vt notat Tho. pte.ij.q.j.ar.iij. videtur q causa formalis z finalis pcti sit eadẽ. Sz rñde q quantũ ad actũ pcti/pctm̃ accipit formã ex fine vt dicit in argumẽto:sed sm hoc actus nõ habet rõnem pcti. Quantũ vero ad inordinatõez actus:forma actus pcti est ipsa puaricatio diuine legis:vt dicitur hicsupra in pma pte.j.diffinitiõe. Uel dic meli⁹.q ipsius pcti in genere forma est inordinatio act⁹:sed ipsius pcti in specie forma est finis intent⁹a peccante:q finis est obiectũ forme ipsius act⁹. Si igitur pctm in genere sortit formã ex auersione a deo:sed pctm in specie sortit formaz ex ɔuersiõe ad creaturã. Ex pdictis ꝑ pz q pctm̃ formalit loquẽdo nõ est nisi priuatio qdã defectus z corruptela. Et qz defect⁹ sunt puatiões bonoꝝ:z puatões nihil sunt sm phm.sic tenebra q̃ est puatio luc iõ pctm̃ dr eẽ nihil.sz tñ alicui⁹ est:qz alicui⁹ sp boni puatio est. Dicit aũt pctm̃ eẽ nihil triplici ratione:sed p intellectu hoꝝ deccara Primo quõ duo sunt in peccato. sc3 actus/z inordinatio rõnis actus. Uerbi gratia in homicidio vel furto zc. Act⁹ quidẽ nõ est pctm̃ sm se:sed ordinatio rationis facit illud esse pctm̃. Pone exẽpluz de iudice faciẽte mori hominẽ suadẽte iustitia. Item in deo precipiẽte Abrae occidere filium Geñ.xxij.z in rebus Egyptioꝝ ablatis p Israelitas precipiẽte domino Exo.vij. Patet ergo q actus de se non est pctm̃/sed defectus rationis:z hoc non est nisi priuatio sicut tenebra zc. Et iõ nihil est ista. tamẽ inordinatio non põt esse sine actu:quia om̃e malũ est in bono. Probatur ergo triplici ratiõe q pctm̃ nihil est Prima pter defectũ:qz pctm̃ vt dixi nõ est aliqua res naturalis/sed defectus boni siue corruptio. Exẽplũ vt dictũ est pz de tenebra que nihil aliud est nisi puatio lucis:z sic nõ est aliud nisi nõ existẽtia lucis per modũ priuatiõis.nõ esse aũt nihil est:z hoc clarius pbatur sic sm Boetiuz. Constat deuz oia posse/nec esse aliud qd nõ possit si velit:sed peccare nõ potest:vt patz clare.ergo pctm̃ nihil est/cũ illud nec in se nec in alio possit de⁹. Nec est instãtia si dicas q currere/latrare:vel similia operari nõ possit.qz z si talia nequeat facere in seipo:ea tamẽ facit in alio.qz imutabilis in se manẽs. Terrarum celiqz sator q̃ tpѕ ab euo Ire iubes: stabilisqz manẽs das cuncta moueri. Sed pctm̃ sicut nec in se/ita nec in aliis põt efficere. Et sic ɔstat pctm̃ nihil esse. Ad idẽ. Omne qd est. est a deo qz oia per ipm facta sunt Io.j. Sed pctm̃ nõ est a deo. Qd pbatur:qz om̃e qd est a deo diligit de⁹. iuxta illud Sap.xj. Nihil odisti eoꝝ que fecisti.sed pctm̃ est exosum deo:iuxta illud Sap.xliij. Odio sunt deo impi⁹ z impietas ei⁹. Et Ps. Odisti oẽs q operant iniqtatẽ.ergo pctm nõ est a deo. Et h põt esse vna alia ratio q pctm̃ est nihil. Dicit glo. Aug. Nihil.i.pctm̃.z sic posset ɔgrue exponi illud Io.xv. Sine me nihil potestis facere. ¶ Scda ratio q̃re peccatũ est nihil/est pter effectũ:qz facit hominẽ nihil esse.nõ quidẽ quãtũ ad esse naturale/sed q̃ntũ ad esse spũale.qz per peccatũ priuat homo gratia z charitate:z ceteris virtutib⁹ infusis z donis/pter qd dicitur hõ nihil z ad nihilũ redigi.q̃ntuz ad esse spũale: vt dixi:cuz peccãt mortalit.iuxta illud.j.Coꝝ.xiij. Si habuero phiam z nouerim mysteria oia z oẽm sciẽtiã:et si habuero oẽm fidẽ ita vt montes transferam:charitatẽ aũt nõ habuero/nihil sum Itẽ Hiere.x. Corripe me dñe.verũtamẽ i iudicio z nõ i furore tuo.ne forte ad nihilum rediges me. ¶ Tertia ratio est pter despectũ:qz vilissimũ facit hoiem z indignissimũ omi pmio. Uñ dr Aug. q pctor nõ meret panẽ quem mãducat. Hiere.ij. Quã vilis facta es ni.ite.vi.r. Et h pz ex loco vbi pctõres ponũt:qz loc⁹ pportionari dz locato. Uilior aũt loc⁹ vniuersi est infern⁹.tũ rõne sic qz est infim⁹.tũ rõne fetoris qz zc. Et iõ pz ex h q ipsi pctõres sit vilissimi q ibi ponunt. Itẽ pz ex ɔditiõe: qz seru⁹ efficit hõ p pctm̃. Dicam⁹ aũt q suit⁹ est vilissima ɔditio.z q̃nto vilior est patron⁹/tãto vilior ẽ seru⁹. Quid aũt vili⁹ est pctõr: Nihil est. Tanto em̃ vilior est res q̃nto mag distat a dõ.nihil aũt tm̃ distat a deo q̃ illud est.qz pm⁹ gradus ꝑ appinquat deo est eẽ:pctm̃ autẽ est nihil.ꝑ est vilissimũ. Pctõr autẽ fit seru⁹ peccati. Ioã.viij. Qui facit pctm̃ seru⁹ est peccati. ergo est vilissimus z plusqz peccatũ cuius

Pctm̃ est nihil 3ª rõne pbᵗ.

est seruus: et ex hoc debz homo abhorrere peccatū. Aug. Appende te ex precio/ne tibi vilescas. Sene. Si scirē deos ignoscituros et hoīes ignoraturos: adhuc tamen abhorrerē peccatū. Idē phs. Maior sum et ad maiora natus: q̄ vt fiam mancipiū corporis mei. Cice. iij. offi. lib. suasum esse debet. Si oēs deos hominesq̄ celare possemus: nihil tamen auare/nihil iniuste/nihil libidinose/nihil incōtinent esse faciendum. Patet ergo ex p̄dictis q̄ peccatū dicitur nihil. Sed restat modo quedā dubitatio. Si peccatū nihil est/quare ergo dicitur occidere hominē spūaliter? Constat enī q̄ occidi est passio: oīs autez passio est ab actiōe. ergo occidere est actio: sed quod nihil est nihil agere pōt. ergo occidere hominē potest. Quomodo ergo in scriptura peccatores mortui appellātur? Ps. Non mortui laudabūt te domine. Iterz Iac. j. Peccatū cum cōsummatū fuerit generat mortē. Preterea si peccatū est nihil: q̄ est diuina iustitia que p peccato hominē eternaliter punit? Nam p nihilo hominē eterne pene tradere nō videtur opus esse iustitie: vt patet ex se. Sed respōdeo q̄ ad agendum semp requirit aliquod agens: sed ad deficiendū nomē agens requirit: sed sufficit q̄ ab actione cesset. Totus autē actus peccati nō est actio/sed defectio: et ideo nō requirit q̄ peccatū aliud agat: quia nihil agere pōt cum sit defectus. Occidit ergo peccatū hominē non agendo/sed deficiendo seu nihil agēdo. Uel dic q̄ illud quod est nihil nō potest esse causa alicui⁹ per se/pōt tamē esse causa p accidens. sicut remotio phibētis: sicut patet de ignorātia/que est priuatio sciētie. Nihil enī est: tamē est quādoq̄ causa peccati inquantū est priuatio scientie qua phibetur pctm̄. et ita dicit Tho. j. ij. q. lxxvj. ar. j. ad pmū. Et sic peccatū dicit causa per accidēs occisionis anime et dānationis/inquantū. s. q̄ priuat hominez gratia que est vita anie. Et ad hoc intelligendū nota tria exempla.

Primū erit exemplū naturale
Secundū est exemplū morale
Tertiū est exemplū scripturale.

¶ Exemplū ergo naturale est istud. Non māducare nō est aliud facere: et tamē si q̄s nō comederet moreret: quia mori est a vita deficere. et iō mori quis pōt nihil omnino agens: sed ab actiōe se subtrahēs. Sic et nō ambulare nō est aliquid facere: et tamen si diu quis in cippo teneret/perderet vsum et scientiā ambulandi. Sic si diues vidit pauperē fame vel frigore morietem et nihil ei dat: dicit ipm occidere cū tamē nihil faciat. Unde Amb. lxxxvj. dist. Pasce fame morientē si nō paueris/fame occidisti. Patet ergo q̄ ad purū defectū nulla causa agens reqrit: sed sufficit q̄ ab eo qd̄ est faciendū cesset. Patz ergo primū exemplū naturale. ¶ Scdm exēplū est morale. Uerbi gratia. si rex pciperet q̄ quilibet vadat ad ecclesiā vel cōuiuiū: qd̄ ipse facturus est sub pena capitis vel alterius mēbri: aliquis nō iuit. manifestū est q̄ nō eundo nō facit aliquid: sed nihil facit: q̄a solū omittit: et tamē odium regis et penaz incurrit. Nec obstat si dicas: q̄ hec plana vident esse in pceptz affirmatiuis: sed q̄n tum ad negatiua pcepta questio nō videt soluta. Nunquid enī fornicari/furari: et c. Nō est aliud facere. Ad qd̄ respōdetur q̄ eum dico hominē occidere/duo dico: fm q̄ hominē occidere est peccatū. Naz dico primo actum. s. qui est occidere hominē. secundo dico defectū circa actū. s. volūtaris. Dico ergo q̄ ille actus fm se nō est mal⁹: quinimo est a deo ille actus peccati. cui⁹ ratio est: quia cū ille act⁹ peccati sit quidē motus liberi arbitrij. deus autē est causa omniū motionū: vt Aug⁹. dicit. iij. de trinitate. sequit q̄ volūtas dei sit causa act⁹ peccati. et hoc vult Tho. j. ij. q. lxxix. ar. ij. Nec in hoc pctm̄ fm se: q: vt dixi sup/act⁹ nō habet rōnem peccati ex pte cōuersiōis ad creaturā. et hoc ptz: q: aliq̄n quis ppetrabit actū qui in genere nature erit mal⁹ tū ex aliqua circūstantia erit bon⁹: vt puta q: suadet iustitia: bene et meritorie pōt q̄s hoīem occidere si habet iurisditionē. Unī et q̄nq̄ a deo ille act⁹ est iussus: vt patz in Achior Iosue. vij. in Chananeis et ceteris gentib⁹ inimicis pp̄li isrl: quos de⁹ precepit occidi. sic et pcepit Sauli vt interficeret regē Agag cū omni pp̄lo ei⁹. s. Amalechitaꝝ: et inficeret oēs a viro vsq̄ ad mulierē: et puulū atq̄ lactantē. bouē et ouē camelū et asinū. j. Re. xv. et in m̄ltis alijs locis scpture. Sicut etiā ptz de Abraā: cui

pcepit vt occideret filiū Gen.xxij. Unde z aplūs dic/ q nō sine causa gladiuz portat Ro.xiij. ergo actꝰ pcti nō est malū ſm ſe ſed est a deo: ſed deformitas circa actuz q̄ eſt defectꝰ volūtatis q̄ formalit eſt pctm̄ nihil eſt: q2 eſt tm̄ boni priuatio. et iō queſtio ē ſoluta vt pꝰ. Nō tn̄ eſt ɔcedēdū q fornicari z furari/ z ceteri actꝰ cōſiles ſine a deo: q2 talia noīa nō dicūt pure actū/ ſed actū deformatū aliqua deformitate. Uñ qñ filij iſrael ſpoliauerūt egyptū/ nō fuit ibi rapina vel furtū: q2 furtū eſt cōtrectatio rei aliene inuito dño. ſed ibi facta fuit trāſlatio dñij illaꝝ rerū ab egyptijs ad hebreos ab eo cuiꝰ eſt terra z plenitudo eiꝰ. ¶ Tertiū exēplū ſcpturale habet in multis locis noui teſtamēti. Primo hꝫ Mat. xxij. Amice quō huc intraſti nō habēs veſtē nuptialē: At ille obmutuit. Tūc dixit rex miniſtris. Ligatis manibꝫ z pedibus eiꝰ mittite eū in tenebras exteriores. Ibi erit fletus z ſtridor dentiū. Quid p veſtē nuptialē niſi charitas deſignat: Quā qui nō habet/ nihil facit. z tamē dignꝰ eſt pena eo q ɔtra pceptū chri facit. Sicut etiā ſi rex pciperet q quicūqꝫ ex ſeruis ſuis talē nō haberet veſtimētū/ ſed appareret nudus: igni traderet. certū eſt q quicūqꝫ nō haberet illud veſtimentū: pene ignis ſubiaceret. nec dānaret iſte p nihilo: ſed q2 ſignū non habet amicitie regie q tenet habere. veſtimēta aūt anie quid ſunt niſi virtutes z dona q̄ hō quilibet tenet habere. Camiſia ſignificat caſtitatē que cōtingit carnē. Diplois ſignificat hoiem ſignatuz abſtinētia: q̄ eſt neceſſaria ad caſtitatē ſeruandā. Per tunicā ſignificat charitas: vt ibi dicit. Per chlamydē ſiue mantelluz ſignificatur patiētia q̄ defendit ab eſtu z a pluuia a verbis et cōtumelia. Et iō ſi hō talia veſtimēta virtutū nō habet: meretur penā. Uñ Apoc.xvj. dicit. Beūs qui vigilat z cuſtodit veſtimenta ſua ne nudus ambulet z videāt turpitudinē eius. Turpitudo aūt huiꝰ/ eſt turpitudo pctōꝝ que operit a veſtimēto charitatis. Prouer.x. Uniuerſa delicta operit charitas. Uñ .j. Pe.iiij. Charitas opit multitudinē pctōrū. Pš. Bti quoꝝ remiſſe ſunt iniqtates z q̄ꝝ tecta ſunt pctā. Sic z ſcdo habet exemplū in ficulnea in ſcriptura. cui maledixit dñs: q2 fructus in ea dū qreret nō inuenit: vt legit Mat.xxj. Sic z tertio habet exēplū de ficulnea: quā quidā plantatam habebat in vinea ſua: z venit querēs fructū in illa z non inuenit. Dixit aūt ad cultorē vinee. Ecce anni ſunt tres ex q̄ venio querēs fructū in ficulnea hac z nō īuenio Succide ergo illā. Ut quid ergo terram occupat: Luc.xiij. Igit etiā ſic pro nihilo arbor hūana a deo ſuccidit: q2 fructꝰ in ea debitus nullatenꝰ inuenit. Nullus eſt em̄ hō qui vineā haberet in qua plurimū expendiſſet/ z in ea excolenda plurimū laboraſſet: nihilqꝫ de cōtingentibꝫ omiſiſſet. q. ſi illa fructus nō afferret/ qn eā iuberet incidi/ z oia eiꝰ igni tradi. Sed quis homo vnqꝫ tantū laborauit in mōo in vinea ſua q̄ntū chrūs in ſua: q̄ eſt aīa humana: Quis vnqꝫ ſic vineā excoluit: qs in ea tāto laborauit labore: Quis p vinea ſua in mortez ſe tradidit niſi chrūs: Uñ in figuraz huius Naboth figurās chrm̄ p vinea ſua ē mortuꝰ .iij. Re.xxj. eo q eā Achab regi diabolū ſignificāti tradere noluit. Ergo hmōi vinea ē iuſtiſſime icidēda igniqꝫ tradēda ſi poſt tātos ſudores z tā amplas expēſas nullū ſuo dño fructiferat. Igit tota ſollicitudine laboremꝰ vt chrūs in vinea anime nr̄e fructus dēbitos ſuo tpe recipiat: vt ſic habeamꝰ denariū diurnū: q̄ ex cōdigno laborantibꝫ eſt pmiſſus. Mat.xx. Hoc aūt faciemꝰ ſi totis viribꝰ pctm̄ quaſi a facie colubri fugiamꝰ. Formalit ergo ad argumentū reſpōdendū: cū dicit: q ſi pctm̄ eſt nihil: ḡ pctōr dānat p nihilo: qḋ eſt inconueniēs. Rñdeo q dānari pctōrē p nihilo accipit dupliciter. Uno mō p nihilo .i. ſine cauſa. z ſic nullus dānatur p nihilo. Alio mō p nihilo .i. non p aliq̄ poſitiuo. z ſic dānat pctōr p nihilo: nō tn̄ ſine cā .ſ. pueriua. vt pꝫ in ſiītitudinibꝫ ſupra poſitis.

¶ Quare deꝰ fecit hominē peccabilem. Sermo .ij.

Quaſi a facie colubri fuge pctm̄. Eccli.xxj. Hoc mane dño ɔcedēte cōtinuādo materiā pmi articuli de pctō in genere/ intendo pdicare de peccabilitate hominis: q̄re .ſ. deꝰ fecit hoiez talē q peccare

xps p vine mortuus

posset: siue quare deus fecit hominem peccabilem: vbi etiã solu(itur) questio quorũdam cu riose q̃rentiũ/ quare deus cum presciret ipm cõtinuo peccaturũ creauit? Nã in statu innocẽtie nõ stetit homo nisi per spaciuz circiter sex horaꝝ/a mane .s. vsq; ad meridiẽ. Saluter primo virgo ꝛc. Pro huius ergo materie intellectu clariori est notãdum/ ꝙ ꝯclusio vera est in sacra theologia/ ꝙ diuina sapiẽtia qua oia creata sunt creauit oẽs creaturas in quibus põt cadere pctm̃ cũ defectu peccabilitatis .i. possent peccare: in cuius signũ peccauerũt alique ipsarũ. Et vide prius de angelis qui sm naturaz suã in qua creati sunt peccare potuerunt. ꝛ sic potuit ꝑ effectũ de Lucifero/ et alijs angelis apostatis ꝛc. Sed qui fuerũt firmi: vt Michael/ Gabriel/ et reliq: fuerũt postea ꝯfirmati in gratia. adeo vt peccare amplius non possint/ ex gratia non ex natura. Primi autez .i. rebelles fuerunt retrusi ad infernũ. sicut pꝫ Apo. xij. Ratio aũt q̃re angeli sunt peccabiles creati/ est: quia de nihilo creati sunt. ꝛ hec etiaz ratio põt cõpetere siue assignari in hoibus q̃re sunt peccabiles. Vide per Tho. sup. ij sent. di. xxxij. q. j. ar. j. ꝛ. ij. ꝛ di. ij. q. j. ar. j. Sic etiã pꝫ de hoibus. qui licet fuerũt a deo creati a principio in grã: tñ peccabiles fuerũt ꝛ de facto peccauerũt. q2 grã nõ habet cogere sed ꝑficere liberũ arbitrium. ꝓpter qd̃ dicit scriptura. Inueni ꝙ fecerit deus hoiez rectum: ꝛ ipse se infinitis miscuerit q̃stionibus. Eccle. vij. Nota Rectũ. hec rectitudo cõsistebat principalĩr in tali subiectiõe anime humane ad deũ. vt infra patebit latius cuz de pctõ originali agetur. Nota Infi. se misc. q̃stionibus. Et hoc ꝓpter pctm̃: ꝓpter qd̃ habet questionẽ hõ cũ deo/ ꝛ cũ ꝓximo/ et cũ seipso. Aug. Iussisti dñe et sic est: vt pena sibi sit ois inordinatus animus. Et Iob. vij. Posuisti me cõtrariũ tibi/ ꝛ factus sum mihimet ipsi grauis. Ex hoc ḡ defectu peccabilitatis ꝓcessit pctm̃ primoꝝ parentum. ex quo ita est ꝓstrata hũana natura et ad malũ inclinata: ꝙ exceptis chro ꝛ virgine Maria/ nullus hõ mũdi q̃ntũcunq; fuerit sanctitatis/ fuit a pctõ imunis. Vñ. j. Io. j. Si dixerimus q2 pctm̃ nõ habemus: ipsi nos seducimus/ ꝛ veritas in nobis non est. Et Augus. in lib. de natura et grã. Si oẽs sancti ꝛ scẽ dũ hic viuerẽt interrogati fuissent/ vtrũ sine pctõ essent: oẽs vna voce dixissent. Si dix. ꝙ pec. nõ ha. ip. nos se. ꝛ ve. in no. nõ est. Vñ Aug. xiiij. de ci. dei. c. ix. Nunc .i. in vita p̃senti satis bñ viuitur si sine crimine viuit. Sine pctõ autẽ q̃ se viuere existimat: non id agit vt pctm̃ nõ habeat/ sꝫ vt veniã nõ accipiat. Ratio aũt huius peccabilitatis in hoie habetur per regulã phie/ q̃ dicit. Qd̃ a natura est sp in est. Da exẽplũ de nigredine corui/ ꝛ de albedine cygni/ ꝛ de pictura pauonis/ ꝛ viriditate papagalli. ꝛ de risibilitate hois ꝛc. Modo ad ꝓpositũ ꝑ scripturã noui ꝛ veteris testamẽti clare habetur ꝙ peccare est hominibus a natura. nõ quidẽ q̃ntũ ad cõsummationẽ pcti/ sed q̃ntũ ad inclinationez ꝛ meditationẽ. Nã in pctõ cõcurrũt tria seu tres gradus: sꝫ principiũ/ mediũ/ ꝛ finis. Principiũ peccati ꝓcedit a sensu .i. a sensualitate. a quo sensu ois nr̃a cognitio originatur. Verbi grã. videt hõ mulierẽ et ex hoc incipit pctm̃. sic de auditu/ odoratu/ tactu ꝛc. Deinde ꝓcedit ad cogitandũ. Sic ergo sensus hois est principiũ pcti/ ꝛ cogitatio est mediũ. sed sensus q̃ est principiũ pcti/ ꝛ ipsa cogitatio q̃ est mediũ: sunt naturalĩr inclinati ad malũ potius q̃ ad bonuz. Auctoritas. Sensus eñ ꝛ cogitatio humani cordis ꝓna sunt ad malũ ab adolescẽtia. Gen. viij. Patet ḡ ꝙ principiuz et mediũ pcti sũt a natura. Et hoc ꝓcedit ex corruptiõe pcti originalis: qd̃ est cõtra naturale nobis. ex quo ꝓcedit ꝓnitas ad malum ꝛ difficultas ad bonũ. Ro. vij. Condelector eñ legi dei sm interiorẽ hoiem: sed finis .i. ꝯsũmatio pcti est a voluntate. que si assentit principio ꝛ medio: perficit pctm̃ mortale. Pctm̃ aũt cũ ꝯsũmatũ fuerit generat mortẽ. Iac. j. Et q̃ntũ ad hoc .i. ꝯsũmationẽ pcti pctm̃ est cõtra naturã hois. Ratio: q2 natura hois est a forma. Forma aũt hois est aia rõnalis. ꝛ iõ que cunq; sunt cõtra rõnem naturalem hois/ sunt ꝯtra naturã hois. hmõi aũt est vitiũ ꝛ pctm̃. ergo hoc respectu vitiũ ꝛ peccatũ sunt cõtra naturã hois. virtutes aũt sunt naturales hoi. Unde dicit Tul. in rheto. sua: ꝙ vtus est habitus in modũ nature rationi cõsentaneus. Qd̃ quõ intelligitur vide Tho. j. ij. q. lxxj. ar. ij. ꝛ. q. lxiij. ar. j. Pꝫ

ergo q̄ pctm̄ inest a natura homini quātū ad principiū ⁊ mediuz. Sed pbemus hoc p auctoritates clariores. Prima habetur: qm̄ in veteri testamēto. Nequā est natio eorū: ⁊ naturalis malitia ipsoꝝ non poterat mutari cogitatio eorum in perpetuū. Sap. xij. Itez Eccli. xj. Error et tenebre pctōrib9 cōcreta sunt. Itē ps. lvij. Alienati sunt pctōres a vulua: errauerūt ab vtero ⁊c̄. Nota i auctoritate supiori Nequaz .i. nō equa. qr a principio fuerat formatus hō a deo ⁊ mulier in magna equitate: intantū q̄ sensus ⁊ cogitatio cōcordabāt cū rōne. Vn̄ cuz essent nudi in paradiso ⁊ illa esset pulcherrima mulierū q̄ vnq̄ fuerunt in mūdo/excepta virgine Maria: tñ nō erubescebāt/nec insurgebāt motus sensualitatis: ⁊ hec vocabat̄ originalis iustitia. Sed postq̄ peccauerūt: abstulit de9 in penaz pcti dictā equitatē ⁊ remāserunt in puris naturalib9: ⁊ statim fuit i eis motus sensualitatis ⁊c̄. Intantū q̄ fecerūt sibi perizomata .i. brachas de folijs ficus: et postmoduz sine vlla equitate nati sunt oēs hoies mundi/p̄ter chrm̄ ⁊ virginē. Iō subdit. Naturalis malitia .i. pctm̄. Et sic ptz q̄ pctm̄ quantū ad principiū et mediū ē naturale homini. Alia auctoritas in nouo testamēto habet̄ ab aplo. Nos omnes aliqñ conuersati sumus in desiderijs carnis nr̄e/faciētes voluntatē carnis .i. sensualitatis. ecce p̄ncipiū pcti. ⁊ cogitationū: ecce mediū. ⁊ eram9 natura filij ire sic̄ ⁊ ceteri. Eph. ij. Ptz ergo q̄ pctm̄ est naturale homini: vide Tho. j. ij. q. lxxj. ar. ij. Ex hoc ḡ sequit̄ q̄ semp est in oib9 hoibus p regulā supradictā. Sed diceret aliq̄s. Ego bene acquiesco p autoritates predictas q̄ pctm̄ sit hoi a natura/put supra dictuz est. Sed quero q̄re diuina sapiētia naturā hois sic creauit vt esset peccabilis: Circa qd̄ nota q̄ multe rōnes assignātur a theologis de hoc: sed p fundamēto in parū quattuor rationū/p̄suppono q̄ deus creauit munduz p̄ncipaliter ꝓpter ostensionē excellētie sue iuxta illud Prouer. xvj. Vniuersa ꝓpt̄ semetip̄m operatus est dn̄s. ¶ Prima igit̄ ratio est ꝓpt̄ potētie diuine ostēsionē: qr de9 est solus inuertibilis ⁊ imutabilis. Mal. iij. Ego dn̄s ⁊ nō mutor. In q̄ ostēdit̄ maxima potētia dei. qr cū sit ipse imutabilis est tñ causa oim mutationū ⁊ motionū in vniuerso. iuxta illud Boetij. Stabilisq̄ manēs dans cūcta moueri. Creature aūt oēs sunt ex natura mutabiles: tā pure spirituales/sicut angeli: q̄ mixte ex spiritu et corpe/sicut hoies: q̄ etiā pure corpales/sicut celi ⁊ alie. Ps. Initio tu dn̄e terram fundasti/⁊ opa manuū tuarū sunt celi. ip̄i pibunt/tu autē pmanes: ⁊ oēs sicut vestimētū veterascēt. ⁊ sicut opertoriū mutabis eos ⁊ mutabunt̄: tu aūt idē ipse es ⁊ anni tui nō defi. ps̄. c. Nota ibi peribūt: h̄ intellige q̄ntū ad q̄litates accidētales. q̄ntū v̄o ad subaz nota ps̄. cxlviij. Statuit ea i eternū ⁊ in seculū seculi. Itē Eccs. j. Generatio p̄terit ⁊ generatio aduenit: terra autez in eternū stat. Itē Ro. viij. Vanitati em̄ creatura subiecta est. vanitati .i. mutabilitati Et lz ibi exponat̄ de creatura hūana: nihilomin9 vex est de oi creatura. qr sicut ois creatura ex nihilo a deo creata est: ita ad nihilū naturalit̄ tendit/nisi a deo cōseruetur. Ps. Aperiēte te manū tuā oia implebunt̄ bonitate. auertēte autē te faciem turbabunt̄. auferes sp̄m eorū ⁊ deficiēt et in puluerez suū reuertētur. Declara si vis lati9 hāc rōnem sicut scripsi in dn̄ica. ij. aduent9 in s̄mone q̄ incipit. Scitote qm̄ prope est regnuz dei. pte. j. ¶ Scd̄a ratio est ꝓpter diuine sapiētie manifestationē/q̄ ex malo scit elicere bonū. Vn̄ Aug. in ench. dicit: q̄ deus est ita bonus/q̄ nullū malū sineret fieri nisi ex eo eliceret aliqd̄ bonū. Maius em̄ bonū fuit secutū humane nature ꝓpter peccatū Ade/q̄ si nō peccasset. Nam ꝓpter pctm̄ suū incarnatus est fili9 dei: ⁊ sic de9 fact9 est homo: ⁊ excellentissime magnificata ē humana natura supra naturā angeloꝝ. Nusq̄ em̄ angelos apprehendit. sed semē Abrae apprehēdit. Heb. ij. Et hoc q̄ntū ad vtrūq̄ sexum. vt ptz in chr̄o ⁊ in v̄gine matre ei9. qr Exaltata est sancta dei genitrix sup choros angeloꝝ ad celestia regna. Iō cantat eccl'ia in benedictione cerei pas. O felix culpa q̄ talem ac tantū meruit habere redemptorē. O certe necessariū Ade peccatū. qd̄ christi morte deletum est. Hoc autē nō euenisset/nisi homo esset peccabilis. Vn̄ sup illud v̄buz j. Tim. j. Christus venit in hunc mundū peccatores saluos facere dicit Glo. Nul-

la causa veniēdi fuit chřo dño/nisi pecca-
tores saluos facere. Tolle morbos/tolle
vulnera: ⁊ nulla causa est medicine. De h
vide Tho. pte. iij. q. j. ar. iij. ¶ Tertia ra-
tio est ꝓpter diuine clemētie declaratione
que tāta fuit vt filiū suū vellet mori ꝓpter
pctōꝝ remissionē: ⁊ quotidie etiaz merito
passiōis chři remittit pctā penitentibꝫ. qđ
est maximū opus dei. Vñ sup illud Jo.
xiiij. Maiora horum faciet. dicit Aug. ꝙ
Maius est opꝰ dei ex impio facere iustū
ꝙ̄ creare celū ⁊ terrā. Vñ ps. Miseratio
nes eius sup oia opa eiꝰ. Et in collecta di
citur. Deus q̄ oipotentiā tuaz parcendo
maxime ⁊ miserādo manifestas. qđ intel-
ligit quantū ad magnitudinē eius qđ fit:
nō aūt quātū ad modū agendi/ſm Tho.
j. ij. q. cxiij. art. ix. ex q̄ manifestat maxime
clemētia dei: que maiorē vtilitatē cōtulit
hūane nature ꝙ̄ pctm̄ Ade damnū: vt p-
bat apls Ro. v. Naz ex pctō Ade infecta
est natura humana quantū ad pctm̄ origi-
nale tm̄ qđ ex natura contrahit. Peccata
aūt actualia non ab ipso cōtrahunt/sed a
nr̄a voluntate causant. sed grā chři libera
uit humanā naturā ab omni pctō/ ⁊ origi-
nali ⁊ actuali. Itez pctm̄ Ade fuit causa
per quā humana natura pctm̄ contrahit:
grā chři est nō solū causa remissionis pec-
catoꝝ: sed etiā collatiōis ꝟtutis ⁊ donoꝝ.
Itē pctm̄ Ade fuit tꝑale vsqꝫ. s. ad mortē
chři: quo mortuo liberant oēs q̄ baptizan
tur. sed grā chři est eterna/qꝛ semper dura
bit. Jō apls Ro. v. Non sicut delictū ita
⁊ donū. Si em̄ vnius delicti multi mor-
tui sunt: multo magis grā dei et donū/in
grā vnius hōis iesu chři in plures abūda-
uit. Nota in plures. i. multos: vt nō suma
tur cōparatiue sed absolute. Nota em̄ plu
res iustificātur ꝑ christuz/ꝙ̄ cōdemnant
ꝑ Adaz. Vñ nō fit ꝯparatio respectu nūeri
sed respectu abundātie boni in quo donuz
chři delicto Ade pꝛefert. Jō dicit Mul-
to magis ⁊c. ſm Hugonē cardinalē. Vel
pōt dici ꝙ gratia chři in plures ē nata de-
scendere ꝙ̄ culpa Ade. quia si aliquis nō
fret nō per viā seminalē/sꝫ alio mō virtu-
te diuina sicut chřus: vel de manu/vel de
alio mēbro hominis sicut Eua/nō cōtra
heret originale. ⁊ sic culpa Ade ad istū nō
extenderet: sed bene extēderet gratia chři-

sti. ⁊ necessariū esset hunc baptizari/tum
ꝓpter characterē/tum ꝓpter preceptū chři
sti adimplendū. De quo Jo. iij. Nisi quis
renatꝰ fuerit ex aqua et spiritusancto ⁊c.
Patet ergo quō magnificata ⁊ manifesta
ta est maxima clementia dei ꝓpter peccatū
Ade: qđ nō contigisset si homo nō pecca-
bilis fuisset. ¶ Quarta ratio est vt osten
datur diuina iustitia: que ꝯsistit in hoc vt
bonos pmiet ⁊ puniet malos. Nullus au
tem homo fuisset malus si peccabilis non
fuisset: imo neqꝫ bonꝰ. vt infra patebit in
proxima ratiōe. Et iō ad hoc vt diuina iu
stitia ostenderet in redditione premioꝝ q̄
debentur bonis/ ⁊ in redditiōe supplicio-
rum q̄ debent malis: fuit expediēs/vt hō
peccare posset. Et hanc rōnem tangit apo
stolus Ro. ix. ¶ Quīta ratio est ꝓpter hu
mane laudis ostensionē seu ꝑ virtutis lau
dationē. Que em̄ esset laus hōis si pecca-
re nō posset? Nulla. Et ꝯsequēter hō non
fuisset dignus premio nec pena: ⁊ sic non
esset paradisus nec infernus ⁊c. Vide in-
fra ar. ij. ser. iij. in introitu. in secūda rōne.
Laus ergo viri iusti est quādo habꝫ opor
tunitatē peccandi ⁊ abstinet se a peccato.
Unde dicit scriptura. Beatus vir qui in
uentus est sine macula. Et infra. Qui po
tuit trāsgredi et nō est trāsgressus, facere
malū ⁊ nō fecit. Eccli. xxxj. ¶ Sexta ra-
tio est: vt boni exercitētur per malos. et sic
meritum bonoꝝ augeatur per patiētiam
⁊ beniuolentiā. quia boni nō solū patien
ter sustinent/sed etiā diligunt malos: iu-
xta consiliū domini Matth. v. Audistis
quia dictuz est. diliges proximū tuū: et o.
ha. ini. tu. Ego autez dico vobis diligite
inimicos vestros ⁊c. Nota euāgeliuz. Et
hanc rationē confirmat Aug. xiiij. de ciui
tate dei: circa finem loquēs de casu pmi
hominis. Cum igit (inquit) futuri casus
humani deus non esset ignarus: cur eum
non sineret inuidi angeli malignitate ten
tari? Nullo modo quidē ꝙ vinceret in cer
tis: sed nihilominus prescius ꝙ ab eius se
mine adiuto sua gratia/idem ipse diabo-
lus fuerat sanctoꝝ gloria maiore vincen-
dus. Hec ille. Si enim nō essent mali ho
mines: multa merita et virtutes deessent
bonis. quia Marcet sine aduersario vir-
tus: vt ait Sene. Mali ergo cōculcātes

bonos fuit occasio fabricandi coronas bonis. et sunt occasio virtutis et augmenti premiorum. Verbi gratia: si non fuisset Pilatus et Herodes et Cayphas et Judas non fuisset clarificatus filius hominis per mortem: per quam meruit gloriam corporis: nec humanum genus fuisset redemptum. Item si non fuisset Quintianus non fuisset Agatha gloria martyrii coronata: et sic de aliis. Unde si non fuissent tyranni: non fuissent sancti viri martyres. Ideo dicit christus. Beati estis cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint: et dixerint omne malum adversus vos mentientes: propter nomen meum. Gaudete et exultate: quoniam merces vestra copiosa est in celis. Mat. v. ¶ Septima ratio est propter universi decorem seu decorationem: quia opposita: iuxta se posita: magis elucescunt. Nota similitudinem de campo qui in vere apparet pulchrius propter diversitatem florum et colorum et odorum et formarum. ps. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varie. Sic et mali bonos commendant/adinuicem comparati. Sic econtrario mali magis vituperantur bonis comparati. Nec excusationem aliquam pretendere possunt propter fragilitatem aut concupiscentiam aut aliam causam, nam et hec fuerunt apud bonos qui tamen represserunt passiones mediantibus virtutibus. contra quos dicit dominus. Viri niniuite surgent in iudicio cum generatione ista et condemnabunt eam: quia penitentiam egerunt in predicatione Jone et ecce plus quam Jonas hic. Mat. xii. Si enim in iudicio excusare se vellet homo de peccato luxurie propter concupiscentiam innatam: dicet christus. Et quare tot virgines viri et mulieres abstinuerunt et cetera. Sic si excusaret se de peccato commisso propter timorem mortis: opponet ei christus martyres. Sic de quolibet statu: dic pertice. ¶ Octava est propter creaturarum conditionem scilicet ut homo non sit peioris conditionis quam alie creature: quas omnes sic deus administrat/ut agere propriis motibus sinat. unde etiam hominem arbitrio proprio relinquere debuit. Unde dicit Tho. ii. sent. dist. xxiii. q. i. ar. i. in corpore questionis: quod nulli creature communicatum est nec communicabile fuit/quod peccare non posset per conditionem nature sue: nec hoc contingit ex imperfectione divine potentie sed ex imperfectione creature: que hoc recipere non potest: et etiam ex hoc quod quedam impossibilitas contingeret ex implicatione contradictoriorum/secundum Tho. Debuit igitur relinquere hominem arbitrio proprio: ideo dicit scriptura. Deus ab initio constituit hominem et reliquit illum in manu consilii sui. i. in libertate arbitrii. Ecci. xv. patet ergo ratio quare deus fecit hominem peccabilem.

¶ De novem causis quibus aggravatur peccatum. Sermo iiii.

Quasi a facie colubri fuge peccatum et cetera. ubi supra. Prosequendo materiam: adhuc primi articuli: scilicet de peccato in genere sequitur considerare de gravitate ipsius. et secundum quid attendatur/et ex quo unum dicatur gravius altero. Circa quod nota. quod questio fit in sacra theologia. Utrum unum peccatum sit gravius altero. Circa quod notandum quod opinio fuit stoicorum quod omnia peccata erant paria: et ex hoc etiam deriuatum est quorundam hereticorum error: qui ponentes omnia peccata esse paria: dicunt etiam omnes penas inferni esse pares. Mouentur autem ipsi ut refert Tho. i. ii. q. lxxiii. arti. ii. ex hoc quod considerabant peccatum ex parte privationis tantum: prout scilicet est recessus a ratione. Unde similiter existimantes quod nulla privatio susciperet magis et minus/posuerunt omnia peccata esse paria. Et pro istis facit: quia peccatum in scriptura quandoque dicitur mors spiritualis: iuxta illud ps. Non mortui laudabunt te domine. Et Jaco. i. peccatum cum consummatum fuerit generat mortem. In morte autem non cadit magis et minus cum sit pura privatio. Non enim minus mortuus est aliquis primo die mortis quam tertio vel quarto: quam post annum quando cadaver fuerit resolutum. Et similiter non est magis tenebrosa domus si lucerna sit operta pluribus velaminibus: quam si sit operta uno solo velamine: totum lumen intercludente. Sed hec opinio est contra veritatem et reprobatur ratione et auctoritate. Ratione quidem: quia secundum Tho. ubi supra. Si quis diligenter consideret inveniet duplex privationum genus. Est enim quedam simplex et pura privatio/que consistit quasi in corruptum esse: sicut mors est privatio vite: et tenebra est privatio luminis: et tales privationes non recipiunt magis et mi

nus: q2 nihil residuu3 est de habitu oppo/sito: z de his puationib9 pcedit ratio stoi/corum. Sed pctm nō est talis priuatio vt infra patebit. Est aūt alia puatio nō sim/plex sed aliqd retinēs d habitu opposito. q̄ quidē priuatio magis ɔsistit in corrumpi ꝙ in corruptū esse: sicut egritudo q̄ priuat debita3 mensurationē humoꝝ ita tamē ꝙ aliqd eius remanet/alioqn nō remaneret animal viuū. z similiter est de turpitudine et alijs hmōi. Huiusmodi aūt puationes re/cipiunt magis z min9 ex pte ei9 qd rema/net de habitu ɔtrario. Multu3 em̄ refert ad egritudinē vel turpitudinē: vtrū plus vel min9 a debita cōmensuratiōe humoꝝ vel membroꝝ recedat. Et similit' dicen/dū est de vitijs z pctis. Sic em̄ priuat in eis debita cōmensuratio rōnis vt nō tota liter rōnis ordo tollat': alioquin si totalit' rōnis ordo tolleret': nō esset pctm̄ sicut est in furiosis z freneticis/infantib9 z arrepti/tijs z hmōi. Est autē notandū ꝙ peccatū mortale potest dupliciter ɔsiderari sm ꝙ duos effectus vel defectus pducit. Uno modo pctm̄ inquātum est gratie diuie pri/uatiuu3 z in hoc mō potest pctm̄ mortale dici pura priuatio. Unde ex illo respectu nō dicit'/dari magis vel min9 in pctis: q̄a sicut priuat' homo gratia ꝓpter vnū pctm̄ mortale min9 graue: sicut p magis graue z sic p vnum sicut per centū. Jaco. ij. Qui totam legem seruauerit: offendat autē in vno factus est omniū reus. Et hoc respe/ctu peccatū assimilat' morti vt dictu3 est. z dicit' mortale eo ꝙ aufert ab anima radi/cem vite spiritualis: q̄ est gratie z charita/tis. Item sicut nō potest homo mortuus resurgere per se nisi ex potentia dei: sic nec peccator nisi per misercdiam dei. Osee. xiij. Perditio tua isrl' ex te: tm̄modo ex me au/xiliū tuū. De quo vide. j. arti. iij. sermo. x. pte. j. Alio modo pōt ɔsiderari pctm̄ mor/tale inquātum est rōnis deordinatiuū. et sic nō est pura rationis: nec assimilat' mor/ti: sed infirmitati p rōnē sancti Tho. q̄ hic ponit': z isto respectu vnū peccatū est gra/uius altero: inquātū magis deordinat or/dinē rōnis: z ɔsequēter mag' facit ɔtra p/ceptu3 dei z ɔtra charitatē. Et ideo dicit Glo. sup illud Joā. iiij. Qui totā legē ser/uauerit offendat zc. Cur g̃ non dicamus paria pctā: nisi forte: q2 magis facit cōtra charitatē q̄ graui9 peccat. igit' vt dictū est in vitijs z peccatis sic priuat debita com/mensuratio rōnis vt tamē nō totalit' ratio/nis ordo tollat'. alioquin malū si sit inte/grū seipsu3 destruit/vt dicit' in. iiij. Ethi. Peccatū ergo mortale cū sit egritudo spiri/tualis nō est pura puatio sicut nec egritu/do corpalis. z ideo recipit magis z min9. Quod aūt peccatū comparet' infirmitati non solū in sacra scriptura q̄ frequent' hoc dicit': iuxta illō ps. Misereri mei dn̄e qm̄ infirmus sum zc. Sana me dn̄e qm̄ ɔtur/bata sunt omīa ossa mea zc. sed etiā ex do/ctrinis gentiliu3 vt ponit Tho. j. ij. q. lxx/vij. ar. iij. Tullius z Seneca vitia appel/lant egritudines. Patet ergo ratio quare pctā non sunt paria: sed vnū tanto magis est ḡuius altero: quāto magis recedit ab ordine rōnis. Auctoritate pbatur p illud ꝙ dixit domin9 Pilato. Joā. xix. Qui me tradidit maius pctm̄ h3. Et Hiero. dicit. Quis dubitat sceleratius esse cōmissum: quia grauius est punitū. Patet etia3 hoc exclusi penis taxatis a iure ciuili z canoni/co: sm diuersam grauitatē peccatoꝝ: z sic patet ɔclusio. Diceret aliquis: satis mihi clarum est rōne z auctoritate ꝙ vnū pec/catu3 est graui9 altero: sed vellem scire ex quib9 causis vnū peccatū ē graui9 altero. Circa ꝙ nota: ꝙ ex multis attendit' graui/tas pctoꝝ: put late ponit Tho. j. ij. q. lxx/iij. per totū. sed ego recolligo causas istas in nouē que cōtinent' in hoc versu. Quis quid. vbi. p quos. quotiēs. cur quō. quan/do. z habent hec ab Aug. in lib. de penitē/tia. z in decret'. de peni. dist. v. c. j. z in. ca. Sicut dignū. de homici. Et per Tho. j. ij q. vij. ar. iij. Et ponit etiam iuris ɔsultus in. l. Aut facta. de pe. c. canoniȝatu. de pe. dist. j. Aut facta.

Prima causa est magnitudo ꝑsone a q̄ peccat': hoc nota in vbo. quis.

Scḋa causa est ɔditio ꝑsone inquā pec/catur: hoc pōt notari eodē verbo,

Tertia causa est grauitas peti qd com/mitt' t. Quid,

Quarta causa est irreuerētia loci in q̄ peccatur. Ubi.

Quinta causa est multitudo ꝑsonaꝝ q̄ ad pctm̄ inducunt'. Per quos,

Sexta causa est ꝯsuetudo peccandi q̃ peccatum multiplicatur. Quotiens.

Septima causa est motiuũ peccandi q̃ pctõ mouetur. Cur.

Octaua causa est modus quo peccatũ cõmittitur. Quõ.

Nona causa est tpis incõgruitas. quo pctm̃ ꝑpetratur. Quãdo.

¶ Prima ergo causa aggrauationis pcti est magnitudo ꝑsone peccantis. Circa qd̃ nota ſm Tho. j. ij. q. lxxiij. ar. vi. Duplex est pctm̃: quoddã ex subreptione ꝓueniẽs ꝓpter infirmitatẽ humane nature: et tale pctm̃ minus reputatur ei q̃ est maior in virtute eo ꝙ minus negligit hec pctã reprimere. q̃ tamen oino subterfugere infirmitas humana nõ sinit. Alia vero sunt pctã ex deliberatione ꝓcedentia: et ista pctã tanto magis alicui imputãtur: quãto maior est. Unde Isidorus in. ij. lib. de sũmo bono. Tanto maius cognoscitur esse pctm̃: quãto maior q̃ peccat habetur. Item Hilarius papa. xxv. q. j. Nulli fas: vbi sic ait. Siquidem maiori reatu delinquit q̃ potiori honore fruitur. et grauiora facit vitia pctõꝝ: sublimitas peccantiũ. Et Iuuenalis satyra. viij. Omne animi vitiũ tanto ꝯspectius in se Crimen habet: quãto maior q̃ peccat habetur. Et hoc põt esse ꝓpter q̃ttuor. ¶ Primo quia facilius possunt resistere pctõ maiores: puta q̃ excedunt in scientia et virtute. Unde deus dicit Luc. xij. ꝙ Seruus sciens voluntatẽ dñi sui et nõ faciens digne plagis vapulabit multis. Nota hic ꝯtra theologos: iuristas et phos. qui scienter cõmittunt pctã. et sic religiosi q̃ sciunt regulã: et ꝯstitutiones magis peccant etc. Tales sunt similes demonibus etc. Itẽ nota quõ ignorantia excusat a toto interdũ. quãdo totaliter causat in voluntatẽ: interdũ autẽ a tanto. quando minuit voluntatẽ: de q̃ tangitur sup̃ sermõe. j. pte. j. Et nota ꝙ primi ex scientia peccantes efficiuntur peiores postea q̃ prius erãt: quia spũs nequã reuertitur cũ septẽ aliis spiritibus nequioribus se. Mat. xij. Secundo ꝓpter ingratitudinẽ: quia oẽ bonũ quo quis magnificatur est ei beneficiũ cui bõ fit ingratus peccando: et quantũ ad hoc q̃libet maioritas etiã in tpalibus bonis pctm̃ aggrauat: ſm illud Sap. vj. Potentes potenter tormenta patientur. Tertio ꝓpter specialem repugnantiã actus peccati ad magnitudinem ꝑsone: sicut si princeps iustitiã violet qui ponitur iustitie custos. et si sacerdos fornicetur qui castitatẽ vouit. Quarto ꝓpter exemplũ siue scandalũ quia vt dicit Grego. in pastorali. in exemplũ vehementer culpa extẽditur: quãdo ꝓ reuerentia gradus peccator honoratur. Nota ꝯtra religiosos tenentes banderiã in campanili in carnisp̃uio. Itẽ de rectoribus ciuitatis qui tpe natalis dñi ludunt ad aleas et tẽpore carnisp̃: siue sunt principaliores ad ludendũ ad pluriũ etiã notitiã ꝯueniũt pctã magnoꝝ: et magis hoies ea indigne ferunt: ſecundum Tho. vbi sup̃. j. ij. q. lxxiij. ar. x. ¶ Scd̃o grauatur peccatũ ꝓpter ꝯditionẽ ꝑsone in quã peccatur. Quanto enim ꝑsona in quã peccatur: siue cui infertur iniuria est excellentior: tanto grauius est pctm̃. Quia ergo ꝑsona diuina seu essentia eius est infinite excellentie. ideo peccata q̃ inmediate cõmittuntur ꝯtra ipsum dñm sunt grauissima: sicut idolatria/infidelitas/periuriũ/fractio voti/heresis et diuinatio et hmõi. Scd̃o post illa est grauius pctm̃ si offenditur ꝑsona que est ꝯiuncta deo. Deo aũt tanto magis aliq̃s cõiungitur quãto est virtuosior: vel deo sacratior et ideo iniuria illata tali persone magis redundat in dominũ: iuxta illud Zach. ij. Qui vos tangit quasi tangat pupillam oculi mei. Et ps. Nolite tãgere christos meos. Nota hic contra blasphematores christi et beate virginis et sanctoꝝ dei. Nota etiam hic cõtra sacrilegos seu corruptores monialiũ. Item ꝯtra ꝯcupiscentias sacerdotum. Tertio grauatur peccatũ ex conditione ꝑsone cõiuncte ipsi peccanti. Tanto enim grauius quis peccat/quãto in magis cõiunctam ꝑsonã peccat/seu naturali ꝯiunctiõe seu beneficiis seu quacũq̃ cõiunctione: quia videtur in seipm magis peccare et pro tanto grauius peccat: ſm illud Eccl. xiiij. Qui sibi neq̃ est: cui alij bonus erit? Quarto grauatur pctm̃ ex parte dignitatis persone in quam peccatur. Et ideo peccatũ ꝙ fit in ꝑsonam publicam: puta regem vel principem qui gerit ꝑsonam totius multitudinis est grauius q̃ qd̃ cõmittitur ꝯtra vnã personam priuatam eo qui plures tangit. Unde specialiter dicitur. Exod. xxij. Principi populi tui nõ maledices. Et similiter

iniuria q̄ fit alicui famose psone videt̄ esse
grauior: ex h̄ q̄ in scandalū ⁊ turbationez
plurimoꝝ redūdat: sm sententiā Tho. j. ij
q. lxxiij. art. ix. Et cōcordat lex humana q̄
grauiꝰ puniunt̄ delicta q̄ cōmittunt̄ in p
sonā principis q̄z alia: vt ptz. C. ad le. iul.
maiestatꝫ. l. Quisquis canonizata. vj. q. j.
Siquis. ¶ Tertio grauat̄ pctm̄ ex quan-
titate pcti qđ cōmittit̄. qđ tanto grauiꝰ est
q̄to maius nocumentū ex pctō infert̄. Et
siquidē nocumētū sit preuisuz et intentū:
et tunc directa quātitas nocumēti adau-
get grauitatē pcti: q2 tunc nocumentū est
p se obiectum pcti. Vn̄ homicidiū est gra
uius detractione: q2 p primū infertur no-
cumentū vite corpali: p sm fame q̄ est mi
nus bonū. Itē detractio est grauior furto
eadē rōne. Item pctā spūalia. i. p que pn-
cipalr̄ infert̄ nocumentū anie/ sunt graui
ora p̄dictis: sicut seditio hereticoꝝ. Si ve
ro nocumentū nō sit intentū: nec preuisuz
siq̄dē sequit̄ p se ex actu pcti directe pec-
catū aggrauat: puta si aliq̄s publice forni
cat̄: sequit̄ scandalū pximoꝝ: qđ q̄uis ipe
nō intendat nec forte preuideat directe/ p
h̄ aggrauat̄ pctm̄. Si aūt nocumentū nō
p se/ sed p accidens sequat̄ ex actu pcti nō
aggrauat pctm̄ directe: sed pter negligen
tiā ꝯsiderandi nocumenta q̄ cōsequi pos-
sent: imputant̄ homini ad penā que mala
euenuīt pter eius intentionē/ si dabat ope
ram rei illicite. Da exēplū demādāte ali-
quē verberari solū. si sequat̄ occasio verbe
rati vel verberantis imputant̄ mandāti: vt
ca. vl. de homicidio li. vj. Item alia exem
pla potes videre sicut scripsi in sermonib
q̄dragesimalib de preceptis in. v. p̄cepto.
Nō occides in sermo. de homicidio casua-
li. Predicta sunt de mēte Tho. p. ij. q. lxx
iij. ar. viij. vbi latius ponit. Est etiā pctm̄
spūale grauiꝰ q̄z carnale. ceteris paribus.
Licet pctā carnalia sint maioris infamie
q̄z spūalia sz Greg. ⁊ ponit Tho. s. ij. q. lxx
iij. ar. v. Sunt aūt pctā spūalia: superbia:
auaritia: ira: inuidia ⁊ acidia. Pctā vero
carnalia sunt luxuria: ⁊ gula. Illud etiaz
notandū q̄ pctm̄ grauat̄ ex actu. Nā gra-
uius est pctm̄ quod a volūtate deducit̄ in
actū: q̄z qđ in sola volūtate ꝯsistit. Ratio
est: q2 cū sm pctm̄ in deordinatiōe volun
tatꝫ ꝯsistat. tanto grauiꝰ est pctm̄ quanto
actꝰ est magꝫ inordinatꝰ: magis aūt inor
dinatꝰ est/ cū ad opus deducit̄ a volūtate
q̄z cū i sola volūtate ꝯsistat ceterꝫ paribꝫ.
licz dn̄s dicat Mat. v. Qui viderit mlieꝛ
rē ad ꝯcupiscendā eam iam mechatꝰ est in
corde suo. tamē grauiꝰ peccat cū actu lu-
xuriat̄ cū mliere: q2 ipse actus exterior cō-
munit̄ adauget voluntatē in malis ope-
ribꝫ: ⁊ sō magis deordinat̄ volūtas. ⁊ ꝯse
quēter actꝰ exterior pcti efficit̄ grauior. Est
aūt notandū sm Pet. q̄ si voluntas ⁊ opꝰ
pcti sunt sepata sz diuersa tp̄a/ sunt diuer
sa pctā: q2 sunt diuerse auersiones ⁊ ꝯuer-
siones: sed si voluntas ⁊ opus sunt coiun-
cta vt causa ⁊ effectꝰ. sic sūt vnū peccatū
formalit̄/ licz plura materialit̄. ¶ Quar-
to grauat̄ pctm̄ ex circūstātia loci. s. si fiat
pctm̄ in loco sacro. Nā si nō fit furtū in lo
co sacro sed extra: dicit̄ furtū. Si aūt in lo
co sacro: dicit̄ sacrilegiū. Simile de forni
catiōe. Bene dr̄ textꝰ in. ca. Siq̄s. xvij. q.
iiij. q̄ sacrilegiū est siue sacrū de sacro/ siue
nō sacrū de sacro: siue sacrū de nō sacro au
ferat̄. Vn̄ ⁊ violat̄ templū vl̄ ecclia p san
guinis vl̄ seminis effusionē: vt in. ca. j. de
ꝯse. ecclie vel alt. li. vj. pter qđ dn̄s zelās
reuerentiā domꝰ dei facto flagello de fu-
niculis expulit vendētes ⁊ ementes de tē
plo: vt legitur Matt. xxj. iuxta illud Ps̄.
Quoniaz zelus domus tue comedit me.
Nota hic contra illos qui vagizant mul
eres in ecclesia/ vel aliud turpius faciunt
in ea. Item contra illos qui faciunt in ea
contractus vel parlamenta vel iudicia et
litigia: contra q̄ habetur in. ca. Decet do
mum domini: de immuni. eccle. li. vj. Hic
vt expedit. Et ideo. ps̄. Domū tuam do-
mine decet sanctitudo ⁊c̄. Et si contra fiat
processus iudicum secularium: ac senten-
tie in eisdem locis prolate non valent vt
ibi dicitur. Item non debent fieri in ec-
clesijs confabulationes. ¶ Quinto gra-
uatur peccatū ex multitudine personarū
⁊c̄. puta si adhibentur mediatores vel in-
ternuncij: q2 oēs tales sunt p̄cipes ⁊ cri-
minis ⁊ etiā damnationis: sicut etiam si
adhibētur socij criminis vel fautores seu
cooperatores in delicto. Hic de rufianis ⁊c̄
¶ Sexto grauatur ex iteratione seu con-
suetudine delinquendi: q2 vt dicit canon.
Cōsuetudo nō minuit pctm̄ sed auget: vt

¶ In hoc g̃ smone dño cõcedẽte dicem9 tm de pma ꝯsideratiõe: pcui9 introductione querit Vtrũ sit necesse ponere pctm originale: Ad qđ dicendũ q sic. et h̃ probatur auctoritate scripture/et rõne. Et pmo rõne: pq̃a assumedũ est qđ dicit Gen. ij. Tulit g̃ de9 hoiem et posuit eũ in paradiso: pcepitq3 ei. Ex oi ligno padisi comede: de ligno aũt scie boni et mali nõ comedes In qcũq3 aũt die comederis ex eo: morte morier3. S3 qr Adã nec eodẽ die q̃ comedit mortu9 est actu: optet sic itelligi. morte morier3/necessitati mortis eris addict9 qđ qdẽ frustra diceret/si hõ ex institutiõe seu nature necessitatem moriẽdi haberet. optet g̃ dicere q mors et necessitas moriẽdi sit pena hoi p pctõ inflicta. Pena autez

non infligit iuste/nisi p culpa in quibus/cūcꝫ iuenit:necesse est vt in oibꝫ inueniat aliqua culpa:sed in hoie inuenit hec pena etiā a principio sue natiuitatis:ꝛ tunc eēm nascitur necessitati mortis addict⁹. Unde ꝛ aliq mox post natiuitatē moriunt ꝰ vtero translati ad tumulū:ergo in eis est aliquod pctm̄/sed nō pctm̄ actuale:q₂ nō habent pueri vsum liberi arbitrij sine q̄ nihil imputat hoi ad pctm̄:vt ex his q̄ dicta sūt in lib.ij.apparet.necesse est ergo dicere:q̄ in eis sit peccatū p originē traductū. hec Tho.in lib.iiij.ꝯtra gentiles.c.l. Sed notandū hic:quod ꝓprie loquēdo mors non videt pena peccati originalis duplici rōe. Primo q₂ originali nō debet pena sensus sed tantū damni:mors autē est pena sens⁹ ꝛc. Scdo q₂ si mors esset pena originalis sequeret q̄ sublato originali p baptismū tolleretur ꝛ mors q̄ est falsum.dic ergo q̄ mors est pena originalis p accidens·quia pctm̄ originale est causa mortis/tanq̄ remouens ꝓhibens:q₂ remouit iustitiā originalem/q̄ ꝓhibebat mortē:sed p se mors puenit ex principijs nature:q₂ natura cōpositus est homo ex quattuor elemētis cōtrarijs.vt nota.ī.ar.ij.sermo.iiij.patꝫ ergo rōne:q̄ necesse est ponere pctm̄ originale. Scdo pbat scriptura q̄ tam in veteri q̄ in nouo manifeste pbat pctm̄ originale. In veteri quidē habet auctoritas Gen. xvij.dic practice. Quomō deus apparuit Abraam/ꝛ pcepit ei circūcisionē di. Circūcidet in vobis ome masculinū ꝛ circūcidetis carnem ꝓputij:caro que circūcisa nō fuerit:delebit aia illa de pplo suo:q₂ pactū meū irritū fecit. Nota pactū meū irritum fecit.de q̄ pctō loquat hic de⁹ dubitari pt. Nā si intelligit de pacto circūcisiōis inter deū ꝛ Abraam inito.non videt cōuenire rōni. Quō eīn per.x.dies vel.xx.potuit dici irritare h̄ pactū dei/cū nō habeat vsum rōnis ꝛc. Sicut eēm hui⁹ etatis hō non pt mereri sic nec demereri ꝓpter defectū vs⁹ rōnis. Oportet ḡ q̄ intelligatur de pacto inito/inter deum et Adam de esu pomi. Quō aūt diceret aliqs/irritare potuit huiusmodi puer h̄ pctm̄ cū eadē rō sit/q̄ sup dr̄. Rn̄deo:q̄ talis puer irritauit pctm̄ illud in Adā/in q̄ oēs peccauerūt. Ro.v.vt infra declarabit fmōe sequēti. Nō aūt i se. si igit puer non circūcidebat/deleri merebat de pplo suo Glo.i.de cetu scōꝝ.q₂ patrum dei irritū fecit.i.q₂ peccauit in Adā. si aūt circūcidebat:nō delebat de pplo di:q₂ p circūcisionē purgabat.illō pctm̄ Ade in ipo puero. Et ex h̄ textu pbat q̄ oēs cōtrahūt originale.alioquin cur deleri merebat puer de cetu scōꝝ/si nō fuisset circūcisus nulla esset rō. Et hoc expsse ponit Augusti.xvj.de ciui.dei.c.xxix.vbi ait. Pōt mouere quō intelligi oporteat/q̄d hic dictū est:mascul⁹ q̄ non circūcideret carnē ꝓputij sui octauo die:interibit anima illa de genere suo:q₂ testm̄ meū dissipauit.cū hic nulla culpa sit paruuli cui⁹ dixit aiam perituram:nec ipe dissipauit testm̄ dei:sed maiores q̄ eū circūcidere non curarūt.nisi q₂ etiā paruuli nō fm̄ sue vite ꝓprietatē:sꝫ fm̄ cōem humani generꝫ originē oēs in illo vno testamentū di dissipauerūt/in quo oēs peccauerūt.ꝛ infra.si eēm dixisset:q₂ h̄ testm̄ meū dissipauit/nō nisi de illa circūcisione intelligi cogeret.nūc vero qm̄ nō exp̄ssit cuiusmodi testm̄ puulus dissipauit. liberū est intelligere de illo restamēto dictū cui⁹ dissipatio ptinere possit ad paruuluꝫ. Hec ille.igit ꝛc. Alia auctoritas hr̄ Gen. xxxvij. q̄ Jacob audita morte Joseph: scissis vestibꝫ indutus est cilicio lugēs filium suum mlto tpe. Cōgregatis aūt ceteris liberis ei⁹ vt leniret dolorē patris noluit ꝯsolationē recipere:sed ait:descendam ad filiū meum lugens in infernū. Nota in infernū cū Joseph esset sanctus hō ꝛ Jacob pater ei⁹ dixit de.ad.fi.me.lu.in infer. ergo etiā sanct⁹ hō ibat ad infernū. Dicūt iudei q̄ cū dixit Jacob in infernū/debꝫ intelligi in sepulchrū:sed h̄ manifeste pꝫ esse falsum:q₂ Jacob putabat q̄ bestia comedisset Joseph:ꝛ ꝯsequenter putabat q̄ corpus Joseph in stomacho bestie esset:nō in sepulchro. Uñ dic̄ text⁹.Gen.xxxvij. Fera pessima comedit filium meuꝫ.i.bestia deuorauit Joseph.oportet ḡ q̄ intelligat de ꝓo iferno:ꝛ de aia Joseph:nō ꝰ corpe. ꝛ ꝯseq̄nt oportet dici:q̄ Joseph fuerit i inferno.i.in limbo ꝓpt pctm̄/nō q̄dē actuale mortale.qꝺ nō erat in eo:nec veniale:q̄a meruissꝫ purgatoriū:sꝫ originale ꝓpter qꝺ merebat esse i limbo scōꝝ patrū. ꝛ sic pꝫ idē. Alia auctoritas p Dauid.ps.l. Ecce

 iustitia orig. quid sit

em in iniq̄tatib⁹ ɔcept⁹ sum: ꝛ in pec. con. me mater mea. nō loquit̄ Dauid de pctō cōmisso a parentib⁹ in actu m̄rimoniali: q: illud sine pctō exerceri potest: licet sine pctō raro exerceat̄: vt dicit Greg. xxxiij. q. iiij. c. Uir cū ꝓpria. p̄terea intētio Dauid erat accusare se ꝛ pctā sua/ nō aūt pctā parentū suoꝝ. oportet ḡ q̄ d̄ alio pctō loquat̄ ꝛ hoc nihil aliud esse pōt p̄terq̄ʒ originale: ꝛ sic etiā habet̄ ꝓpositum. Et nota. qd̄ dicit in iniq̄tatib⁹ in plurali nnmero: nō q̄ sint plura pctā originalia. sʒ loquit̄ sʒ morem scripture: que frequēter ponit pluralē numeꝝ p singulari: sicut Mat. ij. Defuncti sunt q̄ querebāt aiam pueri: vl' quia in pctō originali ꝟtualiter periſtunt oīa peccata actualia: sicut in quodā ꝑncipio. Uñ est multiplex virtute: vel q: in pctō primi parentis qd̄ ꝑ originē traducit̄: fuerūt plures deformitates. s. superbie/ inobediētie/ gule: ꝛ alia hmōi: vel q̄ multe partes aie inficiunt̄ ꝑ originalē: fm Tho. j. ij. q. lxxxvij. ar. ij. ad ꝑmū. ¶ Alia etiā auctoritas eiusdē Dauid. ps. lxxxviij. Quis est hō q̄ viuet ꝛ nō videbit mortē: eruet aiam suaʒ de manu inferi: quasi dicat nullus: ergo ꝛ mali ꝛ boni hoīes nō poterāt eruere aias suas de inferno: q̄ non poterat cōtingere semꝑ/ nisi ꝓpter pctm̄ originale ꝛc. Item alia auctoritas habet̄ Job. xiiij. Quis pōt facere mundū de in mūdo cōceptū semine nōne tu qui solus es: et q̄ manifeste accipi pōt: q̄ ex imunditia hūani seminis aliqua imunditia ad hoiem ex sem̄ne cōceptū ꝑueniat. q̄ oportet intelligi d̄ imūditia peccati: pro q̄ sola hō ad iudiciū deducit̄. p̄termittit̄ ei. ꝛ dignū duc̄ sup huiuscemōi apire oculos tuos. ꝛ adducere eū tecum in iudiciū. sic igit̄ aliqd̄ pctm̄ est: qd̄ hō contrahit ab ip̄a sui origine: qd̄ originale d̄r. hoc ponit Tho. in. iiij. ɔtra gentiles. c. l. Auctoritates aūt noui testamēti m̄lte sut: sʒ ꝑ nūc sufficiat vna Apo. Ro. v. Per vnū hoiem pctm̄ intrauit in mundū. ꝛ ꝑ pctm̄ mors: ꝛ ita in oēs hoīes mors ptransijt in q̄ oēs peccauerūt. nota ꝑ vnū hoiem peccatū intrauit in mundū: qd̄ nō pōt intelligi ꝑ modū imitationis: ꝓpter hoc qd̄ dicit̄ Sap. ij. Inuidia diaboli mors introiuit in orbē terraꝝ. Restat ḡ q̄ ꝑ originē a primo hoie pctm̄ in huūc mundū intrauit: vt dicit Tho. j. ij. q. lxxxj. ar. j. patet ḡ auctoritatib⁹ scripture: q̄ est necesse ponere peccatū originale. Et sic patet pctm̄ originale esse: ꝛ rōne ꝛ scriptura. Pro euidentia ḡ q̄stionis iam ꝓposite vicʒ: q̄d est pctm̄ originale ē notandū: q̄ cū oē pctm̄ sit ꝑuatio quedā: priuatio aūt opponat̄ habitui n̄ pōt ipsa priuatio d̄ se bn̄ cognosci/ nisi per cognitionē habit⁹ cōtrarij: cū ꝑuatio fm se nihil sit. pctm̄ ḡ originale est quedā ꝑuatio originalꝭ iustitie formalr̄: vt dicūt theologi. oportet ergo vt prius videam⁹ quid erat iustitia originalꝭ: vt veniamus postea ad cognitionē pcti originalis: q: ɔ̄trarioꝝ eadem est disciplina. ꝛ rectum est iudex sui ꝛ obliqui: vt dicit̄ in ꝑmo de aia. Erat autē iustitia originalis quedā rectitudo: ꝑ quā corp⁹ erat aie subditū ꝛ vires inferiores rōni: q̄diu aīma subdita esset suo creatori fm Nico. de ly. sup Ro. j. Iustitia originalis erat q̄ddā donū sup̄nale datum hoī a deo: ꝑ qd̄ ipse hō erat totaliter subiectū deo q̄ntū ad rōneʒ. rationi ꝟo erant subiecte vires inferiores. s. irascibilis ꝛ ɔcupiscibilis/ ꝛ aie corp⁹ que nō erant rebelles rationi nec mouebant̄: nisi fm imꝑiū rōnis Ideo nō erubescebāt de nuditate Gen. ij. Erat aūt vterq̄ʒ nudus. Adā. s. ꝛ vxor ei⁹ Prima autem subiectio erat causa. ij. ꝛ. iij. Quādiu eīn rō manebat deo subiecta inferiora ei subdebant̄. ꝛ hāc iustitiā originalē vocat Salomon rectitudinē. Ecc. vij. Inueni q̄ de⁹ fecit hoiem rectū/ cui⁹ rectitudinis interioris fuit q̄si q̄ddā signaculū rectitudo exterior corꝑis hūani/ qd̄ recte respicit celū cū cetera aialia ad terrā ꝓclina sint: iuxta illud Ouidij. j. meta. Prona q̄ʒ cū spectēt aialia cetera terrā. Os homini sublime dedit celūq̄ʒ videre Iussit: ꝛ erectos ad sidera tollere vult⁹. Hoc aūt donum rectitudinis siue iustitie originalis dedit etiā de⁹ angelis oib⁹ simul: sʒ hoi dedit vni ꝑ omib⁹ posteris: ita q̄ si nō peccasset Adā: fuisset ꝑ originē illud donū traductū ad posteros. ꝛ ad h̄ vt adam haberet cām meriti acq̄rendi ꝑ actuʒ obedientie: dedit eis de⁹ preceptū: vt de ligno scientie non ederēt Gen. ij. Et nota vlteri⁹: q̄ deus dedit tria ꝑcepta Ade ꝛ Eue. Primū ꝓ conseruatiōe speciei. Gen. j. Crescite ꝛ multiplicamini. Scdm̄ ꝑ ɔseruatiōe indiuidui

Effectus iustitie orig.

quando dixit de omī ligno paradisi comede. Tertiū ꝑ acquisitiōe vite eterne: quando dixit de ligno scientie nō comedes ⁊c. Habebat aūt hoc donum iustitie originalis: multos effectus.

Primo erat grē infusio
Scdo erat intellect⁹ illuminatio
Tertio erat a culpa ꝑseruatio
Quarto erat ꝟtutū oim repletio.
Quinto imortalitatꝫ adeptio
Sexto creaturaꝝ oim dn̄atio.

¶ Et primo effectus iustitie originalis: erat grē infusio. oportet eñ dici ꝙ primus hō fuerat creat⁹ in grā. Nā vt dicit Tho. par. j. q. xcv. ar. j. illa subiectio corporis ad aiam ⁊ inferioꝝ viriū ad rōnē nō erat naturalis. alioqn post pctm̄ mansissꝫ. cū etiā demonib⁹ data naturalia ꝑmanserūt post pctm̄: vt Diony. dic̄. iiij. c. de diuinis nominib⁹. Vn̄ manifestuꝫ est ꝙ et illa prima subiectio: q̄ ratio deo subdebat̄/ nō erat solum fm naturā: sed fm fraternalis grē donum. Nō eñ pōt effect⁹ esse potētior cā. Vn̄ Aug. dic̄. xiij. de ciui. dei. Hiere. xiij. ꝙ postea quā ꝑcepti facta est transgressio: ꝯfestim grā diuina deserente de corporuꝫ suoꝝ nuditate ꝯfusi sunt. senserūt eñ motus inobediētꝫ carnis sue tanꝗ̄ reciprocā penā inobedientie sue. Ex q̄ datur intelligi si deserente grā: soluta est obediētia carnis ad animā ꝙ ꝑ gratiā in aiaꝫ existentē: inferiora ei subdebant̄ fm Tho. vbi supra Nā Adam habuit intellectum. ¶ Scdo effect⁹ erat intellect⁹ illuminādo: ita clarū ꝙ habuit scientiā oim/ q̄ naturaliter ꝑ hoies cognosci pn̄t/ ⁊ rō est: q: res in ꝑmo statu fuerūt a deo institute/ non solum vt essent in se ipsis: sꝫ vt etiā alioꝝ principia. Et ideo oia ꝑducta sūt in statu ꝑfecto/ in q̄ possent esse principia ⁊c. Sicut patꝫ in plantis/ ⁊ piscib⁹ ⁊ aialib⁹/ ⁊ alijs. hō igit̄ debuit formari ⁊ creari a deo in statu ꝑfecto: sicut alie creature: vt posset esse principiū alioꝝ hoim. Potest aūt esse hō ꝑncipiū alioꝝ hoim dupliciter. Vno mō ꝑ corporalē generationē. Et iō fuit institut⁹ in statu ꝑfecto quātū ad corp⁹ vt statim posset generare. Alio mō ꝑ instructionē ⁊ gubernationē: quoniā ali⁹ nullus pōt instruere alios/ nisi ipse prius fuerit instruct⁹: iō oportuit vt hō istrueret̄ in statu perfecto: etiam quantū ad animā vt posset alios instruere ⁊ dirigere seu gubernare. Et ideo oportuit ꝙ ipse prius homo instrueretur a deo. sic vt haberet scientiam omniū in q̄bus homo natus est instrui. ⁊ hec sunt oia illa: que virtualiter existunt in primis ꝑncipijs ꝑ se notis: quecūqꝫ: scꝫ homines naturaliter ꝑ se cognoscere pn̄t. et hoc ptꝫ ex eo: q: pater Adam iposuit noia oib⁹ aialibus: vt dicit̄ Gen̄. j. Nomia aūt debēt naturis rerum cōgruere: ⁊ sic Adaꝫ sciuit naturas omniū animaliū: ⁊ pari ratione habuit oim alioꝝ scientiā: quia autem ad gubernationē vite proprie ⁊ alioꝝ nō solum requiritur cognitio eorum que naturalit̄ sciri possunt: sed etiā cognitio eorum que naturalem cognitionē excedūt. eo ꝙ vita hominis ordinatur ad quendaꝫ finem supernaturalem: sicut nobis ad conseruationem vite nostre necessariuꝫ est cognoscere que fidei sunt. Heb. xj. Oportet eñ accedentem ad deum credere: quia est ⁊ ꝙ inquirentib⁹ se remunerator sit. ⁊ ibideꝫ. Sine fide eñ impossibile est placere dō. Vn̄ ⁊ de his supernaturalib⁹ tantam cognitionem primus homo accepit quanta erat necessaria ad gubernationem vite humane fm statum illum. Vnde dicit Tho. ij. ij. q ij. art. vij. ꝙ primus homo ante statū peccati cognouit mysterium incarnationis filij dei fm ꝙ ordinabatur ad cōsummationem glorie. non autem fm ꝙ ordinabatur ad liberationem a peccato per passionem ⁊ resurrectionem: quia homo nō fuit prescius peccati futuri. Alia vero que nec naturali studio homo cognoscere potest/ nec sunt necessaria ad gubernationeꝫ humane vite: primus homo non cognouit. sicut sunt futura contingētia ⁊ cogitatiōes hominū: ⁊ quedam singularia: puta quot lapilli iacēt in flumie: ⁊ alia hmōi fm Tho. ꝑte. j. q. xciiij. ar. iij. Ois eñ culpa cōmittit̄ ab aliq̄. ¶ Terti⁹ effect⁹ erat a culpa ꝑseruatio triū. Vn̄ ꝓpter intellectū male iudicantē: vel ꝓpter voluntatē male eligentem: vel ꝓpter appetitū sensitiuū male inflammantē. Vide supra sermone proximo ꝑte. v. Hoc aūt n̄ poterat esse in ꝑmo statu. nā intellect⁹ nō poterat decipi: vt dr Tho. ꝑ. j. q. xciiij. ar. iiij. nec obstat. qd̄ dr apl's. j Tim. ij. ꝙ mlier seducta fuit i ꝑuaricatōe

q: vt dicit Tho. vbi supra in responsione ad primũ/illa seductio mulieris/ et si pcess fert pctm̃ hois/ subsecuta est tñ pctm̃ in terne elatiõis: iuxta illd. Cõtritoȝ pcedit supbia: et añ ruinã exaltat spũs. Prouerb. xvj. et hoc idẽ ponit Aug. xiiij. de ciui. dei. c. xiij. dicit eñ Aug. xj. sup Gen. ad lram. q mulier verbis serpentis nõ crederet/ nisi iam inesset mẽti ei9 amor ppriе potestatis: et quedã de se psumptio. Patet g q in intellect9 pmoȝ parentũ in statu innocentie decipi nõ poterat/ q: erat informat9 oi scientia. Itẽ nec volũtas poterat male eligere/ q: erat informata originali iustitia: p quã subdebat totaliter ipsi deo: vt dictũ est supra. Itẽ nec appetitus sensitiu9 poterat male inflãmare: q: vires iferiores ipi9 appetitus sensitiui: id est irascibilis et concupiscibilis erant totaliter subdite ratiõi: vt dictũ est. Et ideo nõ erubescebãt de nuditate: quia non mouebat cõcupiscentia/ nisi ad appetitũ rationis: et sic ipa originalis iustitia a pctõ pseruabat. Et si diceres tu quare g peccauerũt? Rñdeo. q: gratia illa originalis nõ cogebat liberũ arbitrium. Unuȝ qdq; cũ recipit fm modũ recipientis: mod9 ãt nãe itellectualis et rõnalis est vt libere feratur in ea que vult. et ideo inclinatio gratie non imponit necẽtateȝ: sed habens grãm potest ea non vti et peccare: vnde lȝ hõ haberet hãc gratiam/ tñ peccauit sicut et angeli: lȝ etiaȝ fuerint creati in gratia tñ peccauerũt: vt ponit Tho. j. pte q. lxv. ar. iij. ad scdm. ¶ Quart9 erat effectus virtutũ oim collatio: quia durãte iustitia illa originali omi virtute decoratus erat Adã et Eua: et hoc patet ex pdictis. nam vt dicit Tho. pte. j. q. xcv. ar. iij. dictũ est supra. talis erat rectitudo primi status qd non erat deo subiecta: inferiores vires rationi. virtutes aũt nihil aliud sunt q pfectiones quedam/ quib9 ratio ordinat in deum. Inferiores vires disponunt fm regulã rationis. Un̄ rectitudo pmi status exigebat: vt hõ aliqliter oẽs virtutes haberet. Sed psiderandũ est: q virtutũ qdã sũt q de sui rõne nullã imperfectionẽ iportãt vt charitas et iustitia/ et hmõi vtutes fuerũt in statu innocentie simplr/ et quantuȝ ad habitũ et qñtũ ad actũ. sed qd de pseuerantia? Rñdeo. Perseuerãtia pt dupliciter accipi. vno modo tanq virt9/ et sic fuit in primo hoie. Alio modo tãq circũstantia/ et sic non fuit. Quedã vo sunt q de sui rõe impfectionẽ importãt/ vel ex parte actus: vel ex parte materie: et hmõi impfectio nõ repugnat pfectiõi primi stat9. nihilomin9 hmõi virtutes esse poterãt in primo statu: sicut fides est eoȝ que non vident/ et spes est eoȝ que non habent. perfectio eñ pmi status nõ se extendebat ad hoc: vt videret deum p essentiã: et vt haberet eũ fruitione finalis btitudinis. Un̄ et fides et spes esse poterant in pmo statu. et quantũ ad habitum/ et quãtũ ad actũ. si vero impfectio q est de ratione vtutis alicui9 repugnat pfectioni primi status: poterat esse hec virt9 ibi fm habitũ/ sed nõ fm actũ: vt patet de penitentia/ que est dolor de pctõ cõmisso: et de miscdia que est dolor de miseria aliena. pfectioni aũt primi status repugnat tam dolor q culpa et miseria. Unde et huiusmodi virtutes in primo homine fm habitum erant/ et non fm actum. Erat enim primus homo sic dispositus: vt si peccatũ precessisset doleret/ et similiter si miseriam in alio videret eam pro posse repelleret/ sicut phus dicit in. iiij. ethicoȝ. q verecundia que est de turpi/ cõtigit studioso soluȝ sub pditione: est eñ sic disp osit9 q verecũdaret/ si turpe aliqd pmitteret Tho. vbi. s. ¶ Quintus effectus est immortalitatis adeptio. nam mors per pctm̃ intrauit in mundũ: vt dicit apostolus Ro. v. Ergo ante pctm̃ homo erat immortalis/ nõ qdẽ per naturã: sed per quoddã supnale donũ. ¶ Pro cuius materie clariori intellectu nota q sicut dicit Tho. pte. j. q. xcvij. ar. j. aliquid potest dici incorruptibile tripliciter Uno modo ex pte materie. eo. s. q vel nõ habet materiã: sicut angel9: vl hȝ materiã que non est in potẽtia: nisi ad vnã formã: sicut corpus celeste. et hoc dicit fm naturã incorruptibile: et hoc modo hõ non erat in corruptibilis: vt nota. infra eo. ar. fmo. iiij parte. q. iij. et. iiij. Scdo modo dicitur aliqd incorruptibile ex parte forme: q: s. rei corruptibili per naturã inheret aliqua dispositio per quã totaliter a corruptione prohibetur. et hoc dicit incorruptibile fm gloriã: q: vt dic Aug. in epl'a ad Dioscoȝ: tã potenti natura deus fecit aiam: vt ex eius

Pone ista ? [illegible] q amor [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

britudine redūdet in corp⁹ plenitudo sani tatis.i.vigor incorruptibil'. ¶ Tertio mō dicit' aliqd incorruptibile ex pte cause effi cientꝫ. ⁊ hoc mō in statu innocētie fuisset hō incorruptibilis ⁊ imortalis. qꝛ vt dicit Aug. in li. de q̄stionib⁹ noui ⁊ veterꝫ testi. De⁹ hoīeꝫ fecit q̄ q̄diu nō peccaret imor talitate vigeret: vt ip̄e sibi auctor esset aut ad vitā aut ad mortē. Non em̄ erat corp⁹ ei⁹ indissolubile: p aliquē imortalitatꝫ vi gorē in eo existentē: sed inerat aīe vis q̄ dā supnaturalit' diuinit⁹ data/p quā pote rat corp⁹ ab om̄i corruptōe p̄seruari: q̄diu ipi deo subiecta mansisset. q̄ rōnabilit' fa ctū est: qꝛ em̄ aīa rōnalis excedit pporti onē corpalis materie: cōueniēs fuit vt in principio ei virt⁹ daret': p quā corpus con seruare posset sup̄ naturā corpalis mate rie Tho. vbi supra. vn̄ licꝫ corp⁹ humanū esset dissolubile p naturā: tn̄ de⁹ dedit ho mini triplex remediū sicut triplicit' pōt de ficere corpus humanū. ¶ Primo em̄ pōt deficere p famē ⁊ ꝯtra hoc erat primū re mediū: qd̄ dedit de⁹ p̄cipiendo Ade: q̄ co mederet de om̄i ligno paradisi p̄ter quaꝫ de ligno scientie ⁊c̄. Da exēplū de oleo in lucerna ⁊c̄. ¶ Scd̄o pōt deficere ex sene ctute q̄ causat' ex defectu seu debilitate di gestiue ⁊ actiue virtutꝫ: licꝫ em̄ p cibū re staurare' humidū deperditū p actionē ca lidi naturalis. inde ista restauratio nō fit fm̄ equalentiā: fm̄ qd̄ dicit ph̄s in primo de gn̄a. qꝛ caro generata ex alimento im purior est quā prima: sicut vinū mixtū cū aqua ⁊c̄. vide infra co. ar. ij. fmone. iiij. p. iiij. Ad hoc ḡ q̄ p̄dicta restauratio fieret fm̄ equalentiā: ⁊ p ꝯseq̄ns impedire' sene ctus. indigebat hō esu ligni vite. Vn̄ dic̄ Aug. xiiij. de ciui. dei. c. xxvj. q̄ cibus ad erat homini ne esuriret: potus ne sitiret. li gnū vite ne illū senecta dissolueret. ⁊ h̄ eti am vult Tho. pte. j. q. xcvij. art. iiij. Ter tio pōt deficere corp⁹ humanū p infirmi tate: ⁊ ꝯtra hoc de⁹ dedit tertiū remediū. Nā ante pctm̄ erat vis quedā aīe supna turalit' data diuinit⁹: p quā vt dictū ē po test corpus ab om̄i corruptione p̄seruari quā diu deo subiecta mā sisset. Utrū autē lignū vite ꝯferret hoi imortalitatē. Dic q̄ nō simplr̄: qꝛ virt⁹ cuiuscūq̄ corpis est fi nita. vn̄ nō poterat virt⁹ ligni vite ad hoc

se extendere vt daret corpi durandi virtu tē tpe infinito: sed vsq̄ ad tēpus determi natū q̄ finito vel homo trāslat⁹ fuisset ad spūalē vitā/vel indiguisset iteꝝ sumere d̄ ligno vite: vt not. Tho. pte. j. q. xcvij. ar. iiij. ¶ Sextus effect⁹ iustitie originalis erat creaturaꝝ dn̄atio. Vn̄ Gen̄. j. fa. ho. ad ima. et si. no. et p̄sit pis. ma. ⁊ vo. ce. et be. vniuerseq̄ terre: omiq̄ reptili qd̄ mo uet' in terra. qd̄ intellige d̄ creatura q̄ non est ad imaginē dei. naꝫ sup angelos hō nō habuisset dn̄ium: sed de alijs creaturꝫ: sic sunt oīa aīalia vt d̄t text⁹ vbi sup̄. vt not. Tho. pte. j. q. xcvj. ar. j. ⁊. ij. q̄ dic vt ibi p eū late ponit'. Vn̄ ad preceptū Ade aīa lia sibi obedissent ⁊ qd̄ miꝝ: Cū etiā in vi tis patrū legat' idem de q̄busdā patrib⁹ q̄ bus bestie q̄dam fere obediebāt: sicut cro codyli: vrsi: leones: dracones: ⁊ alie huius modi. Ex p̄missis ḡ habem⁹ qd̄ erat iusti tia originalꝫ ⁊ quos effect⁹ habebat: ex q̄ ꝯsequēt' clare sequit' qd̄ sit pctm̄ originale qd̄ opponit' iustitie originali p̄uatiue. Et ideo theologi dn̄t: q̄ pctm̄ originale nihil aliud est q̄ carētia illi⁹ originalis iustitie cū debito habēdi eam. Priuatio autē sola hꝫ potius rōneꝫ pene q̄ culpe cū sit poti⁹ passio q̄ actio. Quare ḡ dicit' esse culpa: Rn̄. qꝛ huic p̄uationi adiuncta est volun tas Ade: ⁊ ꝯseq̄nt' oīm ab eo p rōneꝫ semi nalē descendentiū: qꝛ oēs in eo peccauer̄t vt ait Apl's. Rom̄. v. Ideo ḡ habuit rō nem culpe pp̄ter actū volūtatis adiunctū. Quia aūt null⁹ est culpabilis: si nō habet illud: qd̄ nō tenet' habere. Ideo adiungit' in diffinitōne cū debito habendi eā. Hoc aūt q̄ hic sup̄ dicit' q̄ p̄uatio sola hꝫ poti⁹ rōnem pene q̄ culpe: intellige formalr̄: sꝫ materialit' est ꝯcupiscentia. vt no. Tho. j. ij. q. lxxxij. art. iij. Et declaro hoc q̄ dicit'. q̄ est carētia ⁊c̄. Nā postq̄ Adā peccauit fuit soluta rectitudo illa: q̄ erat ratio deo subiecta. Cum aūt esset causa aliaꝝ subie ctionū. s. viriū inferioꝝ ad rōneꝫ: ⁊ corpis ad aīam: ⁊ aīaliū ad hoiem: ꝯseq̄nter fuit subsecuta etiā illaꝝ dissolutio. Et sic disso luta hac armonia: incōtinenti vires infe riores rebellauerūt ꝯtra rōnem: ita vt sen tirēt mot⁹ ꝯcupiscētie. Et pp̄terea: erubu erūt de nuditate: vt dictū est. s. pte. j. hui⁹ fmonis: ⁊ sic corp⁹ rebellabit se ꝯtra aīam

Pctm ori
quid sit

z bestie boi. Patz ergo. qd sit pctm origi nale. Quomo aut istud pctm traducatur ad posteros: z quare: z vn traducat. dicet dno pcedete. j. pmoe pcio sequeti Amen.

Peccatu originale a septem causis traducit. Ser. VII.

Quasi a facie colubri zc. Prosequedo scdm articulu de pctō originali: sequit videre de scda psideratioe: videlicz de traductione peti originalis in posteros. Salutet vgo maria zc. Pro introductioe ergo z coplemento materie querit: vnde: z ex quibz causis pctm originale traducat ad posteros: z p clariore intellectu videt q a nulla causa neqz aliqua ratoe possit z debeat traduci. Nam pmo no imprimit a deo in aiam creante: qz deus no pot esse autor mali culpe/nec causa peti: vt dictuz est sup. ar. j. ser. iiij. de causalitate pcti. Cu em deus sit ipa bonitas: no pot esse causa mali: qz bona arbor non facit fructus malos. Mat. vij. Secudo videt q nec ab Ada peccante possit traduci. Scriptu est em. Filius non portabit iniquitate patris: nec pater portabit iniqtate filij. Eze. xviij. z pfirmat ratio. Nam quida fecit penite tiam: p qua recupauit gratia dei: iuxta illud Sap. x. Hui9. s. sapiétie illud q prius formatus est a deo. pater orbis terraz cu solus esset creat9 custodiuit z eduxit illuz a delicto suo: sed penitentia Ade non profuit posteris nec traducta fuit. Ergo multo minus peccatu Ade debuit traduci: qz potentior est gratia qz culpa: vt pbat apostolus Ro. v. Tertio: nec a pmo parente generante: quia iam fuit mundatus ab originali per baptismu. Nemo aut dat q no hz. Quarto nec amore pcipiente: qz mater tantu pstat materia. Vn si Eua tatu peccasset: no haberem9 originale peccatu: fm illud Ro. v. Per vnu hoiez pctm intrauit i mdm. Et nota Tho. j. ij. q lxxxj ar. v. Quito no ab actu mrimoniali. qa sile act9 si fiat cu debitz circustantijs sine pctō fit/imo cu merito: qz e act9 religiōis: vel obedientie ad mandatum dei. Gen. ix. Crescite z mltiplicamini: licet dicat Aug. Quod vix sine pctō fiat. xxxij. q. iiij. vir cu ppria. Sexto no ab aia nostra: quia a deo creata est pura: z tanqz tabula munda: qz ois creatura bona est. Et pterea de ratioe pcti est: q sit voluntariu. Vn dicit Aug9. q. j. c. j. Vsqz adeo pctm voluntariu malum est: vt si non sit voluntarium: desinat esse pctm: vt dixi sup. arti. j. sermo. j. pte. j. Septimo: nec videt posse traduci a carne inquinate. Ratio: qz ois carnis inqnatio est corporalis. No em potest caro subiectu esse peccati. sed solu aia. Nullu aut corporale inqnat aiam: sic dicit saluator. Mat. xv. Vn pot semen corruptu vel defectiuu esse causa corruptiōis corpalis: sic lepros9 qnqz generat leprosuz: z podagricus podagricu. z etia spualis q tame no n sit culpa: sicut fatu9 generat fatuu: sz no poterit defectus corpalis esse causa directe defect9 spualis: qui sit culpa: psertim in alio: cum vt dixi idem in rone culpe est q sit volutaria z ipsa volutas sit causa effect9 culpe. Cuz g fides catholica teneat/et est veritas/q pctm originale traducat. querit: vnde habeat peccatuz originale: q traducat: Circa q est notandu: qd a septe causis habetz qd traducat diuersis tame respectibz.

Primo quidem a diabolo primordialit z suggestiue

Scdo a muliere originalr z incitatiue

Tertio ab Adaz pncipalr z copletiue.

Quarto a paretibz proximis instrumetaliter: z causatiue

Quito a carne nra carnalit z effectiue

Sexto a deo precipiente occasionaliter et permissiue

Septimo a deo puniente iustitialiter z inordinatiue

Primo g traducit hoc pctm a diabolo zc. qz ipe decepit mulierem: sicut habetur. Gen. iij. Si em diabolus non fraudasset muliere: no peccasset mulier/z cosequeter nec Adam zc. Propter hoc dicit Sapietie. ij. Inuidia diaboli mors introiuit i orbem terraru. Vide sup. sermone primo in tertio effectu. Nota cu dixit diabol9 Eue Cur pcepit vt no comederetis d omni ligno paradisi: zc. qz si Eua fuisset sapies z obediens debuisset respōdere: vade maledicte: no em debem9 qrere rationez pcepti diuini. sed debemus simpliciter deo obedi

te ꝛc̃.sed nō fecit sic: sed voluit disputare cū diabolo. ꝛ ideo incepit dubitare dicēs. ne forte ꝛc̃. ꝛ idcirco diabolus eā decepit di. Nequaq̄ moriemini. ¶ Ex quo nota mo raliter/ ꝙ his q̄ nobis ꝓponunt a deo agen da vel credēda: simpliciter debem⁹ creder re. Vide in sermōib⁹ de articulis fidei: ser mone.v.pte.j.non excusat homo: ꝙ ↄsilio alterius fecit: q2 debuit ꝛ potuit explora re apud semetipm/an expediret ei tale con silium.ff.māda.l.ij.in fi. ꝛ si q̄s dubitat deb3 ↄsulere peritiores.hoc notat glo.in.c.j.de sum.trini.sup ꝟbo.suggestione. ¶ Scdo pcessit mulier minus ṗncipaliter: q2 ipsa fuit seducta in preuaricatiōe: ꝛ nō homo. Vñ apl's.j.Tim.ij. Adam nō est seduct⁹ mlier aūt seducta in ꝑuaricatiōe fuit. No ta. Nō est seduct⁹. Glo. eo modo q̄ muli er. Vñ dicit sanct⁹ Tho.ā. Gen̄.ij.super ꝟbo. Deditq̄ viro suo. Hec fuit occasio mouēs vir̄ ad comedendu3. Putabat em̄ eam tabescere si solatio viri destitueret. sic̄ dicit Augusti. ꝛ ideo comedit ad suggesti onē ipsi⁹. Itē q2 vidēs eā comedere ꝛ nō mori: putabat nō tm̄ esse pctm̄. Promissio q̄ diaboli nō mouit ipm ad comedendū. Vñ Aug.xiiij.de ciui.dei.c.xj. Sicut em̄ Aaron erranti ꝑplo ad idolum fabricādū nō ↄsensit inductus/sed cessit astrict⁹. nec Salomonē credibile est errore putasse ido lis esse seruiendū: sed blandiciis femineis ad illa sacrilegia fuisse cōpulsum. Ita cre dendū est illū virum sue femine: vnū vnu3 hoiem homini/cōiugē coniugi. ad dei le gem transgrediendū: nō tanq̄ verū loquē ti credidisse seductū: s3 sociali necessitate paruisse: nō em̄ frustra dixit apostolus: s3 Adā nō est seduct⁹/mulier aūt seducta est q2 illa q̄d ei serpens locut⁹ est tāq̄ verum esse accepit ꝛc̃. Et nota ꝙ quantū ad aliq̄d vno genere peccati peccauerūt vir ꝛ mlier .s.quantū ad actū exteriorē. sc3 pcti gule ꝛ inobediētie: ꝛ quātū ad aliud nō sc3 effectū interiorē. Vñ Aug. Alio mō decept⁹ est vir/q̄ mlier: q̄ falsu vex̄ putauit. Vñ adā nō credidit esse vex̄ ꝙ diabol⁹ suggerebat nec apetiit ꝙ mlier apetiit: sc3 excellentia3 diuinitat3. lic3 gradū aliquē ex comestiōe pomi putaret se cōsequi. hec Tho. vbi sup Si q̄ mlier fuit cā peccati: viri nō aūt ab ipsa ṗncipaliter ꝛ cōpletiue peccatū origi nale contractū est: q2 si ipsa sola peccasset: nō fuisset ↄtractū originale: sed q2 fuit cā pcti viri. Jō d2 etiā a muliere pctm̄ origi nale originē traxisse. min⁹ tn̄ ṗncipaliter. Jō d2 Eccī.xxv. A muliere initiū factū ē pcti: ꝛ ꝑp'ipum oēs morimur/ q̄d est verū initiatiue: sed nō cōpletiue ꝛ terminatiue vt dixi. ¶ Tertio pcessit ab Adā ṗncipa liter ꝛ cōpletiue: sicut em̄ donū iusticie ori ginalis fuit collatū.primo homini nō ſm se: sed vt erat via ꝓpagationis ꝛ principiū totius humani generis: ita ꝙ tale donum ꝑ ꝓpagationē ꝛ originē deriuatū fuisset ad omnes posteros. Ita similiter Adam pec cante facta fuit carētia talis rectitudinis. et talis iustitie in ipso: non solum ſm se: s3 vt talis carentia debebat per originem et propagationē in omnes posteros deriua ri. sicut si rex dedisset vnū castrum vel ci uitatem cuidā militi pro se et suis heredi bus in ꝑpetuū: sed postea miles ille cōmi sisset crimē rebellionis vel lese maiestatis in regem: iuste ꝑuaretur castro ipe ꝛ here des sui: ꝛ si postea venirēt ad regem: dicen tes. Domine date nobis castrū. Diceret rex/nō debetis habere: q2 estis filii ꝑditoꝛ ris. Domine nō cōmisim⁹ nos culpa3: s3 pater noster. Respōderet. Et ideo non do vobis penam sensibilem seu positiuam: s3 priuatiuam sic: quia castrum non habebi tis: quia sicut ipe miles habuit castrum ꝑ se ꝛ filiis. ita ipe perdidit ꝑ se ꝛ filiis. Sic in proposito ꝛc̃. Notandū tamen ꝙ hec si militudo bene probat quomodo peccatu3 originale traducitur ad posteros: inquan tum est pena peccati primi parent3: sed nō probat ꝙ habeat rationem culpe. de cu ius ratione est ꝙ sit voluntaria. Oportet ergo huic rationi addere rationem sancti Tho. que infra statim ponitur. de quattu or locis animarū in eodē secundo articulo vbi agitur de limbo puerorum. sermōe.ij. Et si dicatur quare Adam non recupera uit gratiam iustitie originalis ꝑ penitenti am: sicut recuperauit gratiam ad remissio nem culpe: et meritum glorie: iuxta illud Sap.x. Eduxit illum a delicto suo: ex q̄ videtur quod debuit recuperare gratiam etiam ad amisse immortalitatis effectum Sed respondeo ꝙ ratio est: quia hec reser uabatur christo per quē nature ↄfectus in

melius reparand⁹ erat vt nor. Tho.j.p. q.xcvij.ar.j.ad tertiū. Itē si dicaꝝ quō pu nit filius ex culpa pris: respondeo. Fili⁹ non puniꝝ p peccato patr3 nisi sit princeps culpe. ꝛ sic est in proposito. deriuaꝝ em p ori ginale culpa a patre in filiū: sicut ꝛ pecca tū actuale p imitationē. Quomō aūt oēs nos dicimur peccasse in Adam: est decla randū. Pro cui⁹ intellectu, fm Tho. j.ij.q lxxxj.ar.j. est notandū. qd omes homines q nascunꝝ ex Adam possunt cōsiderari vt vnus hō/ inquantū cōueniunt in natura quā a pmo parente accipiūt. secundū qd in ciuitatib⁹ omes: qui sunt vni⁹ cōitatis reputanꝝ quasi vnū corpus: ꝛ tota cōmu nitas quasi vnus hō. si igiꝝ omes hoies ex Adam deriuati sunt tanquā multa mem bra vni⁹ corporis. Actus aūt vni⁹ mēbri corpis puta man⁹ non est voluntari⁹ vo luntate ipsi⁹ manus, sed volūtate anime q pmo mouet membra. Vñ homicidiū qd manus ↄmittit nō imputaꝝ manui ad pctm: si ↄsideraꝝ manus fm se: vt diuisa a corpe: sed imputareꝝ ei inquantū est aliqd hoīs qd moueꝝ a pmo principio mo tiuo hominis. Sic igiꝝ inordinatio q est in ipso hoie ex Adam generato: nō est vo luntate ipsi⁹: sed voluntate pmi paren tis: q mouet motione generatōis oēs qui ex ei⁹ origine deriuanꝝ: sicut volūtas aie mouet omia mēbra ad actum. Vnd pctm q a pmo parente in posteros deriuaꝝ dr originale: sicut peccatū q ab aia deriuaꝝ ad mēbra corpis dr actuale: ꝛ sic pctm actu le q p mēbrū aliqd cōmittiꝝ nō est pecca tū illi⁹ mēbri/ nisi inquantū illud mēbrū est aliquid ipsi⁹ hoīs/ pter qd vocaꝝ pec catū humanū: ita peccatū originale nō est pctm hui⁹ psone: nisi inquantū hec psona accipit naturā a pmo parente. Vn vo caꝝ pctm nature fm illud Ephe.ij. Era mus natura filij ire. fm Tho. vbi s. Et p hoc p3 quō peccatū originale habeat rō nem culpe in omib⁹ ho.bus descendentib⁹ ab Adam p seminalē rōnem. i. p viā acti uā in generatiōe. Et p h respondeꝝ ad oia argumēta: q possent fieri in ↄtrariu3 per que pbatur q vnus p alio puniri non de bet. psertim pena spirituali que est puatio gratie: q formaui infra in smonib⁹ de qt tuor locis. ar.ij. vbi agitur de limbo pue rorum: qꝛ hic hoies puniunꝝ quidē priua tione originalis iustitie. ꝛ gratie pter pec catū patrū quod comiserūt in Adam ra tione iam dicta. Sed si peccatū originale nō haberet rōnē culpe in nobis: adhuc nō esset incōgruum filios puniri p peccatis parentū pena positiua corpali: vel tempa li vel etiā spirituali priuatiua. Sicut p3 hi gra p3. de iure diuino. Exo.xx. Ego sum deus zelotes visitans iniquitatē patrū in filios: in tertia3 ꝛ quartā generatōe3. Si cut etiā de iure ciuili. patet in crimine lese maiestat3. C.ad.l.iul.ma.l. Quisqs cano nizata. in decret3.vj.q.vj.quisqs. sic etiā de iure canonico p3 in hereticis. de hereti cis.ca. Vergentis. Itē in scismaticis. De scismaticis.ca. vnico. libro sexto. Itē in p secutorib⁹ cardinaliū. de penis.ca. felicis li.vj. Item in alio casu. de penis.c.in quī busdā. facit qd nor. Glo. Joan.and. in re gula. nō debet. li.vj. Sic etiā qd facit col legiū ciuitatis imputaꝝ toti ciuitati: ꝛ qd facit princeps etiā imputaꝝ populo. Vñ pter delictu3 principis pōt ciuitas inter dici: vt in.c. si snia.§.j.ij.ō sen.ex cōi.li.vj. nor.in.c. Quod nōnullus. de prin. ꝛ in.c. j. de vsu.li.vj. ꝛ in.c. roma.§.fi. de sen.ex cōi.li.vj. ¶ Quarto pcedit a parentib⁹ p ximis ꝛc. Nec obstat si dicaꝝ. q ipsi nō ha bēt illud originale pctm: qꝛ Rñ. q ipi nō habent illud reatu: sed actu: si actus pec peti originalis est carētia ipsi⁹ originalis iustitie sine sames seu ↄcupiscētia ꝛc. Et declarabiꝝ infra cum agetur de remedijs peccati originalis. Exemplū habem⁹ seu similitudinē: sicut iudeus circūcisus gene rat filiū cū prepucio ꝛ granū mundū semi natū pcreat granū cum palea. ꝛ ratio hu ius est: qꝛ pater generat filiū cum pputio non fm q curatus est in mente: sed fm q corruptus est in carne: non fm q est spūa lis: sed fm q est carnalis. Et h vult Tho. j.ij.q.lxxxj.ar.iij.ad.iij. Est aūt notan. q vt dicit Tho.in.ij.sen. ꝛ tāgit in.iij.di.xxx ij.q.ij.ar.ij.q corruptio originalis quan tū ad illud q est culpe transit in prolem a patre: quantū vero ad illud qd tantu3 est pene: sicut sunt corpis passibilitates trā sit in prole3 a matre. qꝛ materiā ministrat fm Tho. Et p3 in christo qui qꝛ nō fu it ↄceptus a semine viri: ideo non ↄtraxit

culpã: sed q2 fuit cõceptꝰ de semine mulie
ris/iõ traxit penã. Jdõ dicit apl's Ro.viij.
Q3 deus misit filiũ suũ in silitudinẽ car/
nis pcti. ¶ Quinto causatur hoc pctm̃ a
carne nr̃a carnaliter ⁊ effectiue. nã anima
nr̃a est forma ⁊ actus corꝑis: et iõ agit in
corpus sicut in materiã. Actus autẽ acti
uorũ sunt in patiẽte bene disposito: ⁊ vnũ
qdqꝫ recipit s3 modũ recipiẽtis. Cũ ergo
caro nr̃a infecta/sit traducta ex carne infe
cta: nõ est apta nata nec ẽ disposita reciꝑe
aiam cũ illa pulchritudine: ⁊ cũ illa recti
tudine originalis iusticie/cũ qua recepta
fuit in carne primi hois anteqꝫ peccaret:
oportꝫ g̃ ꝙ caro sic infecta recipiat aiaꝫ
cũ carẽtia illius pulchritudinis ⁊ rectitu/
dinis: licꝫ aia a deo pura creetur ⁊ mũda.
Accipe silitudinẽ de vino: qd̃ q̃ntũcunqꝫ
sit purũ ⁊ sanũ: si recipiatur in vegete infe
cta ⁊ corrupta: inficit et corrũpit. Et pos
muꝫ q̃ntũcunqꝫ mundũ: si poneret in ma/
nu ifecta ⁊ deturpata: inficeret ⁊ deturpa
retur a manu. Propt̃ qd̃ dicit in ps̃.l. Ec
ce em̃ in iniq̃tatibꝰ cõceptꝰ sum. S3 atten
de ꝙ ista silitudo non est vsqꝫquaqꝫ bona:
q̃a vnũ est quid corꝑale. vñ vero miruꝫ si
inficiat a re corꝑali. sed dic ꝙ corpus non
põt directe esse causa infectiõis aie.i.cul
pe: sed ꝑ accidẽs: sic sicut causa sine q̃ nõ.
sicut videmus in pctõ actuali. Quia q̃s si
comedit carnes in quadragesima: ille car
nes nõ coinquinãt directe animã. Mat.
xv. Non qd̃ intrat in os coinq̃nat aiaꝫ ⁊c̃.
sed inobediẽtia ⁊ rebellio ad deũ coinqui/
nat aiam ꝓpter esum carniũ: ⁊ sic caro in
fecta nõ infic̃ alaꝫ directe: s3 ip̃a culpa ori
ginalis quã oẽs cõmisimꝰ in Adam: que
cõtrahit ab aia dum infundit carni: ita
ꝙ caro nõ est causa directa ⁊ ꝑ se inficiẽdi
aiam: sed est causa ꝑ accidẽs: sine qua nõ.
Vel dic ꝙ caro põt esse causa culpe: causa
inquã instrumẽtalis: nõ aũt principalis.
⁊ sentit Tho.j.ij.q.lxxxiij.ar.j. ¶ Sexto
ꝓcedit ex p̃cepto dei siue a deo p̃cipiente:
occasionalit̃ tamẽ. Si em̃ deus nõ ꝓhibu
isset ipsi Ade esum ligni vetiti: tunc come
dendo de illo non peccasset. ꝓpter hoc pec
cauit: q2 ꝓhibitũ fuit/⁊ cõtra ꝓhibitiõem
fecit. Et sic p̃ceptũ illd̃ dei fuit origo pec/
cati occasionalit̃/eo modo quo apl's dicit
Roꝫ.vij. Occasiõe aũt accepta pctm̃ per
mandatũ operatũ est in me oẽm cõcupi/
scentiã. Et infra. ⁊ inuentũ est mihi: man
datũ qd̃ erat ad vitaꝫ/esse ad mortẽ. Itẽ
Ro.v. Subintrauit lex vt abundaret de/
lictuꝫ. ¶ Septimo ꝓcedit ex lege diuina
puniẽte ⁊ regulante. Sicut em̃ princeps
eccl'ie iuste ordinauit/ꝙ quicũqꝫ nascit ex
fornicatione: ipso facto incurrat notã irre
gularitatis: ⁊ talis nota infligit a iure. si/
cut in veteri testamẽto ordinauerat deus
ꝙ multi essent ꝓhibiti ministrare. sicut na
tus ex scorto/⁊ habẽs retortũ nasum/⁊ le/
prosuꝫ ⁊c̃. De q̃ ꝑ Gre.xlix.di. hinc etem̃.
sic etiã ip̃e deus totius machine vniuersa
lis/legeꝫ statuit a principio. vt si q̃s ab eo
apostataret: tota eiꝰ ꝓpagatio pctm̃ origi
nale incurreret. vt dicit in.ij.sniarũ. Iteꝫ
sicut hõ quantũcunqꝫ cõtinẽs sit de se: tm̃
efficit bigamus ⁊ irregularis/si cõtrahat
cuꝫ muliere corrupta ex lege diuina: sicut
apostolo ordinante/ꝙ clericus debet esse
vnius vxoris incorrupte vir: sicut dicit.j.
Tim.iij. ⁊ in decretis.xxxiij.di.curãduꝫ.
⁊.c. siquis viduã. sic sp̃us rõnalis contra/
hens matrimoniũ cũ carne q̃ fuit in Adã
corrupta: cõtrahit reatũ peccati origina/
lis: ꝓpter quẽ est ineptꝰ ad ordines hierar
chie celestis/nisi postea dispenset cum eo.
Et si dicas: qualiter punit iste cũ tale ma
trimoniũ nõ possit vitare/cũ talis consen
sus non sit in eius ptãte: Rñdeo. punit ex
culpa Ade/in quo oẽs peccauerũt. Ro.v.
Punit aũt pena nõ positiua.i.sensus: sed
tm̃ priuatiua.i.damni: sicut iudex qñ effi/
citur irregularis. De q̃ tñ latius deo dan
te dicet infra seq̃nti s̃mone: vbi agetur de
pena peccati originalis. ⁊ sic patet quõ et
qñ ⁊ vnde traducat originale.

¶ De.viij. penis pcti originalis Sermo.viij.

O Vasi a facie
colubri ⁊c̃. Sequit videre de
tertia ꝯsideratiõe secũdi articu
li/vicꝫ d̃ pena pcti originalis. Saluteriir
virgo ⁊c̃. Pro huiꝰ g̃ materie declaratiõe
querit Vtrũ remaneat aliq̃ pena ex pctõ
originali: Et videt prima facie ꝙ nõ. Nã
remota cã remouet effectꝰ.i ff.c. ⁊ si chis.

Quare remaneat aliqua pene et post baptismum.

de iureiu.c.cuz infirmitas.de pe.z remis. c.cū cessante.de appel. Causa aūt penarū q̄ ex pctō inferūtur originali/est pctm̄ originale.sed pctm̄ originale tollit per baptismū:q̄ operat remissionē omniū pctōꝝ in virtute passiōis chr̄i.ḡ videt ꝙ post baptismū nulla pena originalis debeat remanere. Ad qḋ dicēdū ꝙ mediāte ꝟtute passionis chr̄i ex qua ꝓcedit virt⁹ baptismal': ois pena pcti originalis delet.tn̄ diuersimode:q꞉ quedā pene delent statim per baptismū:sicut pena spūalis.s.macula anie z pena dānatōis q̄ debet origiali. Iste ei pene ꝯsequūtur pctm̄ ꝑ se:z nō oēs hmōi pene sunt sublate sublata culpa ꝑ baptismū: sed passibilitas/et mortalitas/z fames/et sitis:z hmōi.z etiā ꝯcupiscētia siue fomes sūt pene culpe originalis nō ꝑ se:sed ꝑ accn̄s: pctm̄ ei origiale causauit has penas rancꝫ remouēs/ꝓhibēs. Remouit em̄ iusticiā orig'nalē:ꝑ quā cōseruabat hō ex supernaturali dono dei in imortalitate:cuz rn̄ ſm naturā mortal' esset. sublata aūt iusticia originali ꝑ pctm̄:remāsit hō in naturalibꝫ puris/z iō remāsit mortalis. ḡ est a natura ꝑ se:sꝫ ex pctō orgiali ꝑ accn̄s. sublato ḡ pctō origiali q̄ntū ad culpā ꝑ baptismū:cōsequēter auferūtur pene cōseq̄ntes ꝑ se:nō aūt tollunt pene cōtrahentes ꝑ accidēs. Et si q̄rat:quare? Rn̄deo,quadruplici rōne:vt infra subdit. sed principalis ratio est:q꞉ ille nō sunt pene pcti originalis.de quo sūt q̄ncꝫ rōnes. Et est sexta ratio.q꞉ etiam si hmōi essent pene pcti originalis:tn̄ nō tolluut/eo ꝙ nō totaliter tollitur pctm̄ originale ꝑ baptismū nisi q̄ntū ad culpā:tunc em̄ tolleret pctm̄ originale qn̄ recuperaret iustitia originalis.qḋ non fit:ergo zc̄. Et si dicat.quare ḡ tolluntur macule anie z pene damni/z iste alie pene nō? Rn̄deo:q꞉ ille cōsequūtur pctm̄ originale ex pte culpe.q̄a ergo culpa aufertur ꝑ baptismū/cōseq̄nter auferunt z ille.iste aūt pene.s.mors z hmōi:nō ꝯsequūtur originale ex pte culpe/sed ex ꝑte pene.i.priuationis iustitie originalis.que q꞉ etiā post baptismū remanet: ꝯn̄ter etiaz pene iste. Quedā ꝟo pene nō statim/sed tpe a diuina sapiētia ordinate:sicut ē passibilitas et mortalitas:fames/sitis:z hmōi:q̄ nō nūc ꝓpter cām iā dictā:sed post resurrectionez corpoꝝ tollentur.pn̄t etiam/assignari alique cāe morales q̄ii dicte penalitates etiā pene:necnon dimittunt. ¶ Prima est vt mēbra capiti ꝯformēt. Caput em̄ nostꝝ est chr̄s. Eph.j. Ipm̄.s.chr̄m dedit caput sup oēm eccl'iaz q̄ est corp⁹ ipsi⁹. Ro.viij. Quos p̄sciuit z p̄destinauit cōformes fieri imaginis filij ei⁹ zc̄. Et iō oportz ꝙ ipsaz ipassibilitatē z imortalitate cōseq̄mur eo mō q̄ chr̄s cōsequutus est. Nō em̄ erit cōgruū ꝙ mēbrū caput excederet. Ipe autem chr̄s licz esset plen⁹ oi gr̄a z ꝟtute:tn̄ habuit corp⁹ passibile in q̄ salutē nr̄am exercuit. Impassibilitatē aūt corpis nō habuerit nisi merito passiōis z crucis z post resurrectiōez:iuxta illud Phil'.ij. Habuit semetip̄m zc̄. Sic etiā z nos vt sibi cōformemur acq̄siuimus gr̄am post baptismū q̄ntū ad aiaz:corp⁹ tn̄ debem⁹ hr̄e passibile:sic̄ chr̄s passus est ꝓ nob. Et hāc rōnem videt ponere apl'us Ro.v. vbi dicit. Ipse em̄ spūs testimoniū reddet spiritui nr̄o ꝙ sum⁹ filij dei. Si aūt filij z heredes:heredes quidē dei:coheredes aūt chr̄i:si tn̄ cōpatimur/vt z simul gl'ificemur. Impassibilitatē aūt ꝯsequemur sic̄ chr̄s. Et h̄ etiā habet Ro.vj. Si em̄ cōplantati sumus mortis ei⁹ simul z resurrectōis erim⁹. Et ibidē premittit. Viuificabit mortalia corpora nr̄a:ꝓpt' inhabitantē spm̄ ei⁹ in nob. Ptz p̄ma rō. ¶ Scḋa ratio est vt hō pugnando ꝯtra cōcupiscentiā ad alias passiones vincendo meret coronaz. Virt⁹ em̄ in infirmitate ꝑficit. j.Coꝝ.xij. Que aūt esset virtus hōis meritoria vite eterne/si nō peccaret nō habēs occasionē peccādi: certe nulla aut modica. Sene. Virtus sine hoste marcessit. vn̄ z diuina ꝓuidentia nuncꝫ voluit aliquā creaturā necꝫ angelicā necꝫ humanā sine certamine et pugna acquirere coronā. Nā z angeli q̄ nunc sancti z bt̄i antecꝫ beatitudinē acq̄rerent pugnauerūt:iuxta illud Apoc.xij. Factū est pliuz magnū in celo. Michael pugnauit cum dracone:z draco pugnabat z angeli ei⁹/z nō p̄ualuerūt zc̄. Sic voluit ꝙ nullus hō sine pugna intraret vitā eternam. Et iō voluit de⁹ vt hoi post baptismū remaneret motus ꝯcupiscētie z cetere passiones:vt meritō victorie coronā acq̄reret. j.Timo.ij. Non coronabit nisi q̄ legitime

certauerit. Patz scda ratio. ¶ Tertia rō est. qz si baptism⁹ auferret passibilitatem corpis magis q̄rerēt hoies baptismū ꝓpt gaudiū p̄ntis vite/q̄ꝫ ꝓpt vtilitatē aie:ad quā principalit baptism⁹ est ordinat⁹. Et sic ptz tertia rō. ¶ Quarta ratio est:ne fides q̄ habet de baptismi effectu perderet meritū:qd̄ ꝓculdubio pderet si humanis sensib⁹ baptismi effect⁹ q̄ est ipassibilitas ꝛ imortalitas pateret/dicēte Greg. Fides nō habꝫ meritū/cui hūana rō p̄bet experimentū. Fides eīm est argumentū nō apparentiū. vt dicit Heb.xj. Ptz ergo p rōnes q̄re diuina sapiētia ordinauit:ꝙ licet culpa originalis p baptismū tollat:tñ aliquī defect⁹ remanēt i vita p̄senti:in futuro tñ post resurrectiōeꝫ tollendi p virtutē baptismi opērātis in ṽtute passiōis cħri. Et sic p hec dicta ptz respōsio ad articulū:videamus ḡ quas penas incurrim⁹ ꝓpter originale pctm̄ contractū a primis parētibus.

Prima pena est illatio macule spūalis.
Scda est corruptio boni naturalis.
Tertia est iniūctio laboris corpalis.
Quarta est afflictio ptis penalis.
Quinta est subiectio p̄tātis hūanalis.
Sexta est incursio mortis corpalis.
Septima est p̄uatio visionis naturalꝭ.

¶ Prima ḡ pena est icursio macule spiritual. Dices tu/q̄d est macula: Respōdeo fꝫ Tho.j.ij.q.lxxxvj.ar.j. ꝙ macula ꝓprie dicit in corpalib⁹:qn̄ aliqd corpus nitidū pdit suū nitorē ꝛc. Hic vt ibi:sed q̄ntū ad ꝓpositū ptinet. Nitor aie est duplex. Vn⁹ quidē nitor causat ex refulgētia luminis naturalis rōnis. alter ṽo ex refulgētia diuini luminis s. sapiētie ꝛ grē diuine. p contactū aūt pomi vetiti aīa Ade pdidit nitorē luminis grē diuine:ꝛ cōsequēter etiā anie oim ex eo descendentiū sine hoc nitore creant. alius ṽo nitor luminis rōnis naturalis nō quidē totaliter pditur:sed valde obtenebrat p contactuꝫ carnis infecte inq̄ntū infundit. intantū ꝙ nō est apta ingredi vitā eternā:qz nihil coinquinatū intrabit in illā. Apoc.xxj. Nota similitudineꝫ de imagine cħri vel virginis argentea vel aurea.q dum portat ad ecclīam cadit in lutū:maculat quidē a luto/adeo ꝙ nō portat ad ecclīam nec ponit in altari nisi p9s lauetur ꝛc. Sic in ꝓposito aīa q̄ est imago dei. Gen.j. Faciamus hoiem ad imag. ꝛc.cadit in lutum carnis infecte:ꝛ iō maculā incurrit/adeo ꝙ non est digna sup altari celestis ecclīe poni/nisi prius lauetur p baptismū. Patz igitur quid est macula.

¶ Scda pena est corruptio boni naturalis. Ubi notanduꝫ ꝙ vltra ea q̄ dicta sunt supra ar.j.ser.iiij.de effectu peccati ptc.v. vbi vide sicut dicit Tho.j.ij.q.lxxxv.ar.iij. Per iustitiā originalē pfecte rōnis continebat aīa vires inferiores/ꝛ ipsa ratio a deo pficiebat ei subiecta: hec aūt originalis iustitia subtracta est ꝓpt pctm̄ p̄mi parētis.ꝛ iō oēs vires aie remanēt:ꝛ quodāmodo distincte ꝓprio ordine q̄ naturalr ordinātur ad ṽtutē. Et ipa destitutio vulneratio nature dicit. Sunt autē quattuor potētie anie q̄ possunt esse subiecta virtutū.s.ratio in qua est ꝓudētia volūtatis/in q̄ est iustitia irascibilis/in q̄ est fortitudo cōcupiscibilis/in q̄ est tēperātia. Inq̄ntū igit ratio destituit suo ordine ad veruꝫ est vulnus ignorātie:inq̄ntū ṽo voluntas destituit ordine ad bonū:est vulnus malitie. Gene.viij. Sensus ꝛ cuncta cogitatio humani cordis ꝓna sunt ad malū ab adolescētia sua.inq̄ntū ṽo irascibilis destituit suo ordine ad arduū:est vulnus infirmitatis.inq̄ntū ṽo cōcupiscibilis destituit suo ordine ad delectabile moderatū rōne:est vulnus ꝯcupiscētie. Vn̄ sicut dicit Aug. xiiij.de ciui.dei.c.xiij. Postq̄ꝫ p̄cepti facta trāsgressio est:ꝯfestim grā deserēte diuina de corpoꝝ suoꝝ nuditate cōfusi sunt. Vn̄ in folijs ficulneis:q̄ forte a ꝑturbatis primo cōperta sunt:pudēda texerūt/q̄ prius eadē mēbra erāt:sed pudēda nō erāt.senserunt eīm nouū motū inobedientis carnis sue: tanq̄ reciprocā penā inobediētie sue. Et infra. Et qz supiorē dn̄m suo arbitrio deseruerat/inferiorē famuluꝫ ad suū arbitrium nō tenebat/nec oino habebat subditā carnē sicut semꝑ habere potuisset si deo subdita ipsa mansisset ꝛc. Sic igitur ista quattuor sunt vulnera inflicta toti humane nature ex peccato primi parētis. Tho. vbi supra. Pone in practica de ignorātia humana:cuꝫ qua nascitur homo adeo:ꝙ bestie nascuntur cum minori ignorantia q̄ꝫ homo. Sicut patꝫ in pullo gallinē:qui natura cognoscit miluū.et agno:q̄ instin-

gatas. supra in introitu huiꝰ fmonis. Vn
de ibi nec obstat qđ dicit Grego. xxv. dist.
Qualis hinc quisq̄ egredit talis in iudi
cio psentat. Et Eccl. xj. Si ceciderit lig
num ad austrū/ aut aqlonem in q̄cunq̄ lo
co ceciderit ibi erit: qꝛ venialia nō mutant
statū hōis: neq̄ tollunt/ neq̄ diminuūt
charitatē. Et iđo p hoc/ q venialia dimit
tunt vel cōmittunt/ talis manet aia qua
lis prius: fm Tho. in. iiij. di. xxj. q. j. ar. iij
q. j. ad tertiū. ¶ Tertia differētia est eoꝝ
q̄ de pctis venialib habuerūt hic remissi
onē quantū ad culpā: sed nō quo ad penā.
Vnđ talis pena in purgatorio soluet: ibi
soluitur in charitate: ⁊ solutione eiꝰ quod
debet: oīs obligatio tollitur. Instit. qui
bus modis tollit obligatio. in principio.
Sed querūt doc. ponat q̄n aliquis dece
dit cū mortali ⁊ veniali sit: nūqd p veni
ali puniet in inferno eternalit: R̄n. hec q̄
stio pōt dupliciť intelligi. Vno mō quan
do veniale nō est dimissum in hac vita q̄
ad culpam: ⁊ hoc casu eternalit puniet in
inferno p veniali: qꝛ ibi nō potest remitti
aliq̄ culpa: q̄nimo nec hic pōt veniale di
mitti sine mortali. Nec obstat q veniali
nō debet pena eterna: qꝛ est verū secundū
se: sed p accidēs sic: eo q nihil est ibi q pos
sit delere venialē culpā. Scđo modo pōt
intelligi/ qđ quādo veniale est dimissuꝫ q̄
q̄ ad culpā: manēte reatu: ⁊ sic hō moriat
cum mortali ⁊ reatu venialis. Utrū p il
lo veniali puniat eternalit: Tho. i. iiij. sen.
di. xxj. q. j. ar. ij. q. iij. dicit q sic: rōne sub
iecti qđ nō est capax remissionis. Idē dz
in. iiij. di. xxij. q. j. ar. j. ad quintū. vbi dicit
q aliqui dicūt/ q pena cuiꝰ est aliqs debi
tor postculpā remissaꝫ in iferno puniet tē
poralit/ nec ꝓpter hoc sequit/ q sit in infer
no redemptio: qꝛ pena que non soluit: nec
est incōueniens/ qđ quantū ad aliud acci
dētale pena minuat vsq̄ ad diem iudicij:
sicut etiā auget: fm Tho. Prima tn̄ opi
nio placꝫ Pet. de pal. in. iiij. di. xxj. q. j. ar.
iij. ↄclu. iij. ⁊ scripsi in. v. libello. ¶ Item
quero qđ si aliqs moriat cum originali et
veniali sine mortali. Talis videtur q ad
nullū locum ire poterit. Non quidē ad pa
radisuꝫ ꝓpter defectū gratie: nō ad limbū
patrum: qꝛ ille locus est vacuus/ ⁊ pterea
ibi nl'la culpa punit infectiua psone. Ter
tio nō ad limbū pueroꝝ: qꝛ ibi non punit
actuale pctm̄. Quarto nō ad purgatoriū
quia nō habet gratiā. Quinto non ad in
fernū: qꝛ non habet mortale: R̄n. hoc nō
pōt ↄtingere: vt no. Tho. j. ij. q. lxxxix. ar.
vj. posito tamē qđ sit possibile: talis puni
etur in inferno ꝓpter culpā actualem quā
habet/ q̄ licet venialis: ⁊ ↄsequēter nō me
reatur penā eternā: tamen p accidens pōt
eternalit puniri: vt dictum est hic supra p
xima q̄stione: ⁊ hoc sentit Tho. in. iiij. dis.
xlv. q. j. ar. iij. vide ibi. ⁊ qđ scripsi in sermo
nibꝰ de diuersis locis aiarū. ar. ij. Et sic
patet predicta triplex differentia peccato
rum seu penaꝝ que ibi purgantur: cui po
test aptari auctoritas Apostoli de ligno.
feno. et stipula: que habentur. j. Coꝝ. iij.
¶ Quarto considerandū est opeꝝ paup
tas: qꝛ nō possunt facere opera meritoria.
Vnđ possunt dicere Pater noster ⁊ Aue
maria: sed nō cū merito. Ratio est qꝛ deꝰ
diuisit tempora. s. tempꝰ lucrandi ⁊ tēpus
quiescendi. Tempus lucrandi est in psen

ti vita: sed post morte tunc no. Ideo dicit chris. Me oportet operari opera eius qui misit me donec dies e. Uenit nox quado nemo potest operari: scz meritorie Ioan. ix. Licet em ibi anie laborent multuz in pe nis: tn labores illi sunt sine merito. Ideo dicit Apoc. xiiij. Audiui. vo. di. mihi. be. mor. qui in domi. moriunt. Amodo iam dicit spiritus. vt requi. a la. suis zc. Que auctoritas intelligit de labore opationis ad meredum/no de labore pene ad purgadu; fm qd exponit Tho. in. iiij. di. xxj. q. j. ar. j. q. j. ad primu. Et ideo multu indi gent suffragijs nris: z dicut illud qd habe tur Job. xix. Miseremini mei miseremi ni mei saltē vos amici mei: q man9 dni tetigit me. Itē dicit scriptura. Quodcu q pōt facere man9 tua instāter opare: q nec op9: nec rō: nec sapia: nec scia erūt apd inferos: q tu ppera Eccs. ix. ¶ Quinto psideranda est gre stabilitas. Licet em aie purgatorij babeat liberuarbitriu: tn pec care no possunt: q posse peccare diminu it de liberoarbitrio: sicut qui no pōt capi ab hostibus/est magis liber: q qui pōt zc Ratio aut quare ania separata: in purga torio z in vita eterna peccare non pōt: est q e imutabilis: adheret em ita vni q mu tari no potest. Quadiu aut est coniuncta corpori: decipit pditiōes corpis: z est mu tabilis sicut corpus. Ideo dicit Sap. ix. Corpus qd corrumpit aggrauat aiam z deprimit terrena inhabitatio sensum mul ta cogitante. Sed deposito corpe p mor tē: remanet ania imutabilis zc. Eccs. xj. Si ceciderit lignu ad austruz zc. Decla ra hāc regulā, put habet in smoē. ij. dnice xj. post festu trinitat: z habet sup. ar. iij. ¶ Sexto cōsideranda est glie securitas. hec pcedit ex primo supiori. Declara, put habet in pdicto smone parte. ij.

¶ De remedijs pcti venialis. Sermo. xxiiij.

Olasti a facie colubri. zc. Sequit hoc mane pdicare de tertia psideratione quarti ar. vicz de remedijs peccati venia lis: vbi habeb im9 materia deuota zc. Sa luter sgo maria zc. Pro introductione et cōplemento materie est notandu: q pclu sio est in sacra theologia: q diuia miscdia adhibuit remedia ptra ptā venialia et h z in futuro seculo. Non sic de mortali: qa in iferno nulla est redemptio. Prouer. xj. Mortuo hoie ipio: nulla erit vltra spes. Sed pctis venialib adhibita sunt multa remedia hic et in futuro seclo: vt dixi. Et in hoc quide seclo sunt sex pncipalia reme dia q ponunt doc. canoniste/psertim Ho stiensis sup. c. Omis vtriusq sexus. de pe. z re. q infra scripto vsu ptinent. fm Pe. de pal. in. iiij. di. xvj. q. j. ar. ij. Orans. tinct9. edens. pfessus. dans. bnd cens. In futu ro vero seclo/sunt duo remedia vltra solu tione q fit in purgatorio: vicz suffragia et indulgetie. De primis sex dicem9 hodie. Primu g remediu ptra veniale in hac vi ta est oratio. cu dicit Orans. Ubi nota q oratio dnica. s. Pater noster habet delere venialia: sicut dicit Chrysosto. al. Aug. d pe. di. iij. c. De qtidianis: vbi dicit. De q tidianis breuib leuibusq pctis sine qbus hec vita no ducit: quotidiana fidelis oro satisfacit. Eor em e dicere. Pater noster qui es in celis. q iam spualiter regenerati sunt ex aq z spusancto zc. Et ratio huius est: q chris qui est aduocatus noster/hanc oratione instituit ad remissione pctor ob tinedā. Cu g ipe aduocat9 noster sit fact9 iudex noster. no pōt respuere orone ab ipo institutā: nec venire ptra factuz suu. Ar gumentu in. c. diuersis fallacijs. Extra de cleri. cōiugatis. Adde hic de iecore piscis Tob: cui9 fum9 fugauit demone Asmo deu. Tob. viij. Itē de incenso q eccia vtit ps. Dirigat oratio mea: sicut incensuz in pspectu tuo. Sub hoc primo mō pōt etiā ptineri: vt dicit Aug. tonsio pctoris: que ad oratione ptinet: p quā tonsione etiā ve nialia remittunt. vt dicit Aug. de pe. di. j. Tres sunt actiōes. z hoc habuit ortu: vt puta ex eo q fecit ille publican9/q pcutie bat pectus suu. di. Deus ppitius esto mi hi pctori. Et subdit. Amē dico vobis. de scendit hic iustificat9 in domu suā ab illo. Luc. xviij. Siliter etiā dicit Pe. de pal. in. iiij. dis. xv. q. v. ar. iij. cōclu. vj. de orone facta in eccia psecrata. vt habet iij. Reg. viij. Si qs cognouerit plagā cordis sui: z

expādertt man⁹ suas in domo hac: tu exaudies ī celo ⁊ repropitiaberis ⁊c. ¶ Secundū remediū est aspersio aq̄ bn̄dicte: qd̄ notat cū dicit tinct⁹. Vn̄ de h̄ est text⁹ in. c. Aquā. de cōse. di. iij. vbi sic dicit. Aquā sale cōspersam populis bn̄diximus/vt ea cūcti aspersi sanctificent ⁊ purificent: qd̄ ⁊ oibus sacerdotib⁹ faciendū esse mādam⁹. Nā si cinis vitule aspersus ppl̄m sctificabat atq̄ mūdabat: mlto magis aqua sale aspersa diuinisq̄ p̄cibus sacrata/ppl̄m sanctificat atq̄ mūdat. Et si sale aspso p̄ Heliseū pph̄am sterilitas aque sanata ē: quāto magis diuinis p̄cibus sacrat⁹ sal sterilitatē rerū aufert hūanar̄: ⁊ coinq̄nato sctificat ⁊ purgat ⁊ cetera bona mlt̄iplicat: ⁊ insidias diaboli auertit ⁊ a fantasmatic̄ɋ̄ versutijs hoīes defendit ⁊c. Heb. iiij. Sanguis hircor̄ ⁊ tauror̄ ⁊ cinis vitule aspersus inq̄natos sanctificat ad emūdationem carnis. ¶ Tertiū remediū est eucharistie cōmunio: ꝙ nota cū dicit edēs: nā si hō cū debita p̄paratione ⁊ reuerētia accedit ad cōionē: ɔsequit remissionē venialiū ⁊ etiā mortaliū oblitor̄. Vn̄ Amb. de ɔse. di. ij. Si q̄tiēscūq̄ effundit sanguis chr̄i: in remissionē pctōr̄ effundit: debeo semp accipere medicinā/ɔcordat tex. in. c. Cū om̄e crimē eadē. di. Pctā em̄ venialia nō impediūt cōionē. Vn̄ Hilari⁹ eadē di. Si nō sunt tanta pctā/vt excōicet q̄s/ nō se debz a medicina corp̄is dn̄i separare. Concordat tex. in. c. Et si nō freq̄nti⁹. eadē distinctōe. Si aūt sit mortale scitū ⁊ nō ɔfessū repellit a cōione: ⁊ nō est tali sumēti medicina: sed culpa mortis. Jsido. de ɔse. di. ij. Qui scelerate viuūt in ecclia/⁊ cōicare nō desinūt putantes se tali cōione mūdari discant ad emūdationē nihil p̄ficere sibi: dicente pph̄a. Quid est qd̄ dilect⁹ me⁹ facit in domo mea scelera mlt̄a: nunq̄d carnes sctē auferent a te malitias tuas? Et apl̄s. Probet inq̄t seip̄m hō/et sic de pane illo edat ⁊ de cali. bibat. Hec ille. Et in h̄ pctm̄ grauissimū pluries incidūt sacerdotes mali/p̄sertim illi q̄ habēt curā aīar̄. Patet ḡ ꝙ cōione eucharistie remittūt venialia. Addit Petr⁹ de pal. d. qd̄ idē etiā operat oīs digna sacri susceptio/non solū extrema vnctio: vt p̄bat in. c. vnico. extra de sacra vnctione: iīmo q̄cūq̄ sacramēta/lis vnctio/vt ep̄or̄ ⁊ regū. Vn̄. j. Ro. xvj Cum Samuel vnxisset David. Spirit⁹ dn̄i venit in eū. Vn̄ dicit text⁹. Tulit igit Samuel cornu olei ⁊ vnxit eū: sc̄z David in medio fratrū eius/et directus est sp̄us dn̄i a die illa in David ⁊ deinceps. Jdē de vnctione q̄ vngunt baptizati/et man⁹ sacerdotū. Sec⁹ de vnctiōe q̄ vngunt pugiles q̄ oīno carnalis est. f̄m Pet. de pal. in. iiij. dis. xvj. q. j. ar. ij. ¶ Quartū remediū est ɔfessio nō solū specialis: sed etiā generalis/vbi notandū ꝙ duplex est ɔfessio generalis: q̄r quedā est sacramētalis/quādo sc̄z aliq̄s in secreto cōfitet sacerdoti q̄dam quor̄ meminit ⁊ alia venialia in generali. ⁊ tunc illa ḡnalis ɔfessio ex q̄ttuor habz/ꝙ valeat ad remissionē venialiū q̄ntū ad culpā/⁊ etiā quantū ad penā: vel in toto vel in p̄te. Primo quidē ex ɔtritione ɔfitentis. Scd̄o ex humilitate ɔfessiōis. Tertio ex oratione sacerdot̄ɋ̄ inq̄ntū est q̄dam p̄sona. Quarto ex vi clauiū ⁊ p̄ hanc etiā ɔfessionē generalē remittūt etiā pctā mortalia/de q̄b⁹ memoria nō habet. Alia est ɔfessio generalis/nō sacramētalis. que fit publice coram mult̄ɋ̄: ⁊ cū multis in ecclesia: vt in p̄ma et cōpletorio ⁊ ante missam/⁊ hec habet efficatiā ad remissionē venialiū: ex trib⁹ p̄mis ⁊ nō ex quarto. s. ex vi clauiū. Et p̄pter hoc etiā nō subiūgitur in p̄ma ⁊ cōpletorio absolutio: nec satisfactionis iniūctio: sed solū misereat. vt vult Tho. in. iiij. sen. di. xxj. ⁊ ɔcordat cū his. Petr⁹ de taran. ibidē. ¶ Quintū remediū est elemosynar̄ largitio: ꝙ nota cū dī Dans. Vn̄ Ambro. de pe. di. j. Medicina miscdie tollit pctā magna. Habem⁹ plura subsidia quib⁹ pctā nr̄a redimim⁹. Pecuniā habes: redime pctm̄ tuū. nō venalis est dn̄s: sed tu ip̄se venalis es. peccatis venūdatus es: redime te operibus tuis/redime te pecunia tua. vilis pecūia/ sed p̄ciosa est miscdia. Elemosyna iq̄uit a pctō liberat: anie ḡ elemosynis redimunt ⁊ ɔcor. tex. Hierony. in eadē di. c. Quam obrem. vbi Hiero. inducit illud Dan̄. iiij. Quāobrem rex ɔsilium meū tibi placeat pctā tua elemosynis redime/et iniq̄tates tuas miscdijs paupez. Predicta aūt sunt vera nō solū de el̄ynis corp̄alib⁹ s̄z etiā de sp̄ualib⁹ ⁊c. Dic el̄ynas corp̄ales q̄ sūt sep

ptez ꝛ spūales ꝛc̄. Uisito/poto/cibo/redimo/tego/colligo/ꝯdo. Cōsule/castiga/remitte/solare/fer/ora. ¶ Sextū remediū est bn̄dictio: qd̄ notaᵗ in ṽbo Bn̄dicens: qd̄ intelligiᵗ de multiplici bn̄dictiōe. Primo de bn̄dictiōe ep̄ali. Num. vj. Inuocate nomē meū sup filios israel/ꝛ ego bn̄dicā eis. Facit. j. q. j. dictuꝫ. ꝛ. c. bn̄dictio. c. multi. in fi. Idē. Scd̄o de bn̄dictiōe abbatū: vt pbaᵗ ibidē. Tertio de bn̄dictione sacerdotali in missa. et h̄ tenent Ray. Gul. et Durā. p auctitates supra positas. Itē tenet Pe. de palu. in. iiij. di. xvj. q. j. ar. ij. de bn̄dictiōe monialiū. qd̄ intelligo de potētia/nō de actu: siue de passiua/nō de actiua. Idē etiā dt̄ de pane bn̄dicto: nō dico de pane cōmuni q̄ cū bn̄dictiōe sumiᵗ fm eū. Ptꝫ g̃ ꝙ sex etiā modis in hac vita venialia remittunᵗ. Sꝫ vt bn̄ intelligaᵗ hoc est notandū ꝙ ista remedia nō dimittunt veniale sine cōtritiōe. Nullū em̄ pctm̄ pōt dimitti q̄diu volūtas manet in illo. ipm aūt recedere volūtate ab eo qd̄ qs pr⁹ volebat/est displicere ei qd̄ voluit. Talis āt displicētia dolor cōtritionis dr̄/qn̄ est gr̄a informata. Et iō pctm̄ etiam veniale sine ꝯtritiōe nō dimittiᵗ. Uñ si aliqs sit i mortali constitut⁹/nō pōt ꝯseq̄ remissionē venialis durāte mortali/q̄uis aspergaᵗ aq̄ bn̄dicta: qꝛ etiā tota aq̄ maris nō lauaret eū. Qd̄ g̃ diciᵗ ꝙ p hmōi remedia tolluntᵗ venialia: est intelligendū qn̄ cū deuotiōe sumunᵗ. Et si dixerit aliqs: h̄ videᵗ ꝙ ad nihil psint p̄dicta remedia. nā etiā si p̄dicta remedia nō acciperntᵗ: tn̄ sola cōtritiōe delenᵗ pctā oia venialia. Sꝫ huic r̄ndetur ꝙ licꝫ verū sit ꝙ sine cōtritiōe nullū pctm̄ deleᵗ: tn̄ illa remedia dicūᵗ delere inq̄ntū isti modi p̄dicti pl⁹ incitāt hoieꝫ ad motū liberi arbitrij detestātis pctā/q̄ cetera bona opa. Et iō qꝛ magis mouēt ad ꝯtritionem q̄ cetera opa bona: dicunᵗ remittere pctā. Scd̄o qꝛ pl⁹ valēt ad remissionē pene ꝑpē meritū ꝛ p̄ces tot⁹ eccl̄ie/q̄ multa ex his opanᵗ. Tertio qꝛ plus sufficit generalis cōtritio h̄ q̄ alibi: ita tn̄ ꝙ hō vtaᵗ his hac intētiōe: vt dt̄ Pe. de pa. in. iiij. di. xvj. q. j. ar. ij. ꝯclone. iiij. ꝛ scḣsi i ṽbo: pcm.

De suffragijs mortuorum. Sermo xxv.

Quasi a facie colubri ꝛc̄. Prosequēdo adhuc tertiā ꝯsiderationē q̄rti articli vicꝫ de remedijs pcti venialis: sequiᵗ hoc mane p̄dicare de suffragijs/q̄ sūt remedia pcti venialis post hāc vitaꝫ. ꝛ in h̄ relucet nob̄ ꝛ misc̄dia ꝛ iustitia diuina. Misc̄dia q̄dē in eo/ꝙ diuia bonitas ordinauit certos modos q̄bꝫ aia etiā post mortē purgatur. Iustitia ṽo i acerbitate pene post hāc vitā. Iō Dauid. Misc̄diaꝫ ꝛ iudiciū cantabo tibi dn̄e. ps̄. c. Erit aūt duplex ꝯsideratio. Pria de suffragijs. Scd̄a de indulgētijs. Saluteᵗ ṽgo ꝛc̄. Pro ꝯpletiōe materie d̄ suffragijs sunt q̄nq̧ p̄ucta vidēda p ordinē. De duobꝫ p̄mis dicem⁹ in p̄senti. De tribꝫ vltimis in s̄mone sequēti.

Primo q̄ ꝛ quot suffragia p̄sint.
Secūdo quibus prosint.
Tertio p quos facta p̄sint.
Quarto quantū p̄sint.
Quinto quō quis ab eis liberet.

¶ Quantū ad p̄mū notādū/ꝙ fm theologos ꝛ canonistas sunt q̄tuor dr̄e suffragiorꝫ. s. missa/oratio/elemosyna. et ieiuniū. Uñ Gre. xiij. q. ij. Aie defunctorꝫ q̄ttuor modis soluūtur: aut oblationibꝫ sacerdotū: aut p̄cibꝫ sctōꝝ: aut charoꝝ elmis: aut ieiunio cognatoꝝ. Sꝫ etiā pōt addi q̄nt⁹ modus. s. indulgētia. Et p istoꝝ q̄nq̧ sufficiētia notandū ꝙ p suffragia nō acquiriᵗ nec augeᵗ meritū vite eterne aiabꝫ defunctoꝝ: sed solū remittiᵗ vel soluiᵗ pena. Et h̄ vel ad penaꝝ mitigationē/vl̄ ad celeriorē liberationē. Et rō quare nō acq̄riᵗ nec augeᵗ meritū vite eterne: qꝛ nō sunt in statu merendi. Uñ Apo. xiiij. Amodo iā dt̄ sp̄us vt req̄escāt in laboribꝫ suis ꝛc̄. Duobus autē modis pōt qs p alios a pena debita liberari. Da silitudinē de aliq̄ qui eēt debitor alicu⁹ pene p̄sonalis vel pecuniarie. Posset em̄ liberari ab h̄ debito dupl̄r. Uno mō p viā gr̄e. Alio mō p viam iustitie. Per viā quidē gr̄e duobꝫ modis. Primo p intercessionē filij regis orātis ꝛ intercedētis p debitore. Alio mō p intercessionē amicoꝝ regis. s. comitū/baronū/militū: vel alioꝝ curialiū. Per viā etiā iustitie pōt qs liberari tripl̄r. Uno mō p viam re

demptiōis pene: qꝫ aliqs soluit centū vnciās, vt aliꝰ liberet a pena. Scḋo mō per viā solutionis in ꝓpria ꝑsona. Tertio mō ꝑ solutionē factā de thesauro publico: qa respublica soluit ꝓ ciue suo debitū pene. Et sic sunt qnqꝫ modi rc. Sic in ꝓposito pōt liberari aīa defuncti a penis purgatorij debitis ꝓpter pctā venialia vel mortalia hic remissa. Primo em̄ modo ꝑ viam grē dupl'r liberat̄ aīa. Uno mō ꝑ intercessionē filij regis iesu chr̄i filij dei qui est caput ecclie: et hoc mō liberat̄ aīa ꝑ oblatōēꝫ sacramēti misse/in q̄ ipse filius dei oblatus sub specie panis et vini intercedit ꝓ nobꝫ: ꝓpter quā intercessionē gratiose liberat̄ aīa merito passionis chr̄i. qḋ quidē meritum q̄uis sit infinitū: tn̄ applicat̄ aīabꝫ purgatorij finite ſm q̄ntitatē charitatis ipsiꝰ aie ꝓ quo offert̄/et etiā offerētis. Nota hic exemplū qḋ legit̄ in vitis fratrū: de illo nr̄o fratre defuncto q̄ apparuit cuidā fratri viro scto: et postulauit ab eo missam rc. quo deuote celebrāte apparēs sequēti nocte/ei dixit se liberatū esse: et ei grās egit. Ideo Ro. viij. Quis accusabit aduersꝰ electos dei? Et infra. Jesus chr̄s q̄ mortuꝰ est: immo q̄ et resurrexit, q̄ est ad dexterā dei/qui etiaꝫ interpellat ꝓ nobis. Nota q̄ mortuꝰ est: qꝫ mediāte morte ipse factꝰ est intercessor nr̄: q̄ mors figurat̄ ꝑ sacrificium misse. Un̄ Lu. xxij. Hoc facite in meā cōmemorationē. Figura habet̄ de sanguine agni ꝑ quē liberati sunt filij isrl' ab extermiatore et de carcere egyptij Exo. xij. Alio ꝑo mō ꝑ viā grē liberat̄ aīa ꝑ intercessionē amicorū dei: et hoc mō liberat̄ aīa ꝑ orōnem sanctorꝫ: nō solū cōprehensorꝫ/sed etiā viatorū: q̄ fuerūt et sunt amici dei. Joā. xiiij. Uos amici mei estis si feceritis q̄ ego precipio vob. Et hec est scḋa differētia suffragiorū. Tertio mō liberat̄ aīa ꝑ viā iustitie. s. ꝑ modū redēptiōis. Ecce elemosynaꝝ largitio ꝑ quā redimit̄ aīa a debito pene/quā pati deberet. Quarto ꝑ viā solutiōis pene facte a se vel ab alio. A se quidē: si hic dū viueret ieiunauit/vel alias afflictōes corporales fecerit. vl' ab alio/q̄n alius ieiunat ꝓ aīa q̄ est in purgatorio vel alias afflictiones patit̄: qꝫ tūc in corpe suo sustinet et soluit penā. Exemplū de btō Dn̄co: q̄ omi nocte cū catena ferrea tres disciplinas acci-

piebat: quarū vna erat ꝓ aīabꝫ purgatorij/alia ꝓ pctōribꝫ mūdi: tertia ꝓ peccatis suis. Sicut etiā ingressus religiōis cuiusdam q̄ volebat crucē assumere ꝓ explēdo voto patris defuncti/liberauit aīam pr̄is a purgatorio. Hic exēplū sicut legit̄ in vitis fratrū. Quinto mō q̄n soluit̄ pena de thesauro publico. i. de meritis chr̄i: beate ꝟginis: et aliorū sctōꝝ. Et hoc mō liberat̄ aīa ꝑ indulgētias: vt infra latiꝰ patebit cū de indulgētijs aget̄. Patet ḡ differētia istoꝝ modoꝝ suffragiorū. Inter hos autē q̄nqꝫ modos pcipui sunt missa/orō ecclie/et elemosyna: q̄uis q̄cūqꝫ alia bona si ex charitate fiāt ꝓ defunctis eis valeāt. ſm Tho. in. iiij. di. xlv. q. ij ar. j. Proptea ḡ ista suffragia cōferenda bonū est et vtile aīabꝫ quorū corpa in ecclia sepeliūt̄. qḋ intelligit̄ ꝓ aīabꝫ q̄ sunt in purgatorio: secus aūt de dānatis. Uide Gre. in. iiij. dial'. ¶ Quātū ad scḋm. i. quibꝫ ꝓsint suffragia/notanda sunt octo. ¶ Primo notandū est q̄ suffragia hmōi nō ꝓsunt aīabꝫ q̄ sunt in vita eterna ꝑ modū indigētie/nec q̄ ad premiū essentiale. Unde de cele. miss. cū marthe. dicit̄ mutata secreta Leōis pape: qua dicebat̄. Annue nobis dn̄e: vt anie famuli tui Leonis hec ꝓsit oblatio. et postea fuit mutata hoc mō. Annue dn̄e: q̄sumus intercessiōe bti Leonis hec nobis ꝓsit oblatio. Et iō subdit̄ ibi. Qꝫ iniuriā facit martyri q̄ orat ꝓ martyre. Et hoc verū si ē certū aliquē esse in celo: qꝫ tūc videt̄ infidelitas orare ꝓ eo. Si autē nō est certū: licitū est orare ꝓ eo. et tunc si nō indiget/puta qꝫ est in vita eterna: meritū orōnis redūdat ad orantē. iuxta illḋ ps. Orō mea in sinu meo conuertet̄. Et licꝫ nō ꝓsit sibi q̄ ad gaudiū essentiale/qḋ nūqꝫ auget̄ nec minuit̄: pdest tn̄ sibi quo ad gaudiū accidētale: nō q̄dē vt sit maiꝰ/sed vt de pluribꝫ gaudeat. Et si q̄ris a me: quō pōt esse certum q̄ aliqs sit in celo? Rn̄deo. multis modis: ſm Pe. de pal'. in. iiij. di. xlv. q. j. art. ij. Primo quidē ꝑ biblīā: vt de quibusdā scriptū est: sicut de aplis/pter filiū ꝑditionis. Itē de latrone Luc. xxij. Hodie mecū eris in paradiso. Itē de oibꝫ quos enumerat aplus Heb. xj. Itē de aīa Lazari paupis Lu. xvj. Itē de patribꝫ veteris testamēti. Un̄ male dixit q̄ dicebat q̄ nolebat esse vbi est

Petr⁹/sed vbi credebat eē Petrū:q2 non
dz hesitare chrian⁹. Hoc significatū est in
morte Stephani ꝓtomartyr3:cui aptum
est celū. Vñ dixit. Ecce video celos aper.
7c. Act.vij. De baptizatis p̄o ꝙ euolant
ad celū/significat Luc.iij. Jesu baptiza/
to 7 orante apertū est celū 7c. Scđo quia
xp̄i fide sustinuit martyriū/licet añ pecca/
uerit:sicut Cyprian⁹. quia falce martyrij
oia credunt purgata:lic3 posset esse cōt ra
riū.iuxta illud.j.Cor.xiij. Si tradidero
cor.meū ita vt ar.cba.aūt nō ha.nihil mi/
hi pdest. Tertio si post baptismū stati de/
cedat puulus:7 tunc si missa dicat dz esse
cōis p oib9 defunctis/nō p illo. Nā si ma/
ior fuisset infante/orari posset.cū etiam in
iiij.dial.c.xix. dicat Grego. dānatū puerū
nec dū qnquennem. S3 etiā si adultus sta
tim morit post baptismū:orari pt p eo/qa
forte nō penituit nisi de mortalib9 7 nō de
venialib9:io indiget suffragijs. Quarto si
est canonizat⁹:q2 sacrilegij instar est dubi
tare/vtz dign⁹ sit quē elegerit impator.l.
ij.C.de cri.sacrile. Lic3 eñ ecclesia errare
possit iudicādo hūc esse virū 7 illā vxorē.
vt pbat extra.de frigidis.c.fraternitatis. et
de sen.excō.c.a nob.7.c.inqsitiōi.nō tamē
pōt errare in sacro m̄rimonij/nec in alijs
sacramētis:s3 etiā nec in his q̄ sunt fidei.
xxiiij.q.ij.c.a recta.7.c.pudēda. Lu.xxij.
Ego rogaui p te vt nō deficiat fides tua.
Cū g cultus religiōis sit pfessio qdā exte
rior fidei nr̄e:si ecclīa erraret in canonizā/
do scm̄ quē indicit colēdū vl̄i ecclīe:vide
tur errare in cōtingentib9 fidē.io 7c. Et h
tenet Pe.de pal.vbi s̄.7 Tho.licet Glo.
Jo.an.teneat 9trariū/7 male.in.c.vnico.
de reli.7 ve.san.li.vj. Q3 aūt dicit. Mul
toz corpa venerant in terris q̄z anie cru/
ciant in inferno:intelligit nō de canoniza
tis:sic de latrone bti Martini 7c. Dic ex
emplū. Pro talib9 g de quib9 certū est esse
in celo nō est licitū orare:s3 nec officiū pu
blicū 7 solēne facere/nisi sint canonizati.
vt no. Bern. Inno. 7 Host.in rubrica de
reli.7 ve.sctōz.7 nota Glo. vbi s̄. In pua
to tñ licitū est venerari nōdū canonizatū.
Addedū qntū modū:vicz p diuinā reuelati
onē.sic habet exēpl3 de Trapella amita
Gregorij:q̄ in exitu vidit dñm iesu3 chrm
7 astantib9 ait, Discedite: Jesus venit 7c.

7 sic defuncta est.in.iiij.dial. Itē de Ser
uulo paralytico:ibidē. Itē de illo egroto:cu
ius aiam vidit qdā sctūs pat accipi a Mi
chaele peunte cantu Dauid 7c.legit in vi
tispatrū. Itez de illo sacerdote q̄ habebat
pr̄byterissam 7c. de q̄ refert Greg.in.iiij.
dial.ꝙ vidit sanctos aplos in trāsitu suo.
¶ Scđo notandū ꝙ suffragia nō pderāt
an mortē chri illis q̄ erāt in limbo patrū/
nec ad merēdū:q2 nll's mortu⁹ est in statu
merēdi:sic nec angelus.nec ad satisfacien
dum:q2 nō hñt satisfacere nisi p debito na
ture.i.pcti originalis.qđ solū chrs potuit
soluere:fm Pe.de pal.vbi s̄.nisi dicam⁹/
ꝙ eo fortasse mō pderāt eis suffragia quo
psunt aiab9 q̄ sunt in vita etna.vt sup di/
ctū est. ¶ Tertio notandū ꝙ suffragia nō
psunt illis q̄ fuerunt/sunt/vel erūt in lim
bo pueroz:q2 nō sūt in statu grē:sicut nec
damnati. Vñ nec passio chri illis profuit.
¶ Quarto notādū ꝙ suffragia nullo mō
psunt illis q̄ sunt in inferno dānatorū/sic
nec demonib9:q2 in inferno nll'a est redem
ptio. Prouer.xj. Mortuo ho.im.nul.erit
vl.spes. Pro talib9 g si fiāt suffragia/sunt
9solatiōes viuoz potius q̄ remedia mor
tuoz.vt dt tex.in.c.cū marthe.circa fi.de
cele.mis. Nō g suffragia psunt illis q̄ sunt
in inferno.qđ verū est nō solū q̄ ad totalē
liberationē/s3 etiā q̄ ad mitiorē penā susti
nendā. Itē tenet frat Jaco.de vora.in le
gēda de mortuis. Idē Tho.in.iiij.sen.dis.
xlv.q.j.ar.ij.sic ptz de diuite epulōe petē/
te guttā aq̄ ab Abraā:quaz nunq̄ habuit
nec habebit. Lu.xv.lic3 glo.iurz cano.alit
sentiat/7 male.xiij.q.ij.tps. Et vide quod
scripsi dñica.j.post festū trini.ser.j. Vñ si
certū est aliquē eē dānatū in inferno:nō li
ceret p eo suffragia facere. Nec obstat de
Traiano impatore:p q̄ orauit Gre.qđ est
spēale:7 iō nō est trahēdū ad 9ñiā:q2uis
fuerit bñ de h punit⁹ Gre.sic legit in legē
da sua. Pōt aūt eē certū aliquē eē dānatū
m̄ltis modis:fz Pe.de pa.vbi s̄. Primo de
hereticis 7 paganis Scđo de iudeis:vnde
trāsiēs p cemiteriū eoz̄/nō dz dicere Pat
nr̄. Itē de his q̄s scriptura damnat:sic de
Cain/Esau/Saul/Antiocho/Juda:et
similib9. De chrianis aūt nō sic pōt eē certus
nisi ex reuelatiōe. Sic de illo mortuo qui
ad petitōz Martini dixit se fuisse latroēz

cū tñ adoraret ꝓ martyr. Itē ꝺ illo ꝙ extīs mortu⁹ in feretro dixit. Iusto dei iudicio ꝯdēnatus sum: ꝑꝑ qꝺ introduct⁹ est ordo cartusiēsiū. Vñ qꝛuis pctm̄ sit manifestū ⁊ non pnīa: pōt orari ꝓ eo in secreto/ ⁊ debent reddi suffragia: siue se occiderit siue in bello iniusto/ siue in duello vel torneamēto/ vel cū meretrice mortu⁹ sit. Unde Aug⁹. Pro oibus regeneratis debet fieri oro: sed nō publice ꝑꝑ scandalū. Et sic intelligēda est Glo. in. c. ꝓ obeuntib. xiij. q. ij. vbi dicit. Q. ꝓ illis qs ꝯstat in mortali decessisse/ nō est orādū. Intellige publice/ sed secrete pōt orari: vt dictū est. ⁊ clarius scripsi in libellis nr̄is in vbo: Suffragia. Exēplū habet de monacho ꝓpetario. Vi de Greg. xiij. q. ij. c. vl. ⁊ c. ꝓ obeuntib. c. monachi. ⁊ c. cum ad monasteriū. de statu mona. Et silr orari pōt ꝓ suspensis ⁊ iuste dānatis: qꝛ etiā latro in morte penituit. sꝫ si inueniat mortu⁹ subito ꝙ prius fuit bone vite: in publico oblatio ꝓ eo fieri debꝫ. qꝛ Iustus si morte ꝓoccupat⁹ fuerit/ erit in refrigerio: fm Pet. vbi s. ¶ Quinto notādum ꝙ ꝓsunt suffragia oib ⁊ solis ꝙ sunt in purgatorio: qꝛ pñt ꝑ alios satisfacere: qui nō pñt ꝑ seipsos. sicut ptꝫ ꝑ mlta exēpla in. iiij. dial. fm Petrū vbi s. Unde Aug. ⁊ habet in. c. cū marthe. de cele. mis. Defunctoꝝ alij sunt valde boni: alij valde mali: alij mediocrit boni: alij mediocriter mali. Vñ suffragia ꝙ fiunt a fidelibus in ecclia ꝓ valde bonis: actiōes sunt grāꝝ. ꝓ valde malis: ꝯsolationes viuoꝝ. expiationes vo ꝓ mediocriter bonis: ⁊ ꝓpitiationes ꝓ mediocrit malis. Hec ille. ¶ Sexto notandū ꝙ etiā viuis ꝓfuisse mltis exemplis ondit: sicut legit in legēda de mortuis. Et Gre. ponit in. iiij. dial. in fi. Hic illud exēplū ꝓsertim illius ꝓ ꝙ in captiuitate posito/ vxor dieb certꝭ sacrificiū offerri faciebat: ⁊ in illis dieb eius vincula in carcere soluebant: vt ipse postea rediēs reuelauit. Itē dic exemplū de Agathone archiepō panormitano ⁊c. de ꝙ ibi Gre. subdit ⁊c. Hic exēplū put expedit. ¶ Septimo notandū vtrū suffragia ꝓsint facienti ipa suffragia ꝓ alio: Rñdeo fm mentē Petri de pal. vbi s. Aut querit an ꝓsint suffragia faciēti qñtū ad merendū: Dic ꝙ sic/ si faciēs est in charitate: ⁊ nihil minus ꝓsunt sibi ꝙ̄ si ꝓ se fierēt. fm illud Oratio mea in sinu meo ꝯuertet. Et qñqꝫ pl⁹ meret celebrādo ꝓ alio ꝙ̄ ꝓ se: qꝛ maiori feruore charitatis accensus videt ꝙ scintillas emittit ad alios/ et maxime ad inimicos. Vñ ⁊ dñs ꝯuersus est ad pniam Iob/ cū oraret ꝓ amicis suis. Iob vl. Pro hꝫ facit exēplū qꝺ legit in vitis patꝝ: de illis duobus eremitis euntib⁹ ad ciuitatē/ quoꝝ vn⁹ peccauit fornicando/ ⁊ alter nō: sed ꝑ pniam ipsi⁹ dñs remisit pctm̄ alteri. Aut querit: nunqd ꝓsint suffragia faciēti qñtū ad satisfaciendū: ⁊ tūc dicendū ꝙ directe quidē nō: qꝛ ꝓ alio quidē intendit. Valor aūt suffragioꝝ qñtū ad satisfaciendū attēdit fm intētionē faciētis. Sꝫ indirecte ꝓdest faciēti suffragiū qñtū ad satisfactiōēꝫ dupl'r. Vno mō qñ ille ꝓ quo fit aut non indiget: vt qꝛ soluat⁹, aut capax nō est: vt qꝛ dānat⁹. qñ faciēs est talis intētiōis in habitu/ ꝙ ꝓ se faceret si crederet ꝙ nō ꝓficeret illi ꝓ quo intēdit. Vñ Mat. ⁊ Et si quidē fuit ibi fili⁹ pacis/ residebit sup eū pax vr̄a: sinaūt/ ad vos reuertet. Alio mō qñ ꝑ illū cui suffragia ꝓstant/ ꝙ tenet orare ꝓ faciēte suffragiū: al's esset ingrat⁹ nō reddens antidota. Et sic est melius orare ꝓ mortuis ꝙ̄ ꝓ viuis: qꝛ mortui quando erūt in padiso/ sciūt illos ꝙ ꝓ eis orauerit. ⁊ ꝓ eis orabunt/ etiā si suffragātes ꝓpter pctā sua illis nō ꝓfuerunt: qꝛ amicitia respicit affectū plus ꝙ̄ effectū. ⁊ sunt in charitate ꝑfecta/ ꝑ quā oro eoꝝ expressa exauditur. Viu⁹ aūt ꝓ quo suffragia facio forte ignorat: ⁊ sic nō orabit ꝓ me. Itē forte est pctōr: ⁊ sic paꝝ valebit mihi oro sua. vł si est iustus: nō tñ in via semp ad votū exauditur. ¶ Octauo est notandū: vtrū obsit defūcto si omittant suffragia ab eo mādata: Rñdeo fm eundē Pe. de pal. vbi s. Primo quidē qñtū ad meritū nihil obest qꝛ totū in hac vita ꝯparat respectu cui⁹ bona voluntas ꝓ facto reputat. Secūdo nec ꝙ ad pene intētionē obest: qꝛ pena illa cū aīa egredit: sic sibi taxat/ ꝙ nec auget nec diminuit. Tertio nec ꝙ ad ꝑpetuatiōnēꝫ. Si eēm aliquis sit in carcere ꝓ debito qꝺ alij soluendū cōmisit: alio non soluēte ꝑpetuo ibi tenebit/ nisi ꝑ se soluat. sed si ꝑ se manēdo in carcere soluerit: solutiōe peracta liberat/ etiāꝫ ꝓcuratore nō soluente.

Quarto nocz si qd potuit solui in vita vt' ciro post morte/mandauit solui tardius. Un melius faciut q in vita soluut testamentu suu/vel antequam bona ad heredes perue niat.q: modicu in vita suffragij plus valet q multa post morte: z quanto citius/tanto melius. Quinto nocet sola negligentia procu ratoris siue executoris/ad hoc vt diutius ibi moref:q: nec ex ope operato qd no est/ nec ex ope operante executoru liberaf: fm Petru vbi s. Cocordat in pdictis z Tho. in.vj.qdli.q.iij. Est tn notandu q execu tori imputat ad pctm mortale: z cosequet ter ad dnatione/si no exequif voluntate defuncti. Un etia legif in legeda de mort tuis in fi. Miles quidaz in bello Caroli magni cu mauris pugnaturus rogauit co gnatu suu/vt si in bello moreref/equu suu vendere z preciu pauperib daret. quo mortuo cu equus nimis sibi placeret/eu sibi retinuit: z post modicu tps defunctus tanq sol fulges apparuit dices. Cognate: bene p octo dies me fecisti pati penas in purgatorio pter equu: cuius preciu vt dis xera pauperib no dedisti: sed impune no feres. Hodie em ferent aiam tua in infer nu diaboli: z ego purgatus vado ad regnu dei. Ad qd ille nos pducat qui viuit z re gnat in secula seculoz. Amen.

¶ De eadem materia: scz de suf fragijs. Sermo xxvj.

Qualia facie colubri zc. Dicto de duobus punctis materie de suffragijs/ sequif mo videre de alijs tribus supra ser mone primo notatis. Et primo p qs suf fragia facta psint. Circa q tertiu punctu vicz de psonis facientib suffragia/ querif p quas psonas suffragia facta psint? Cir ca qd notandu fm Pe.de.pal.in.iiij.sen. dis.xlv.q.j.ar.j.q in hac materia sut quinq coclusiones. ¶ Prima coclusio est: q per vnu viuu facta psunt alteri viuo ppter cha ritatis vnione. etia sic pdest bonu factum alij bono: fm illud. Sanctoz comunione. Et ps. Particeps ego sum oim timentiu te. Pa exeplu naturale de corpe naturali in q ois comestio pdest oib mebris: quia vna est oim fideliu vtis ecclesia charitate

piuncta: q est societas z amicitia spualis. Un sicut qn cotracta est societas oim bo noz inter aliqs: quicqd vnus lucraf/ oib est coe: sic z hic spualiter. no aute pctori: q no est de corpe christi/ sed mebru diaboli: q: no est comunio christi ad belial. Un existes in pcto mortali etiaz no excoicatus: no est pticeps alicuius boni: qd fit in ecclia p vnio one/ cu sit mebru pcisum a corpe qd no re cepit influentia ab aia. Scdo mo p mo du intetionis psunt suffragia oib etia ma lis p quib ecclia intedit orare/nisi sint ex coicati: p quib ecclia no intedit orare pu blice/sed puate. Un sicut seruus cois plus acqrit illi dno cui nominatim stipulaf: q alijs: q: obligatio illi querif insolidu. Si militer si iussu dni vnius vel ex re ipsius/seruus cois acqrat illi/spealiter acquirif. Sic est in pposito. No solu em papa/sed qlibet vz se reputare seruu fuoz dei. sic scribit Ra banus in.ij.plo.machabeoz. Un illi speali ter pdest cui intedit/etia pctori: cui ita po test intedere sicut iusto: sz no p modu me riti. fm illud. Ne forte non sufficiat nob z vobis. q: nullus pot alteri mereri prima graz nisi christus. vt pz in puulis baptizatis. Un Eze.xiiij. Si fuerint coram me Noe Daniel z Job: aias filioz no liberabut. Sicut alteri stipulari nemo pot nisi q ei iuri subiectus est. sicut pat filio: aut ecouer so.l.stipulatio. ista.§.alteri.ff.de ver.obli. Un christus meref nobis sicut filijs: et vnus bonus alijs sicut seruus dnis. sed malis sicut extraneis: nisi merito cogrui forte. vel per modu impetratiois sic. Qz nisi Stephas nus p Paulo oraffet/Paulus saluus no fu isset: vt dicit Aug. Et de Carolo magno audita est vox. Egidij merito Caroli pec cata dimitto. Et sic pdest recipi ad benefi cia in speali alicuius hois/vel multitudis. siue sic receptus sit pctor: q: tuc receptus fit pticeps p intetione/q no erat p vnione. si ue sit iustus: q: plus fit iustus q impius. ¶ Se cuda coclusio est: quo suffragiu viui pro dest mortuo? Rndeo q pdest. Primo qde ppter charitatis vnione: q: charitas nuq excidit.j.Cor.xiij. licet amicitia politica pereat fm phm. Et sic oia bona bonoz p sunt mortuis/etia si fiat p viuis: sic missa. de cele.mis.c.ij. vbi dr. De eade die missas audiat p salute viuoz z etia defunctoz.

Scdo ppt intentionē: q: viuūt in memo rijs viuoꝝ: ꝛ sic oēs misse eis pſūt in qb̄ ē vnū memēto p mortuis. nō sic aūt alia bona/ in quibꝰ nō fert intētio ad defunctos. Nec obstat. Bti mortui q̄ in dn̄o moriuntur. Apoc. xiiij. q: illi in quibꝰ pnceps mūdi huiꝰ tpe exitus nō habet quicq̄ nec penā nec culpā. sicut btūs Martinꝰ: statim sunt beati in re/ nec egent suffragijs. Qui vo sic in dn̄o moriunt q suꝑedificauerūt lignū/ fenū ꝛ stipulā: saluabunt. sic tamē quasi ꝑ ignē. j. Coꝛ. iij. ꝛ bti nō in re/ sed in spe. sicut etiā omni tpe pciosa in conspectu dn̄i moꝛs sctōꝝ eiꝰ. etiā ante apertōez celi in spe ꝛ nō in re. ¶ Tertia ꝯclusio: an suffragia ꝑ malos facta pſint: Rn̄deo regulariter q nō: q: vt dicit Greg. Cū is q̄ displicet ad intercedendū mittit: irati animus ad deteriora puocat. Sz pſunt Primo ex ope opato: vt missa mali tantū valet q̄ntū boni: sicut ꝛ baptismus. Et sic nihil pdest nisi sacrm̄ noue legis: vl̄ aliud sacramētale/ vt aqua bn̄dicta et exoꝛcismꝰ: nō autē oīo/ ieiuniū/ ꝛ elemosyna. Et hoc quidē dicit de missa mali sacerdotis. Intellige q nō sit pcisus ab eccl̄ia: alioquin potiꝰ noceret taz illi q̄ celebrat q̄ illi p quo celebrat/ si scienter iniūgit illi vt celebret. Vide de h in. c. vīa. de coha. cle. et mulie. ꝛ. xxxij. di. verbū. Vel dic q nō est dr̄ia inter pcisum ꝛ nō pcisum. Si eīn aliq̄s cōmittit sibi celebrare ꝛ sit i moꝛtali: peccat omittēs si scit illū in moꝛtali/ siue sit pcisus siue nō. Si aūt nō cōmittit sibi ꝛ ille motu ppo celebrat p illo: valet sibi ex ope opato/ nō ex ope operāte: siue sit pcisus siue nō. Scdo ex ope operāte vl'is eccl'ie/ cuiꝰ minister est petō: nō pcisus: al's nō est minister q̄ dic̄ vigilias p moꝛtuis. nec solū vigilie curati pſunt parochianis suis quoꝝ est publica ꝑsona/ sz etiā extraneis/ respectu quoꝝ est puata ꝑsona: q: est minister nō solū huiꝰ particularis eccl'ie/ sed etiā vl'is eccl'ie: cuiꝰ oēs boni sunt mēbra. Tertio ex ope opante eius q̄ rogat vl' mādat p se fieri: sicut bonꝰ dn̄s ꝑ malū seruū faciēdo elynas/ meret ꝛ satisfacit. q: q̄ per aliū facit/ p seipm̄ facere videtur. Sicut chr̄s ꝑ malos ministros benedicit ꝛ baptizat. Vn̄ dicit tex. in. c. vīa. de coha. cleri. ꝛ mulie. Nō pōt aliq̄s q̄ntumcūq̄ pollutꝰ/ diuina polluere sacra: q̄ purgatoꝛia cūctarū cōtagionū existunt/ qualiscūq̄ eīn sacerdos sit: q̄ scta sunt coinq̄nari nō pn̄t. Hoc aūt intellige/ q̄n is q̄ rogat ignoꝛat ministrū quē rogat esse maluz. ꝛ sic suffragia a defunctis mādata vel petita ꝑ malos exhibita eis pſunt. Nec obstat q malus nō potest satisfacere p alio: q: vez est pncipal'r/ sed instrumētali'r sic. Quarto ex ope opante alteriꝰ mādatis: vtputa executoꝛis. vel alterius ppt eandē rōnem. sicut papa mādauit fieri solēnes vigilias p defūcto summo pōtifice. de elec. vbi maius. li. vj. Pōt etiā quis subito p se ꝛ p alijs oꝛōnes iniūgere: ꝛ etiā cōfessoꝛ penitēti q p̄o se oꝛet. Quinto ex ope operāte ministri: quia ipe operat aliq̄ mō. Vn̄ si p̄latus malus iniūgat bono subdito dicere psalteriū pro aliq̄ viuo vel moꝛtuo: et bonꝰ subditus dicat/ al's nō dicturus: intendēs p illo dicere in speāli p quo sibi iniunctū est/ vel p quo iniungēs intēdit: pdest illi: ꝛ si nō ex intētione mādātis/ tn̄ mādatarij. Si aūt subditꝰ diceret/ nō intēdēs p alio nisi p seipso/ ad expletionē obediētie: tūc nō pdesset extraneo illi p quo iniūgēs intēdebat/ nec exprimebat: nec ex intētione mandantis q̄ indignus est: nec mādatarij q̄ hoc nō intēdit: sed solū ppt charitatis vnionez q̄ est in exeq̄nte: al's aūt general'r nō valet suffragia ꝑ malos. vt dictū est in pncipio sermonis huiꝰ. q: cuz is q̄ displicet ad intcedendū mittit. vbi sup. Qd̄ verū est ꝑ modū vnionis: q: vnitus nō est. nec ꝑ moduz meriti: q: nō meret. sed q̄nq̄ ꝑ modū impetratiōis pſunt: q: oīo petōꝛis q̄nq̄ est impetratiua p se ꝛ alijs. vt pz in miraclis q̄ q̄nq̄ fiūt ꝑ ipsos ad cōuersionē infideliuz. sicut Judas q̄ cū alijs aplis sanabat ifirmos. Sz plꝰ valet suffragiū boni bono: q: oibꝰ modis post modūplus boni malo q̄ per modū freq̄ntis impetratiōis. q: voluntatē timentiū se faciet etiā p indignis. Tertio mali p bono. Quarto mali p malo: sz nō tantū nec tā freq̄nter: q: deus petōꝛes non exaudit. Joan. ix. sic. s. sicut iustos. ¶ Quarta ꝯclusio est: an suffragia pſunt facienti ꝛ quidē ad merendū: Si sit in charitate/ nō minus pſunt q̄ si p se fierēt. fm̄ illud. Oꝛatio mea in sinu meo cōuertet. ꝛ q̄nq̄ plus meret bō celebrando p alio q̄

p se:qz maiori feruore charitatis accessus videt qui scintillas emittit ad alios:z maxime ad inimicos. Dñs em̄ conuersus est ad pniam Job/cū oraret pro amicis suis. Scḋo pdest ad satisfaciẽdum directe:qñ ille p quo fit/aut non indiget: vt qz saluus. aut capax nō est:vt qa dānatus. Qñ faciēs est talis intētionis in habitu q p se faceret si crederet non pficere illi p quo intendit. Vñ Mat. x. Et siquidē fuerit ibi filiꝰ pacꝫ:residebit sup illū pax v̄ra. sin aūt/ ad vos cōuertet. Tertio indirecte p illuz cui suffragiū pstat:q̄ tenet orare p faciente suffragiū:als esset ingratus nō reddēs antidota. Et sic est meliꝰ orare p mortuis q̄ p viuis:qa mortui qñ erunt in padiso/ sciunt illos q̄ p eis orauerunt. z etiā p eis orabūt/si suffragātes pter pctm̄ suū illis nō pfuerūt:qz amicitia 2siderat affectum plꝰ q̄ effectū. z sunt in charitate pfecta p quā orō eoꝝ expssa exaudit. Viuꝰ aūt p q̄ suffragiū facio/forte ignorat:z sic nō orabit p me. Itē forte est pctōr/z sic parū valebit mihi orō sua. aut si est iustus:nō tñ in vita semp ad votuz exaudit. ¶ Quarto non pdest ad satisfaciendū directe:vt si est mihi iniunctū vnū psalteriū/z tibi aliud: dicendo p te vnū/adhuc sum obligatus p me ad vnū:sicut si debemꝰ ego z tu quilibet Tirio decem soluēdo p te/adhuc maneo obligatus p me. ¶ Quinta 2clusio est:an obsit defūcto si omittant suffragia ab eo mādata: Et quidē nec quo ad meritū totū in hac vita cōparat respectu cuius bona volūtas p facto reputat. Scḋo nec quo ad pene intētionē:qz pena illa cū aia egredit/sic sibi taxat:q nec auget nec diminuit. Tertio nec q̄ ad ppetuatiōeꝫ. Si em̄ aliqs sit in carcere p debito qḋ alij soluendū cōmisit:alio nō soluēte/ppetuo ibi tenebit/nisi p se soluat. Sed si p se manendo i carcere solueret: solutiōe pacta/etiā p curatore nō soluēte ea fctā:libaret. z sic ē h. Sꝫ si qs mādat solui fcte facta z nō soluant:si fuerit in mora soluendi in vita et nō penituit/dānat:retinēdo opꝰ mercēnariū vsq mane. Si autē nō fuit in mora vel penituit:tūc nō dānabit/sed stabit in purgatorio minꝰ p h̄ q solui mādauit: q̄ si p obliuionē venialē nō soluisset nec solui mādasset. Quarto nocet si qḋ potuit soluere in vita vel cito post mortē:mandauit solui tardius. Vñ melius faciūt qui in vita soluūt testamentū suū: vel anteq̄ bona p ueniāt ad heredes:qz modicū in vita sua fragiq plus valet q̄ multa post morteꝫ:et q̄nto citius tāto meliꝰ. Quinto nocet sola negligētia pcuratoris:ad hoc vt diutiꝰ ibi moret:qz nec ex opere opato qḋ nō est nec ex ope operante executoꝝ liberat. ipe tñ executor dānat aiam suaꝫ si nō exequit zc. ¶ Nota exēplū vltimū qḋ habet in legenda de mortuis in fine. Sicut dñs pōt excōicari iuste qñ citatus misit pcuratorē qui nō cōparuit:cū sit 2tumacia vera vel psumpta:ex q̄ citatus nec p se nec p aliuꝫ cōparuit. Sed qñ pcurator dnē accipit:et ipse citatus est z nō dñs:licꝫ noie dñi. ppē cuiꝰ cōtumaciā dñe excōicari nō debꝫ:cū nō sit cōtumax ipse q̄ citatus nō est:licet fuerit negligēs eligēdo talem:qz p negligentia siue cōtumacia nō debet qs excōicari. Sꝫ iste mortuꝰ est obligatus p se. vñ si nō soluat p se vl aliū:detinebit quousq soluerit p seipm. ¶ Circa quartū punctū vicꝫ q̄ntū suffragia psint:sunt q̄nq 2clusiones. ¶ Prima q nō tantū psunt illi p quo nō fiut q̄ntū illi p quo specialiter fiunt:z ex intētione. Ex q̄ em̄ fm illū modū psunt suffragia defunctis scḋm quē viuis.qz plus valet viuo p q̄ fit determiate q̄ alijs:sic z mortuo:nō obstāte exemplo posito de luce z doctrina:qz talia nō operant fm intentiōeꝫ:sed ex necessitate nature. ¶ Scḋa 2clusio est:q suffragiū factū p multis:tantū valet q̄ntū ad gaudiū cuilibꝫ:q̄ntū si p q̄libꝫ fieret:qz charitas de q̄ scptū ē:q nō q̄rit q̄ sua sūt cōia ppijs:z nō ppia cōibꝫ anponit. Vñ sic religiosus bñ dispositꝰ plus gaudet de legato facto cōitati q̄ d legato simpliciter sibi facto:sic ibi. Sed q̄ ad liberatiōeꝫ nō p se:sicut etiā de bitū solutū p mltis:oim debitū attenuat sed nullū ex toto liberat:cuꝫ tñ posset pro vno solutū ipm ex toto liberare:vt si tātū soluant p oibꝫ q̄tū q̄libet p se:sed p accñs pōt tantū valere:vt dicet in sequēti ar. Est aūt hic dubiū:qz dicunt doctores: q ille q̄ est in maiori charitate plus gaudet de suffragio facto p alio q̄ gaudeat ille p q̄ fit. Hoc em̄ vno mō est verū:alio mō est falsum. Suffragiū em̄ est bonū facientis in

q̄ntū est actus ei⁹ bonus/reddens ip̄m cō
mendabilē ⁊ acceptū coram deo: ⁊ est bo
nū ei⁹ ꝓ quo fit/inq̄ntū pro eo satisfacit.
Quantū ad primā bonitatē plus gaudet
de suffragio ille q̄ est in maiori charitate/
q̄ȝ ille ꝓ quo fit. q꞉ cū ⁊ illo mō suffragiū
nō sit magis bonū vnius defuncti q̄ȝ alte
rius: sed sit bonū solius faciētis/de eo tā
q̄ȝ de equali bono: plus gaudet ille q̄ plus
habet de charitate. Sed q̄ntū ad valorē
scd̄m: cū ille valor sit bonū illi⁹ solius pro
q̄ fit/⁊ vnicuiq̄ȝ magis est amabile ꝓpriū
bonū q̄ȝ alienū: idō q̄ntū ad istam cōsidera
tionem plus gaudet de suffragio ille pro
q̄ fit/existēs in minori charitate/ q̄ȝ ille ꝓ
quo nō fit: dato q̄ ille sit i maiori charita
te ¶ Tertia conclusio est: q̄ hn̄s speciale
suffragium ⁊ cōe/citius liberat̄ q̄ȝ hn̄s tm̄
cōe: licet gaudiū sit cōe mō quo dictū est.
In die aūt aiaꝝ nō debet principalit̄ dici
missa nec ꝓ patre nec ꝓ matre: sed ꝓ oib⁹
fidelibꝫ defunctꝫ. sicut qd̄ dandū est pau
peribꝫ nō dandū est amicꝫ carnalib⁹ magꝫ
q̄ȝ alijs. Pōt tn̄ quis secūdario spēalit̄ in
tendere suos charos/⁊ ꝓ eis spēaliter face
re oblationē: sed debet fieri missa ⁊ officiū
principalr̄ ꝓ oibꝫ. Sed q̄a diuites plures
elemosynas faciunt: inde est q̄ elēna quo
ad suffragia plus ꝓdest diuiti q̄ȝ pauperi
ꝑ accidens: q꞉ plus tenent̄ orare beneficia
ei ꝓ factoribꝫ suis q̄ȝ ꝓ alijs: al's essent in
grati. ¶ Quarta cōclusio est: q̄ q̄n fiunt
specialia ⁊ multa suffragia ꝓ illo q̄ non in
diget: vtputa q꞉ iam est in glīa/vel q꞉ mi
nus indiget: q̄n supest diuidit̄ indigētib⁹:
vt nō petentiū preces petentibꝫ accrescāt. si
cut Aug. dicit in regula. Cū quis suis fi
lijs aliquā cōtulerit vestē: sit in p̄rāte pre
positi/vt in rem cōem redactū cui necesse
fuerit p̄beatur. Sic de⁹ nō indigēti datū
dat alij indigēti. qd̄ verum est in missa de
Requiē: in qua debet esse talis intētio di
centis/vt ceteris ꝓsit si illi ꝓ quo fit nō ꝓ
sit. Sed in missa de viuis: vt si celebretur
de beata virgine ꝓ patre meo: magis cele
braturus ꝓ me q̄ȝ pro quocunq̄ȝ alio viuo
vel mortuo. si scirē ei non ꝓdesse: orō mea
in sinu meo cōuertet̄/nō alioꝝ purgando
rū. s̄m illud Mat. x. si autē/ad vos reuer
tetur. ¶ Quinta cōclusio est. vtrū valeāt
tantū suffragia successiue ꝯtinuata/q̄ntū
simul multiplicata: vtputa vnū tricesima
le continuatū/quantū. xxx. misse vno die
a. xxx. sacerdotibꝫ dicte. et silr̄ annuale/q̄ȝ
trecente sexaginta sex misse vna ebdoma
da a diuersis sacerdotibꝫ dicte: et sic de a
lijs. Dicendū q̄ tantū ⁊ plus valet q̄ntū
ad meritū instituētis: q꞉ magis est ad ho
norē dei ꝯtinuando taliū anniuersarioꝝ:
et hoc cōsiderās eccl̄ia/ea rōne statuit sic.
Sed ad celeriorē liberationē a purgato
rio ⁊ citius videndū deū/ plus valet acce
lerata multiplicatio: q꞉ sacratū in ꝓposito
habitū/nunq̄ȝ valet tantū ad pene remissi
onē ex opere op̄ato. q̄ntū actu exercitum.
Sicut p꞉ in baptismo flaminis q̄ non re
mittit totā penā sicut baptism⁹ fluminis.
Sic etiā missa nōdum celebrata ex opere
operato/nō potest habere tantā efficaciā
quantā habet iam celebrata. Et forte nō
tādiu est ille māsurus in purgatorio q̄ vl
tima missa anniuersarij ꝑpetui cātetur et
eū liberet. Neutrū est ergo condēnandū:
q꞉ vtrūq̄ȝ bona intētione fieri pōt. ⁊ anni
uersariū/vt de⁹ clarius videatur ꝑ opus
sibi honorificū. ⁊ multitudo missarū a di
uersis simul dicendarū: vt deus citius vi
deat̄. Et non solū ꝓ amore sui: sed etiā ne
diutius maneat vel torqueat̄. ¶ Quātū
ad quintū de liberatiōe a suffragijs. sunt
q̄nq̄ȝ cōclusiones. ¶ Prima ꝯclusio: q̄ sol
uens ꝑ aliū liberat̄ sicut soluēs ꝑ seipsum/
etiā si ꝑsone industria sit electa: quia nō re
fert quid exequi ꝓ quibꝫ fiat/ nec ꝑ quem
fiat: dū tn̄ eque bn̄. Esset autē ꝓsumptuo
sus q̄ tenet̄ ad suffragia/si putaret orōnē
suā meliorē oibus alioꝝ: sicut phariseus.
Vn̄ si missam quā debeo/ꝓcuro dici per
aliū: liberat⁹ sum/ sic̄ si ꝑ me ip̄m dixissem.
⁊ sic de alijs. ¶ Scd̄a cōclusio est: q̄ libe
ratur q̄s/soluendo suffragia cū alio/sicut
solus: nō solū soluēdo duplr̄. Vt si dicam
vnū psalteriū tecū/⁊ tu aliud mecū/cū q̄s
libet teneat̄ ad vnū. q꞉ hoc dubitatōez nō
habet cū hoc nihil min⁹ soluat̄ a duob⁹ si
mul quasi si solueret̄ a quolibet ꝑ se: imo
si soluat̄ etiā a duobꝫ simul simplū. Vt si
sint duo quoꝝ q̄libet debet ꝓ mortuo psal
teriū: dicat simul ꝓ illo vnū psalteriū. Qd̄
apparet ꝯsimile de horis canonicis/ad q̄s
quilibet insolidū ⁊ per se tenetur: et tamē
simul oēs dicētes liberātur. Sicut etiam

oẽs sil' audiẽtes missam liberant̄ ab ob
ligatione q̄ singli tenent̄ vnā missam au/
dire. ¶ Tertia ꝯclusio vtrū soluēs suffra
gia in pctō mortali liberet̄: an teneat̄ iterꝫ
soluere? Et videt̄ ꝙ sic: qꝛ ille q̄ fecit peni
tentiā ꝓ se in pctō mortali: ꝓ tanto non te
net̄ iterare: qꝛ pōt in alio sec̄lo satisfacere.
alioq̄n qd̄ in alio sec̄lo fieri nō potest: in il
lo fieri necesse est / suffragia aūt ꝓ alio hic
quidē ꝛ non in purgatorio solui possunt.
Nā ibi ꝓ se ꝛ nō ꝓ alio q̄s soluit / ḡ in hac
vita tenet̄ suffragari sibi. Solutio nō est
verꝫ: p̄mo quidē: qꝛ aut est obligat⁹ ad suf
fragia ex statuto sup̄ioris / et tūc nō tenet̄
iterare. tuꝫ qꝛ sup̄ior nō potuit eū obliga
re ad h̄ / ꝙ faceret ex charitate: sed solū ad
substantiā facti. tuꝫ qꝛ debet supponere / ꝙ
sup̄ior statuēs vł iniūgens sit in charitate
ꝛ ita suffragiū valet ex merito mādantis /
ꝛ si nō exequit̄ q̄ sibi cōsci⁹ est de mortali.
¶ Aut ex ꝓmissione ꝓpria: ꝛ tūc nō est ve
risimile ꝙ se obligauerit ad dicendū in cha
ritate: sed solū ad dicendū vel faciēdū ab/
solute: aut solū rōne bn̄ficij accepti / ꝛ tunc
vel nō est obligat⁹ de necitate: sed de con/
gruitate tm̄. vel si ē obligat⁹ d̄ necessitate /
nō tamē determiate ad h̄ suffragiū vel ad
aliud. Vn̄ illd̄ nō tenet̄ iterare: sicē nec illd̄
dicere tenebat̄. imo nec tenet̄ illud facere
si fuerit missa / cui⁹ p̄ncipalis efficatia est
ex ope opato: etiā si sit mal⁹ minister. imo
nec si sit aliud iterare tenetur: qꝛ valet ex
charitate postulātis suffragiū interp̄tati/
ue ꝑ beneficij collationē. Sed h̄ videt̄ esse
ꝯtra illud qd̄ alijs dictū est / ꝙ nullus pōt
satisfacere ꝑ aliū / nisi ille alius sit in chari
tate. Cui⁹ em̄ opus in se mortuū est ꝓ nul
lo pōt esse satisfactoriū. Ad hoc posset di/
ci / ꝙ si ex mādato vł rogatu alteri⁹ in cha
ritate existentꝫ viui vel mortui / ali⁹ pctōr
alias nō factur⁹: q̄si ex ꝑsona illius faciat
suffragiū ꝓdest illi. Si aūt q̄si noie suo fa
ciens vellet tm̄ illi applicare. tūc non possꝫ
peccator ꝓ alio satisfacere. Vnd̄ pctōr vt
ꝓcurator non pōt ꝓ alio satisfacere: sed vt
nūc: vo. Pet. de pal. vel dic clari⁹ ꝙ hic est
duplex q̄stio. Vna ē vtꝝ pctōr soluēs alie
na suffragia liberet̄: ꝛ ista ē q̄stio p̄ncipa/
lis de q̄ hic q̄rit̄. Alia est q̄stio vtrū satisfa
ciat / ꝛ q̄ntū ad hāc scd̄aꝫ. p̄mo r̄ndeo ꝙ nō
satisfacit / nisi illis modis q̄bꝫ dictū est sup

eodē s̄mone ꝑte. j. ꝯclusiōe. iij. sed q̄ntū ad
p̄mā q̄stionē. Vtrū liberet̄ videtur ꝙ sic.
Non em̄ plus obligat̄ hō homini q̄ꝫ deo:
sed deo licꝫ q̄libet sit obligat⁹ seruare p̄ce/
pta / tn̄ non tenet̄ illa p̄cepta s̄uare ex cha
ritate: de q̄ tamē dic ꝑ Tho. j. ij. q. c. ar. x.
Nec obstat ꝙ intētio iniūgentis suffragia
fuit / vt ꝓmittens satisfaceret: qꝛ illa intē/
tio nō obligat ꝓmittentē sicut nec intētio
dei obligat hoiem / q̄ est vt ad finē charita
tis seruet mādata: qꝛ substātia mādati ob
ligat subditū / non aūt finis mādati. Vi/
det̄ tamē ꝙ ꝓmittens alij facere suffragia
ꝑ eo si ꝯscius est se esse in mortali / ꝛ ꝯseq̄n
ter ꝓ eo satisfacere nō posse / ꝙ videt̄ illuꝫ
decipere ꝛ ꝯseq̄nt̄ teneat̄ ei satisfacere: qd̄
aliter vt videt̄ fieri non pōt: nisi iterū sol/
uat. sicut q̄ decipit aliū tenet̄ ad interesse
actione de dolo. l. Et elegant̄. in p̄n. ff. de
dolo. Et. l. Si sterilis. §. cuꝫ ꝑ vēditorē. ff.
de actio. empti. ¶ Quarta ꝯclusio / vtruꝫ
soluēs ꝓ multꝫ tot suffragia q̄t debet oibꝫ
singlariter liberet̄. Vt si soluo. xxx. missas
ꝓ recōmendatis mihi in. c. ꝛ nō hāc ꝓ hoc
vel ꝓ illo ꝛc̄. Dico ꝙ non ꝑfecte: qꝛ min⁹
soluit cuilibet: ꝛ ꝑ ꝯn̄s non liberat̄. Nam
ꝑticularis solutio mł'ta habet incōmoda:
vt si debeā tibi. x. Titio. x. Seio. x. ꝛ soluo
hodie. x. tribꝫ ꝛ cras. x. tribꝫ. ꝛ post cras. x.
tribꝫ. non tantū ꝓdest q̄ꝫ si statim vni sol/
uissem. x. qꝛ ille potuisset statim de illis. x.
facere volūtatē suā. Et sic est hic / vt si sint
tres in carcere tres debeāt. x. ꝓ q̄libet ꝓ oī
bus: ꝛ si p̄mo die soluo. x. nullus euadet
carcerē licꝫ debitū omniū minuat̄. si scd̄a
die. x. adhuc nł's liberat̄: si tertia / tūc oēs
sil' liberant̄: sed soluēdo ꝓ singlis p̄m⁹ p̄ri
mo die. ij. scd̄a. iij. tertia fuisset liberat⁹: et
sic duoꝝ feci ꝯditionē deteriorē. Si ḡ ali
qui in purgatorio existētes sic sūt dispositi
ꝙ vn⁹ vna missa ꝛ nō minori suffragio li/
berand⁹ sit / ꝛ sint mł'ti tales vna missa ꝓ
oibꝫ istis dicta nullū eripit: sed dicta ꝓ q̄li
bet ipoꝝ vna statim eū eripit / ꝛ sic diuīt⁹
singli tenēt̄ ꝛc̄. ¶ Quinta ꝯclusio ē / vtrū
soluēs ꝓ multis ꝙ debꝫ ꝓ vno illoꝝ / ꝛ nō
plus liberet̄. Dicendū ꝙ sic / dum tn̄ p̄nci
palit̄ fiat pro illo ꝓ quo debet. ꝛ ꝓ alijs se/
cūdario. Et ꝙ in suffragio habēte op⁹ ope
ratū efficax sicut in missa h̄ liceat parꝫ in
canone: vbi semꝑ fit memoria taꝫ ꝓ viuis

x̄p̄o defunctis. Sed qd si aliqs pmisit singillatim diuersis vnā missam: vtrū liberat celebrando/ vnā p omnib eqliter intendendo Pe. de pal. dt q non regularit a toto: sed tanto: qz soluit min⁹ quā debet sicut p mittens Titio vnā marchā: z Seio vnā z nō totalit liberat offerendo duob vnā. sic z missa celebrata p mltis nō tm valet singulis. Pōt aūt excusari qnqz modis. Primo pter impossibilitate celebrādi p qlib et spēaliter: puta si collegiū saluo officio ad qd est institutū nō potest soluere pluś q̄ tres aut duas/ aut vnā missam. Aut si religiosio postq̄ pmisit alicui a supiore imponātur alie misse: qz difficultas pstationis z si nō liberat tñ non excusat. Da exemplū de debito hereditario: qñ bona defuncti nō sufficiūt. Scdo pter psuetudinē: maxie apud eum/ q scit vel scire tenet: qz scienti dol⁹ nō infert: sicut de parrochianis q petunt missas a curat z c. Tertio pter couentionē si expresse h dicat pmittens: qz ptractus ex couentione lege accipiunt. l. Si cōuenerint. ff. depositi: qd etiam sufficit dicere executori: qz cui cōmisit testator distributionē pecunie/ pmissa videt etiaz cōmisisse ordinatione de missa pcuranda. Quarto pter recōpensatione: quia nō refert qd ex equipollentib fiat: vt si in alijs missis vel suffragijs recōpenset/ sicut apud nos missa dicēda a puentu imponit octo fratrib. Quinto pt supplectionez dei z c. Sed qz in h est difficultas: ideo pōt illa in pdicando dimittere. Et p dicta sz p3 Pe. d. pa. in. iiij. di. xlv. q. j. z. ij.

De indulgētijs. Ser. xxvij.

O Uasta facie solubri. z c. Prosequēdo adhuc tertiā psideratione q̄rti articli vicz de remedijs ptra veniale pctm remanet vltimo loqui d indulgētijs p quas remittunt pctā/ etiā in purgatorio. vt infra dicet. No em sunt institute indulgētie ad remissionē culpe: sed pene debite mortali remisso vel veniali. Saluet virgo maria z c. Pro cōplemēto hui⁹ materie debem⁹ notare tres articulos.

Prim⁹ est de indulgētie valore.
Scdus de earundē susceptore.
Terti⁹ de earundē collatore.

¶ Primus ergo articlus est de valore indulgentiaz. Ubi sunt tria videnda. Primū de causa valoris: q est thesaur⁹ ecclie p quo soluit pena debita p pctis venialib z etiaz mortalib hic remissis/ aperiente illo q habz claues ecclie. soli aūt Petro et successorib ei⁹ date sunt claues. xxiij. q. j. ca. Quodcunqz. Et de trāsla. pla. Quanto. Da silitudinē de eo: q habz claues thesauri materiales respublice: d q soluendū est debitū alteri⁹ z c. Sic in pposito z c. Mater em ecclia psiderās q p qlibet peccato mortali debet septennis pnia. xxxiij. q. ij. h ipm. Et notat. xxij. q. j. Predicandū. Cōsiderās etiā q mlta pctā cōmittunt ad q̄rū satisfactionē nō sufficeret vita hois ad pniam pagendā: sed remanet ania purgāda in purgatorio: psiderās etiā penā purgatorij esse accerbissimā: mota pietate materna: instituit indulgētias p qs soluunt dbita penaz d thesauro publico z c. Thesaurus em iste cōsistit in duob. Primo qdē in merito chri: qui dotauit ecclīaz suaz notabili thesauro/ de q ista sumunt. f. merito z satisfactiōe sua/ quā fecit ieiunādo: orando: laborādo: itinerādo: pdicando. sustinendo: z tandē morte patiēdo. cui⁹ vna gutta sanguinis sufficeisset: z hic thesaur⁹ est infinit⁹: adeo q semp restat ad mutuādū gratis pctorib vn satisfaciant. Unde Sap. vij. dicit q sapia. f. chri: qui est sapientia patr infinit⁹ thesaur⁹ est hoib: quo q vsi sunt: pticipes facti sunt amicitie dei. ¶ Scdo hic thesaur⁹ cōsistit in meritis scōz z penalitatib passiōib eoz: q multa supererogauerūt q̄ meruerit pctā eoz. et sic illud superfluū reponit in thesauro ecclesie: qz sctī hac intentōe fecerūt opa satisfactionis: vt nō solū sibi: sed etiā corpori chri/ qd est tota ecclia facta pdessent: sicut Paul⁹ dt. Omia sustineo pter electos: vt z ipi salutē psequāt q est in chro Iesu. ij. Tim. ij. Et Col. j. Impleo ea q desunt passioni chri in carne mea: p corpe ei⁹ qd est ecclia cui⁹ fact⁹ sum minister fm dispēsatiōnē dei. Nota Christi. i. corpis christi mystici: qz nre passiones q sum⁹ membra chri/ ipsius chri sunt: qz est vnū caput cum vno corpe. Qui g membruz chri est qcqd patit ab eis/ q nō sunt in mebris chri: dei

erat passionibꝰ chri. Sed attēde ꝙ nō determinate ꝓ illo q̄ remissione indiget: sci hōi opa fecerūt/alꝰ absqꝫ omi indulgētia remissionē ꝯseq̄ret: sed cōit ꝓ tota ecclesia: sic apls dicit in auctoritate hic sup allegata: ⁊ iō ꝑdicta merita sūt cōia totiꝰ ecclie. Ea aūt q̄ sunt cōia multitudinis alicuiꝰ distribuūt: singlis de multitudine sm arbitriū eiꝰ/q̄ multitudini preest. Un̄ sicut aliqs ꝯseq̄ret remissionē pene/si aliqs ꝓ eo satisfecisset: ita si est satisfactio alteriꝰ ⁊ ꝑ eū q̄ pōt distribuat. sm Tho. in. iiij. dis. xx. q. ij. ar. ij. Patet ergo quō intelligit thesaurꝰ iste ecclie/q̄ est causa valoris indulgentiaꝝ: qꝛ a chrō ⁊ sctis: ⁊ ab eo q̄ hꝫ claues ecclie. i. papa dat de illo thesauro: tm̄ q̄ntū sufficit singulis fidelibꝰ: ad solutiōeꝫ pene debite ꝓ pctī totiꝰ vl ptis: put dispēsantis arbitrio videt. Totꝰ eīm thesaurꝰ iste est in dispensatōe eiꝰ/qui preest eccle gnali. Un̄ petro claues regni celoꝝ cōmisit chrs. Mat. xvj. Per qs ipse vl papa q̄ locū eiꝰ tenet. aperit tanqꝫ thesaurariꝰ archā thesauri hꝰ: qn̄ vtilitas vl necessitas exposcit. Patet ergo quō thesaurꝰ iste integrat.

¶ Sed remanet vna dubitatio. Nam videt qd de meritis chri ⁊ sctoꝝ nihil restet: qꝛ de omi pena ⁊ labore chri/⁊ sctoꝝ fuerūt ⁊ sūt plene ꝑ iustitiā diuinā ⁊ miscdiā remunerati vl remunerādi/resumptis corporibꝰ a deo/q̄ reddit vnicuiqꝫ sꝫ opa sua. ergo nō videt aliqd penalitatis/posse fieri satisfactoriū ab eis ꝓ aliis: qꝛ sicut nō iudicat deꝰ bis i idipm/⁊ non ꝯsurgit duplex tribulatio. Nauꝫ. j. sic nec remunerat bis bonū opus: qꝛ bona fides nō patit/vt bis idē exigat. Sed dicendū ꝙ opus bonū penale sctoꝝ pt dupliciter ꝯsiderari: sꝫ Pe. de pal. in. iiij. dis. xx. q. iiij. Uno mō inquātū est meritoriū: ⁊ sic nō transgredit ꝑsonam nisi solū meritū chri: qui sibi ⁊ aliis meruit/nō quātū ad gliam anie: qꝛ illā statim habuit in instanti ꝯceptiōis corꝑis ⁊ creatiōis anie: sed q̄ntū ad gloriā corꝑis: quā meruit merito passionis: iuxta illd Phil. ij. Humiliauit se ip. fac. obe. vs. ad mortē mortē aūt crucis. ꝓpter qd de. ex. li. ⁊ do. li. no. qd ē supʼ ome no. ⁊c. Nec potuit/vt videt: chro remunerari sꝫ mēsurā meriti: qꝛ meritū eiꝰ fuit infinitū: remuneratio autē finita: qꝛ inq̄ntū hō nō pt in infinitū remunerari intensiue/ceteroꝝ vero meritū sibi soli ꝓdest. Et ideo nec aliꝗa chro plus meruit/ꝙ acceperit vl recepturꝰ sit in seipso.

¶ Scdo modo pōt est satisfactoriū: ⁊ sic multi plus satisfecerūt ꝙ debuerūt. Licet ei pena purgatorij sit maior oi pena mūdi: nō tn̄ sequit: tale pctm̄ meret talē penā in purgatorio. ergo grauissima in mundo. alias nullꝰ posset pati penā vltra culpā/cū a veniali nullꝰ sit imunis: cuꝫ tn̄ dicat Job. Utinā appēderent pctā mea/qbꝰ irā merui/⁊ calamitas quā patior in staterā q̄si arena maris: hec grauior appareret. Job. vj. In hoc ergo cōueniunt sctī cū chrō in his q̄ fuerūt supererogationis: qd aliqd ponūt in thesauro ecclie sicut chrs: sed in hoc discōueniūt: qꝛ tota satisfactio chri cessit i thesauro ecclie preterqꝫ ⁊ nihil ꝓ se: qꝛ pctm̄ nō fecit/nec inuentꝰ est dolus in ore eiꝰ. j. Pet. ij. Un̄ nullꝰ debitor fuit nec pene originalis: nec actualis: qꝛ ab eo est thesaurꝰ infinitꝰ: alij aūt sctī non. Urā aūt virgo medio mō se habuit: qꝛ de suis penalitatibꝰ illud solū ꝓ eo satisfacit/qd erat pena pcti originalis: sic mors nature cuius ipa debitrix fuit. reliq̄ aūt penalitates sponte assūpte tote nobis cedūt: nō illi qꝛ nulliꝰ culpe actualis rea fuit. ⁊ idē est de martyrio innocentū ⁊ alioꝝ/q̄ nec venialit peccauerūt. Hoc tn̄ qd dicit de beata vgine non predices. Itē discōueniūt in merito: qꝛ chrs sibi ⁊ aliis meruit de cōdigno. alij aūt sctī solū sibi de ꝯdigno: aliis nō de ꝯgruo solū.

¶ Scdo notandū est de valore indulgētiaꝝ in generali: vbi nota duo. Primo q̄ntum valent indulgētie. Scdo vtrū tantū ꝓsint vni: q̄ minus dat ⁊ minꝰ laborat ꝙ ei q̄ plus dat ⁊ plus laborat. Circa pmuꝫ multi multa dixerūt: vt refert Glo. in. ca. Qd aūt. de pe. ⁊ re. Et docto. theologi in. iiij. sen. di. xx. sed verior opinio est: sicut dē Pe. de taran. vbi sup ꝙ tantū valēt indulgentie q̄ntum sonant. Ualent etiaꝫ q̄dragīnta dies indulgentie cuilibet habenti: tm̄ q̄ntum eidem. xl. dies penitētie. vel annus indulgētie/ꝙ vnus annꝰ penitentie facte: sm determinationē vel taxationem factam: siue a sacerdote: siue a iure: siue a iustitia diuina. ⁊ sic valent quo ad forum dei. Et hoc ꝓbatur. tum ex eo quod dictū est Petro. Qdcunqꝫ solueris super terraꝫ

erat solutus et in celis. propter quod probatur quod remissio que fit quo ad forum ecclesie/valet etiam quo ad forum dei: tum quia alias ecclesia huiusmodi indulgentias faciens magis damnificaret quam adiuvaret: quia remitterentur ad grauiores penas: scilicet purgatorii absoluendo a penitentiis iniunctis: secundum Tho. in. iiii. di. xx. Anni vero predicti non sunt anni celi vel purgatorii sed mundi: quia in mundo est huiusmodi distinctio dierum non autem in celo vel purgatorio secundum Pe. Concor. Gof. in sum. de penitentiis et re. in fine. et Jo. an. in. c. Quod autem. eo. titulo. in nouella: qui sic dicit. Et licet quidam hic diuersimode intelligant et interpretentur indulgentias istas: ego tamen simpliciter intelligo sicut sonant: vt secundum quod continent et permittunt/remittunt. Nam qualitercunque satisfiat ecclesie non refert: et absolutus est quem absoluit ecclesia et ligatus quem ligat. xxiiii. q. j. Quodcunque. Vide vt scripsi in verbo indulgentia. Valet igitur indulgentia ad remissionem pene non autem culpe: et ideo abusiua locutio est dicentium quod hec vel illa indulgentia remittit penam et culpam. Vide in Cle. Religiosi. de priuilegiis. Nulla enim culpa remittitur sine contritione: sed indulgentia penam remittit non culpam. Sed videtur quod etiam penam non remittat: quia remissio pene est effectus sacramenti penitentie: sed effectus sacramenti non potest conferri sine sacramento: quia hoc pertinet ad potestatem excellentie: que soli christo competit: secundum quod homo deo vnitus: sed et cetera. Respondeo remissio pene est effectus sacramenti penitentie: per modum remissionis gratuite: sed per indulgentiam remittitur pena per modum solutionis: et sic non obstat. ¶ Circa secundum vero: vtrum indulgentie omnibus prosint equaliter. Verbi gratia: quidam vadunt ad visitandum limina apostolorum Petri et Pauli romam a longinquo per mille miliaria. Alii sicut romani non vadunt a longinquo/nisi per vnum iactum baliste: nunquid equaliter prosint indulgentie omnibus? Vel pone quod detur indulgentia omnibus/qui conferunt aliquid ad edificationem pontis vel ecclesie: secundum suarum facultatum quantitatem: quidam dant centum ducatos: quidam vero decem. vel pone in similibus et cetera. Vtrum equaliter valeant omnibus indulgentie? Respondeo in indulgentiis est vel potest considerari quadruplex valor. ¶ Primo quidam valor meriti: et quantum ad hoc qui plus laborat plus meretur secundum Tho. ¶ Secundo consideratur valor laboris: non per modum indulgentie: sed per modum satisfactionis de peccatis commissis: et quantum ad hoc qui plus laborat/vel dat plus satisfacit: vt sentit Petrus de taran. in. iiii. di. xx. Ratio quia iste valor proportionatur quantitati laboris illius qui laborat: non autem thesauro ecclesie. Differentia enim satisfactionis et indulgentie est ista. quia per satisfactionem proprio labore soluit: quis penam de proprio thesauro: sed per indulgentiam soluitur debitum pene de alieno. i. de communi thesauro. ¶ Tertio consideratur valor laboris quantum ad preseruationem de peccatis futuris. et quantum ad hoc maior labor et elemosyna magis preseruant a futuris/indulgentia enim supplet locum satisfactionis/inquantum satisfactio est punitiua: quia scilicet pena quam alius sustinuit reputatur isti/ac si iste sustinuisset: et ideo reatus pene tollitur: sed non succedit in locum satisfactionis/inquantum est medicina: quia adhuc remanent pronitates ad peccandum derelicte ex priore peccato/ad quas sanandas necessarius est labor satisfactionis. Et ideo cruce signatis est consulendum dum viuunt: vt non pretermittant satisfactionis opera: inquantum sunt preseruatiua a peccatis futuris: licet reatus pene sit totaliter solutus: nec ad hoc requiratur aliquis labor: quia sufficit labor passionis christi. mortientibus autem non est necessaria preseruatio huiusmodi: sed solum liberatio a reatu pene: et hec vult Tho. in. iiii. quodlibet. q. vii. ad tertium articulum. Idem notat. Tho. in. iiii. di. xx. vbi dicit quod consulendum est eis: qui indulgentiam consequuntur ne propter hoc ab operibus penitentie iniunctis abstineant: vt ex his remedium consequantur: quamuis a debito pene essent immunes: et precipue: quia quandoque sunt plurium debitores quam credant. Tho. ¶ Quarto in indulgentiis consideratur valor indulgentie. Et quantum ad hoc equaliter valent omnibus. Ratio est secundum Tho. quia remissio hec per indulgentias non proportionatur laboribus: sed meritis que dispensantur: ideo tantam indulgentiam consequitur qui minus laborat quantam qui plus. ¶ Tertio notandum est de valore indulgentiarum in speciali. Vbi nota tria. Primo si datur indulgentia conferenti de substantia sua/ad edificationem pontis: et aliquis non potest dare propter paupertatem: tamen habet intentionem dandi: an lucretur indulgentiam? Respondeo secundum Pe. de pa. in iiii. di. xx. Si est determinata quantitas quam non dat tamen: quia non potest non lucratur indulgentiam: licet alias bona voluntas suf

ficiat ad meredum: sed nō ad satisfaciēdū. Sȝ arguit ꝯtra. Nā in regl'a. imputari. li. vj. dr. Jmputari nō dȝ ei p quē non stat si nō faciat/ qd p eū fuerat faciendū. Sȝ respōde dicēs/ ꝙ licȝ nō iputet ad culpā vel ad penā: vt in regl'a dr: tñ nō debet lucrari: vt hic. Uide ifra pte. ij. ꝯclu. ij. Si aūt simplicit dicat qd indulgētiā habeat: q ta li pio loco subuenerit: intelligit fm suā cōditionē. Scdo nota ꝙ si dat indulgētia euntib ad ecclīā sctī Petri. Utrū in eadē die totiēs lucret qtiēs intrat. Jo. an. in. c. Cū ex eo. de pe. 7 remiss. allegat Uinc. dicentē: ꝙ si eadem psona/ eodem die sepius cōuenit ad locū p q indulget remissio: vel septꝰ dat denariū: septꝰ habebit. xl. dies dū durat tps vl' dies remissiōis: qꝛ nō est cōmissa remissio solum pter iter vel denariū sed 7 pter obligationē ecclīe/ q sic remittēdo se obligat orare p alio. Sit igit discretꝰ 7 remissionē faciēs. Idē Guill. in speculo. eo. ti. ver. qd si eadē: vbi addit rōnē: ꝙ in bñficijs dȝ fieri larga interptatio fm Jo. an. Sed Pe. ď pal. in. iiij. di. xx. tenet ꝯtrariū di. In perēnib indulgētijs sicut in ecclīa sctī Petri. xl. dierū qtiens aliqs vadit totiens indulgentiā ꝯsequtur. verū est qlibet mēse. 7 q'libet die: sed pluries in die nō videt sensisse ꝯcedēs indulgētiā/ qꝛ posset cedere in derisionē: qꝛ nō faceret hō nisi ponere pedē 7 exire: 7 redire. Uideret etiā nō rōnabile si totiens lucraret. Et supponendū est: ꝙ papa nō potuit vel noluit dare indulgentiā p causa non iusta fm eundē Petrū. ¶ Tertio notandū vtrū indulgētie durēt post mortē ꝯcedētis. Et dicendū fm Pe. ď pal. vbi sup de indulgētia pape ꝙ sic. Si h intēdebat: puta qꝛ dixit. qlibet iam nō simplr: qꝛ grā ꝯcessa nō expirat p morte ꝯcedentȝ: vt in. c. Si sup grā. ď offi. deleg. li. vj. Et in. c. Si cui nulla. de prebē. eo. li. Si aūt dixit vsq ad qnquēniū: vsq tunc valet 7 nō plus. si superuiuat nec minꝰ si ante moriat: qꝛ vt dictū est grā nō expirat p morte ꝯcedentȝ. Idē videt de indulgētijs epoꝝ qs ꝯcedunt in dedicationib ecclīaꝝ ꝙ ppetuo durant p qd verū est/ si cōcedēs ꝯcedat simplr. Si aūt ꝯcedant grē vsq ad bñplacitū pape extinguunt gratie mortuo papa. Si aūt ꝯcedant vsq ad bñplacitū sedis aplice. durabūt ppetuo: qꝛ sedes ipsa nō morit: nisi a successore fuerint reuocate/ vt habet casꝰ in. c. Si gratiose. ď rescriptȝ. li. vj. Si aūt ꝯcederent psone: puta vni cōuerso ad illiꝰ psone vitā durāt 7 nō plus: qꝛ priuilegiū psonale psonā sequtur: 7 extinguit cū psona: vt in regl'a. pruilegiū. li. vj. Sed locus est imortalis. Uñ indulgētie ꝯcesse loco/ tādiu durant qdiu locꝰ: pter qd si ecclīa sic destruat/ ꝙ oporteat eā dedicare iterū: p illā destructionē potētie indulgentie destruūt: fm Petrū de pal. ¶ Scds articulus de indulgentiaꝝ susceptore. Uñ vidēdum est/ qb indulgētie psunt 7 quib nō. Ubi nota. sex ꝯclusiones fm Pe. de pal. vbi sup ¶ Prima cōclusio est/ ꝙ nō prosunt indulgētie existētib in mortali. Uñ dicit in eis vere penitētib 7 ꝯfessis: intelligo de cōfessis in proposito: qꝛ nō optet de facto. Cōtra qd tamē est: qꝛ in qbusdā exprimit/ vl' q infra mēsem fuerint confessi. Uñ videt ex mente 7 pactione ecclīe ꝯcedentis ꝙ q quādo implet ꝯditionē nō est in statu grē: postea recedente fictione recepit effectū. ¶ Scda ꝯclusio est: ꝙ mō implenti ꝯditionē non psunt: siue paupertate: siue impotētiā impediat: qm nō hoc princeps vult: qm qui iturus vltra mare moriti/ nisi forma h habeat nō ꝯsequit indulgentiā. Antiq eīn forma quā ponit Hostiens. de iudeis. c. Ad liberandā. qtidie immutat 7 innouat. Nec obstat ꝙ voluntas p facto habet. qn quis nō pōt. 7 cōcordat regula iuris: q dicit. Jmputari nō dȝ ei p quā nō stat si nō facit/ ꝙ p eū fuerit faciēdū. ď reg. iurȝ. c. Jmputari. li. vj. Itē alia regula iuris q dicit. Cum nō stat p eū ad quē ptinet/ ꝙ minꝰ ꝯditio impleat: haberi debȝ pinde: ac si impleta fuisset. Quia respondeo ꝙ illud verū est/ quātū ad meritū seu premiū essentiale: nō aūt qntum ad accidetale: puta remissiōis pene vl' hmōi cuiusmodi est indulgētia: fm Tho. in. iiij. dis. xx. art. v. q. iij. ad pmū. Conditiones hmōi sūt iplende i forma specificata. Sic ecōtra dicimꝰ de irregularitate/ quā nō incurrit qs si nō occidat: vel mutilet aliquē. qꝛuis eū fuerit psecutꝰ: 7 p eo nō deficit: qꝛ lex pmotiōis factū reqrit. xv. q. j. c. vlt. Sic nec excōicationē incurrit/ qs si psequt clericū: nō tū tangit: qꝛuis qtū ad meritū

culpe tantũ demereaꝛ quãtũ ꝑcutiẽdo: ſi
ꝑ eum nõ ſtetit: qꝛ apud deũ ꝯſenſus ꝓ fa-
cto habeꝛ Mat. v. Qui viderit mlierẽ ad
ꝯcu. eã ⁊c. Si ḡ daꝛ indulgẽtia oĩbꝫ cru
cẽ ſumẽtibꝫ eo ipo ꝙ eam ſumerẽt/⁊ ſi plꝰ
nõ facerẽt eam lucrarẽtur. Concoꝛ. Tho.
in. ij. q̃libet. q. vlꝛ. Sed ſi dicaꝛ tranſfretã
tibꝫ non habet anteꝗ̃ ſint vltra mare. Si.
aũt dicaꝛ cũtibꝫ ꝯſequiꝛ in via. ⁊ ſic d̕ alijs
modis. Si tamẽ vadit exiſtens in moꝛta
li: fructũ nõ ꝑcipit q̃uſꝗ̃ ſit penitẽs/ſꝫ tũc
ſic. Nec obſtat ꝙ opus moꝛtuũ nũꝗ̃ reui-
uiſcit. qꝛ hoc verũ eſt q̃ntuꝫ ad hoc: vt hõ
aliqd̕ ex illo oꝑe mereaꝛ. Ad hec recedẽte
fictione non mereꝛ hõ remiſſionẽ pene ex
oꝑe illo: ſed ex theſauro eccl̕ie q̃ ẽ cauſa re
miſſionis pene ꝑ modũ ſolutõnis: ſꝫm qd̕
diĉ Tho. in. iiij. diſ. xx. ar. iij. q. ij. Si quis
aũt ſumẽdo crucẽ nõ intendat ire/niſi do
minꝰ ſuꝰ vadat cũ q̃ ire intendit: illo moꝛ
tuo vl̕ nõ volente ire/nõ teneꝛ ire. Ratio
qꝛ deficit ꝯditio intenta. Sed tale ꝓpoſi-
tuꝫ q̃ vult ire nõ ſimpliciꝛ. ſed ſub ꝯditio-
ne: ſi interim moꝛiaꝛ nõ facit eum lucrari
indulgentiã quã lucrareꝛ/ſi ſine ꝯditione
ire decreuiſſet. ¶ Tertia cõcluſio ꝙ nõ ꝓ
ſunt nõ ſubdito: niſi de licẽtia ꝓprij epiſco
pi aut ꝓprij iudicis. Extra. co. Qd̕ aut. vñ
⁊ videꝛ ſufficere ex licẽtia curati. Sic eñ
curatus nõ ſacerdos põt licentiare: vt nõ
curatꝰ ſacerdos abſoluat: ꝗ̃uis ipe nõ poſ
ſet abſoluere: qꝛ aliꝰ iure ſuo abſoluit cuꝫ
ſit ſacerdos/dum tñ habeat materiã: ſic ⁊
hic ſibi ſubditũ alteri tradidit/⁊ ille cũ ſit
epũs iure ſuo dat indulgentiã quã iſte tra-
dens nõ poſſet dare: ꝓpter qd̕ curati abſol
uẽtes debẽt eis iniũgere oẽs indulgẽtias
q̃s poterũt obtinere. Nota ḡ ex p̄dictis ꝙ
fidꝭs vadit ad eccl̕iaꝫ ſubditã alteri epõ ꝓ
indulgẽtia nõ lucraꝛ indulgentiã: niſi ha-
beat licentiã ab epõ ſuo/vel curato. Sed
videꝛ ꝙ ſi ꝯſuetudo eſt eundi ⁊ epi ſciunt
⁊ tolerãt: videnꝛ tacite ꝯſentire. Argumẽ
tũ in regl̕a. Qui tacet. li. vj. ¶ Quarta
cõcluſio eſt/ꝙ exemptis ꝓſunt: nõ ſolũ de
licentia ſuoꝝ ſuꝑioꝝ: ſed de iure cõmuni.
A quo ad hoc nõ videnꝛ exempti: qꝛ h̕ no-
luerũt impetrare qd̕ eſt malũ ſuũ: nec exi-
miens cõcedere: ꝗ̃uis nõ poſſent abſolui
ab epiſcopo in foro ꝯſcientie: quia ibi etiã
opoꝛtet ligare: ⁊ non poſſunt ab eo ligari:

ſed dans indulgentias ad nihil ligat/nec
ꝓprie ſoluit: ſed ſolum theſaurũ diſpenſat:
quia ſꝫo diſpenſatio ſibi tradita eſt ꝓ tota
ſua dioceſi: vt illis diſpenſet theſaurũ chꝛi
inde eſt ꝙ etiaꝫ exemptis põt diſpenſari:
qꝛ ſunt de ſua dioceſi: licꝫ nõ ſubditi: quia
etiã ſubditi ſuffraganeoꝝ nõ ſunt ſubditi
metropolitano: a quo tñ indulgẽtias cõ-
ſequũtur. Sed nõ poteſt epũs dare illis q̃
nõ ſunt de ſua dioceſi: qꝛ ꝓ illis diſpenſa-
tionẽ nõ ſuſcepit. ¶ Quinta cõcluſio eſt:
ꝙ illi qui dedit indulgentias valet/ſi im-
plet ꝯditiõeꝫ: qꝛ ſibi poteſt hõ accipere de
bonis cõmunibꝫ/ſicut alijs diſpenſare: ꝗ̃-
uis ſibi nõ poſſit homo dare: qꝛ inter dan
tem ⁊ recipientẽ debet eſſe differẽtia ꝑſo-
nalis: vt in. c. Debitũ. de baptiſmo. Hoc
dictũ patitur dubitationẽ: ſed etiã illi pro
quo fit: ſiue ſit viuus/ſiue ſit moꝛtuꝰ: duꝫ
tñ foꝛma indulgẽtie h̕ habebat. ¶ Sexta
cõcluſio eſt/ꝙ indulgẽtia nõ ſolum vicꝫ il
li qui implet ꝯditionem puta qd̕ dicatur.
Quicũꝗ̃ hoc fecerit vel ꝓ quocũꝗ̃ h̕ fece
rit ſiue viuus/ſiue moꝛtuus habeat tantã
indulgẽtiam/ſiue tm̃ de indulgẽtia. Se-
cus aũt ſi foꝛma hoc non habeat: qꝛ q̃ dat
indulgẽtiam eſt diſpenſatoꝛ: ⁊ applicat cui
vult. nõ autẽ ille q̃ implet cõditionẽ. Vñ
qd̕ dicũt aliqui/ꝙ indulgẽtia ex intentõe
ſuſcipiẽtis trãſfertur in illũ qui eſt in pur-
gatoꝛio: nõ videꝛ verũ niſi foꝛma cõcedẽ-
tis hoc habeat: qꝛ ſicut nõ extendiꝛ vltra
quãtitatem nõ expꝛeſſam: ſic nec ꝑſonam
tranſgrediꝛ: ſed ſunt ſtricti iuris. ſ. intentio
diſpenſantis hoc facit: quia ſicut bona vi-
uoꝝ eis cõmunicãtur: ſic ⁊ theſaurꝰ moꝛ-
tuoꝝ. Innocẽ. tñ extra. eo. ti. Qd̕ aũt diĉ
ꝙ ſoliꝰ pape indulgẽtia valet defunctis:
ſꝫm Pet. de pal. Idem tenet Tho. ꝗ̃tum
ad hanc ſextã q̃ſtionẽ in. iiij. di. xx. ar. v q.
iij. ad ſcd̕m. Et diſ. xlv. q. ij. ar. iij. q. ij. Sꝫ
Petrꝰ de tarã. videꝛ tenere ꝯtrariu in. iiij.
ſen. di. xx. ꝓblemate. iij. ar. iij. ad ſcd̕am. q.
vbi ſic d̕r. Ad ſcd̕am q̃ſtionẽ rñdeo. Aliꝛ
ipendiꝛ alicui ſuffragiũ: aliꝛ indulgẽtia.
Suffragiũ ꝑ charitatẽ/indulgẽtia ꝑ au-
ctoꝛitatẽ. Eccl̕ia cũ illis q̃ ſunt in purga-
toꝛio hꝫ cõem charitatẽ: ſed nõ habet ſuꝑ
illos auctoꝛitatẽ: id̕ põt eis cõicare ſuffra-
gia ⁊ bona ſua: nõ tñ indulgẽtias põt da-
re directe/qꝛ nec de foꝛo ſuo ſũt: nec illa ꝑ

quib9 indulgẽtia dari possunt facere: sȝ ĩn directe.s.p suffragiũ ꝛ ministeriũ viuẽtiũ: q adhuc sũt de foro eccl'ie: sm Pe. d' tarã. Prima opinio verior ẽ: qꝛ sic eccl'ia approbat/ ꝯcedẽdo indulgẽtias etiã defunctis. Ad illud aũt ꝙ opponit, ꝙ ptãs pape nõ extẽditur ad nõ subditos cuiusmodi sunt defuncti/ad h est triplex r̃nsio. Prima ꝙ anie q sũt in purgatorio sũt subdite ptãti eccl'ie. Nec obstat qd d' Mat. xvj. Qdcũ ꝗ ligaueris sup terrã/ ꝛ qdcũꝗ solueꝛ super terrã ꝛc. qꝛ exponit: qdcunꝗ ligaueꝛ sup terrã. i. ꝗdiu fueris sup terrã. Sed qꝛ ista responsio videt reprobari p tex. in. c. Legat. in fi. xxiiij. q. ij. Ideo dici põt scdo ꝙ aut loqmur de ligatiõe culpe/ ꝛ tũc tm̃ sup terrã. i. viuos põt papa ligare ꝛ soluere. Aut de ligatiõe pene/et tũc defunctos etiã soluere põt. Sed ꝯtra h facit: qꝛ h in nl'la auctoritate inuenit. ḋnimo ecõtra. c. Legat. sup allegatũ. Et preterea ex h sequitur/ꝙ cũ possit papa absoluere aiam a purgatoriꝫ pena: g videt ꝙ possit illam ligare ad penã purgatoriꝫ: vt diuti9 vel acerbi9 puniat. Eius est em̃ ligare/cui9 est absoluere ꝛ ecõuerso. xxj. di. Inferior. Et de iudicijs. c. Cũ nõ abhoie. sed h est falsuȝ: qa nõ potest ligare papa aias in purgatorio existẽtes g ꝛc. Iõ põt tertio dici ꝙ verꝫ est ꝙ anie de purgatorio nl'lo mõ subsunt potestati pape p illud. qdcũꝗ solueꝛ ꝛ ligaueris sup terraȝ ꝛc. sed tñ bene põt eis indulgẽtia ꝯcedere. sȝ ꝙ ponit pma opinio q ab eccl'ia approbat. Non obstat si dicat ꝙ ad indulgẽtiam requirit ptãs ex parte ꝯcedentis: vt in. c. Qd aũt. de pe. ꝛ re. Rñdeo ꝙ duplex est potestas. Una est potestas ad aperiendũ: altera ad psidendũ. Prima ptãs est necessaria ad indulgẽtiã qꝛ nõ potest qs ꝯcedere indulgẽtiã nisi habeat ptãtem/siue claue aperiendi thesauros eccl'ie. Un̄ ꝓuat9 hõ qntecũꝗ sanctitatis nõ põt indulgentiã ꝯcedere, etiã virgo maria neꝗ angel9: qꝛ nõ hꝫ claues: papa aũt habꝫ claues plenarias: g ꝛc. Et sic intelligit/ꝙ dictũ est reqri ptãte ad indulgẽtias ꝯcedendas. Altera est ptãs psidenda/ꝛ hec nõ reqrit in indulgẽtijs. Et h p bat duplici rõe. Prima qꝛ indulgẽtia soluit a pena p modũ solutõis de thesauro publico: vt dicũt doc. non aũt p modũ ab solutionis q est ex ptãte: ꝛ hoc d' Albertus in cõpendio theologie. Manifestũ ẽ aũt ꝙ thesaurari9 potest etiã p nõ subdito soluere debitũ: dũmodo habeat claue thesauri: ꝛ sic est in ꝓposito g ꝛc. Preterea ex scdo dicũt doc. ꝛ notatũ est sup. ꝙ platus põt gaudere indulgẽtia indulta si implet ꝯditionẽ: g sequit ꝙ non requirit ptãs psidendi in cõcedente: alioqn non lucraret ipe ꝯcedens indulgentiã: qꝛ nemo sibi subdit9 est. l. liber homo. ff. ad. l. acql. sicut nemo põt seipm absoluere ab excõcatiõe vel ligare. Patet g ꝙ in indulgẽtijs ꝯcedendis nõ requirit ptãs psidendi: sed sufficit ptãs aperiendi. Nec obstat. c. Qd aũt. de pe. ꝛ re. qd dicit ꝙ indulgẽtia nõ pdest nõ subditis: qꝛ illud verũ est in epis ꝛ alijs platis inferiorib9: in qb9 etiã requirit ptãs psidendi: nõ quidẽ de essentia indulgẽtie sm se: sed qꝛ sic ordinauit eccl'ia. ne indulgẽtie vilescãt si passim oibus ab holb9 cõcedi possent: ꝛ sic illõ incõueniẽs. seqret ꝙ claues eccl'ie ꝯtẽnerent: ꝛ sic pnialis satisfactio eneruaret ꝯtra. c. Cũ ex eo. de pe. ꝛ re. nõ aũt loquit d' papa: qꝛ in terra nõ hꝫ supiorẽ. Et h innuit in illo textu. alijs ꝗ bis q remittentib9 subsunt ꝛc. Pape aũt subsunt oẽs: g nõ loquit in papa. Et hoc vult Glo. Tancredi. q d' sup illo ṽbo subsũt. Per h ptꝫ ꝙ nõ loquit de remissiõib9 q fiunt a papa. Cõclusio g est ꝙ indulgẽtie ꝯcesse a papa extendũt ad anias purgatoriꝫ: si h intendit. intẽdere aũt videt si exprimit hoc in bulla. alias nõ: qꝛ in puilegys respiciẽdus est tenor ṽboꝝ: vt in. c. j. Porro. d' puilegũs. Indulgẽtie aũt epoꝝ nõ psunt nõ subditꝫ: vt in. d. c. Qd aũt. et qꝛ anie defunctoꝝ nõ sunt subdite ipis: id circo nõ psunt eis. Et hoc vult Innocen. in. d. c. Qd aũt. Dicẽs ꝙ soli9 pape indulgẽtie valẽt defunctꝫ sm eũ. Potest tamẽ papa ꝯcedere epis ꝙ possint ꝯferre: indulgẽtias etiã defunctꝫ p rõnem iam dictaȝ. Et sic ꝯcludo in hac materia: saluo iudicio saniori. Illud autẽ vltimo põt queri. Nunqd requirit ꝙ viuẽs expleat causaȝ indulgentie in charitate: ad hoc vt psit in dulgẽtia defunctis. Dicendũ ꝙ nõ: cũ prebeat nudũ ministeriũ/sicut ꝛ de satisfactione dictũ est supra sermone proximo pre prima. cõclusione tertia. Sic etiam notat

in simili. b. Tho. in. iiij. di. xlv. q. ij. art. iij. q. j. Tertius articl's erat de indulgētia῾ dator̄e. Ubi videndū est/ qs possit indulgentias dare. Circa qd̄ nota q̄tuor̄ cōclusiones. Prima est/ q̄ papa in hoc habz plenitudinē ptātis. Sum̄ penitētiari⁹ dat centū dies. legat⁹ potest dare in sua puīcia: indulgētias ꝑennes. de offi. deleg. c. vl. in glo. Et idem nota. Glo. in. c. penl'. de pe. ₇ re. Eps ₇ supior̄es. xl. dies cōiter. In dedicatōne aūt ecclie vnū annū: siue sit vn⁹ siue plures: sꝫ p anniuersario nisi. xl. dies. de pe. ₇ remis. c. Cuꝫ ex eo. Abbas aūt nō pōt dare indulgētias. extra de exces. p̄re. c. Accedentib⁹. nec q̄cunq̄ inferior̄es epis. Itē archieps pōt dare ꝑ totā suam puīnciā indulgentias. de pe. ₇ remis. c. Nostro. ₇. c. j. ₇ vlt. li. vj. Quicūq̄ aūt esset ab ecclesia p̄cisus: nō posset dare indulgētias: q₂ indulgētie nō ꝓsunt nisi subditis. Extra eo. Quod autem p̄cisus nō habet subditos/ saltē quo ad vsum iurisdictiōis. xxiiij. q. j. Audiuim⁹. Et not. Glo. xj. q. iij. Julian⁹. ❡ Scd'a cōclusio est/ q̄ quidā dicūt q̄ null⁹ pōt dare indulgētias: nisi sit sacerdos: q₂ nemo pōt in remissione pene in foro pnie/ nisi qui pōt in remissione culpe: sed nō sacerdos/ nihil pōt in remissiōe culpe: ḡ nec pene. Sed ꝑ indulgentiā remittit pena/ non ꝑtinens ad forum contētiosuꝫ laicor̄: q₂ cruce signat⁹/ licꝫ sit absolutus ab omi pena/ nihilo min⁹ suspendet si prius meruerit vel etiā pōt/ nec quo ad forū ecclīasticū. Uñ penitentie iniūcte in capit'lo nr̄o. nō ꝓpter hoc relaxant: ₇ sic ꝑtinent ad forū ꝯscientie: ergo ₇c̄. Sic tenet Host. vt refert Jo. an. in. c. Accedentib⁹. de exces. p̄re. vbi tenet Host. q̄ elect⁹ in epm̄ ꝯfirmat⁹ ₇ nō ꝯsecrat⁹ si sacerdos nō sit/ nō pōt dare indulgētias: cū careat epali ₇ sacerdotali ordine. Idē tenet Archidia. in. c. Romana. de pe. ₇ remis. li. vj. Glo. Pet. ipse tamē tenet ꝯtrariū in sum. co. ti. quis possit. vbi tenet primā opinionē: sic scripsi in s'mo de indulgētia. Sed dicendū ad hanc rōnē: q̄ ꝓprie loquēdo ꝺ dimissione pene/ q̄ est ꝑ remissionē liberaleꝫ null⁹ habꝫ ptātem: nisi q̄ etiā pōt in remissionē culpe: sed ad solutioneꝫ pene/ vel in dando vnꝺ soluat: potest q̄libet ₇ ipsemet penitēs q̄ se acquietat soluēdo/ ₇ alius p̄uatus q̄ satisfacit ꝓ eo. Illa ḡ remissio pene nō p̄supponit in remittente ptātem remissionis culpe: fm̄ Pe. ꝺ pal. Et cōcordat Tho. in. iiij. q̄libet. q. vlt. ad scd'm articulū. ibi expresse dixit: q̄ etiā nō sacerdos pōt indulgentiā facere: si sit ei cōmissum: q₂ indulgētia nō est sacramētalis. vñ non sequit ordinē: sed iurisdictionē: fm̄ Tho. ꝓ hoc facit text⁹ in dicto. c. Qd̄ aūt. de pe. ₇ re. Et p̄dictꝫ pōt inferri ad q̄stionē. vtꝝ capl'm sede vacante possit dare indulgētias. Et Jo. an. in. c. Accedētib⁹. de exces. p̄la. videt tenere q̄ nō: licꝫ dicat ipe q̄ q̄daꝫ seruēt ꝯtrariū: vt refert Archi. de pe. ₇ re. romana. li. vj. Et facit ad materiā qd̄ no. Cle. j. ꝺ here. in Glo. Hec littera. Pro h̄ facit: q₂ dare lr̄as indulgētiaꝝ est dignitatis epalis: vt ꝺt text⁹ in dicto. c. Accedētib⁹. de exces. p̄la. ḡ nō ꝑtinet ad capl'm. Ista tñ q̄stio pēdet ex illo fundamēto: vtꝝ indulgētia sequat ordinē an iurisdictionē. Quia si dicim⁹ q̄ sequit iurisdictionē: sic videt tenere Tho. ₇ Pe. de pal. tūc capitulū pōt lr̄as indulgētiaꝝ dare: q₂ i his q̄ sunt iurisdictiōis capl'm: vt videt succedere loco epi. de malo. ₇ obedi. c. Unico. lib. v. Tertia ꝯclusio est q̄ tenēt q̄daꝫ: q̄ sol⁹ papa iure ordinario eas dat: ₇ si eps aliq̄bus ꝯcedat illis denūciat nō dat: q₂ delegat⁹ non pōt subdelegare. Sed ꝯ: q₂ summus pniarius dat auctoritate ordinaria: centū dies de indulgētia. q̄ pōt dici ordinari⁹ in sp̄ualib⁹. Sicut legat⁹ dicit ordinari⁹ in tpalib⁹. Itē delegat⁹ a p̄ncipe in his q̄ sunt fidei nō pōt subdelegare: sꝫ eps cōmittit p̄dicatorib⁹ dare indulgētias: ḡ est ordinari⁹ in h̄ ₇ nō delegat⁹. Itē fm̄ q̄ Bar. notat in. l. Et q₂. ff. de iuris. om. iudicū. Lex dat ordinariā iurisditiōeꝫ: sed a iure est q̄ eps det. xl. dies. ḡ auctoritate ordinaria hec facit. Et h̄ tenet Pet. de pal. vbi sup̄. Pro h̄ etiā facit extra. de exces. p̄re la. c. Accedētib⁹. q̄ dare lr̄as indulgētiaꝝ est dignitatꝭ epalis. Jō nō cōpetit abbatib⁹. Ergo videt q̄ eps habꝫ a lege auctoritatē ordinariā indulgentias cōcedendi. Et sic idem quod prius.

❡ Finis sermonū. xxvij. q̄dragesimaliuꝫ de peccātis fris Pe. Hieremie siculi. Sequitur eiusdē s'mōes q̄dragesimales de pnia.

Sequunt sermones de agēda pnia: predicabiles p totā quadragesimā: consūmatissimi viri et doctoris egregij fratris Petri Hieremie: ordis Almifici p̄dicatorū. Una cū q̄stionibus in cuiuscūq3 sermonis initio nup additis.

¶ De necessitate: qualitate: integritate: z vtilitate penitentie Sermo Primus.



Enitētia agite: appropinq̄bit em regnum celorum. Mat. iiij. Predicaturus cū grā dñi nr̄i iesu chr̄i in hac. xl. ð pnia, cogrue istud thema pposui: p qd ad pniam puocamur duplici rōne. Prima ex psona pcipiēte. Scda ex affectu allicīete. Ex psona quidē pcipiēte: q2 verba p̄dicta sunt dñi z saluatoris iesu chr̄i: q in verbis p̄dictis pcipit nob vt agam9 pniā3. Agite: qd est verbū impatiui modi: z cōseq̄nter ad pceptū astringit: vt infra dicet. Et io tenemur pniam agere/iuxta admonitionē virginis gl'iose dicentis. Qdcunq3 dixerit vobis facite. Jo. ij. Ex affectu vero allicīete puocamur/cu3 ait: appropinq̄bit em regnū celo2. Ultimus nāq3 effect9 penitētie est cōsecutio regni celo2. Persona ergo pcipiēs habz se vt causa efficiēs principalis pnie. Effect9 vo vltimus habet se vt causa vltima finalis. Ut igit digni9 z fructuosi9 de ipa pnia p̄dicem9/pmo curramus ad ipsa3 virginē gl'iosam p grā impetrāda d cēteris. Aue maria. ¶ Pro fundamēto sermōis orit theologicalis q̄stio. ¶ Queri. Utr3 pnia sit virtus? Arguit q nō. Nullū sacrm est virtus: sed pnia est sacrm: igit nō est virtus. In oppositu3 ait ph's. ij. Eth. c. v. Uirtus est habit9 bonus q habentē pficit z opus eius bonū reddit: sed talis est habit9 pnie: g pnia est virtus. z sic questio manet p vtraq3 parte dubia. ¶ Ad questionē respōdendū est fm Richardū sup. iiij. sentē. dist. xiiij. q. j. q pnia q̄ttuor modis pōt accipi. Uno mō pro remedio cōtra mortale pctm̄ actuale per sacerdotes ministrato: et sic ad dubiū dicit q pnia est sacrm z nō virtus. Alio mō capitur p habitu humiliante hoiem ad penitendū sub debiti circūstantijs: z sic ad dubiū dicit q pnia est virtus. Alio mō capitur p penitendi actu: z sic dicit ad dubiu3 q pnia nō est virt9 sed act9 virtutis. Alio modo capit pnia p dolore sensibili p pctō ōmisso: q si pcedat actū penitendi/ipm pmouet seu intendit. si autē sequatur tanq3 causat9 ex illo: intentionē eius vel pfectionem ostendit. Et sic ad dubiū dicit q penitētia nō est virtus/sed passio. z sic habet solutio argumenti: quā agere debemus z ad quā nos hortantur verba p̄assumpta. ¶ Pro cōplemēto huius materie/sex principalia puncta sunt videnda. sc3

Primo de penitentie necessitate.
Secundo de penitētie qualitate.
Tertio de penitentie quiditate.
Quarto de penitētie causalitate.
Quinto de penitentie integritate.
Sexto de penitentie vtilitate.

¶ Primo g videamus de pnie necessitate. Ubi notādū q cōclusio est indubitata apd oēs theologos/ et singularit s. Tho. pte. iij. q. lxxxiiij. ar. v. z. iiij. cōtra gentil. c. lxxj. q pnia est necessaria ad salutē. Sed p latiori declaratiōe sciendū/q duplex est necessitas. Una dicit absoluta: Altera dr ex suppositiōe absolute. Dicit necessariū illud/sine q res esse nō pōt. sicut dicit cib9 necessari9 ad humanā naturā. S3 et suppositione dicit necessariū illud/sine q non pōt esse res/ vel cōseruari aliquo psupposito. sicut medicina ē necessaria homini/presupposito morbo: vt dicit s. Tho. iij. pte. q. lxxxiiij. ar. v. Itē in. iiij. cōtra genti. c. lxxj. Itē in. iiij. sen. dist. xiiij. q. ij. ar. v. Mō ad ppositū. Si querit de prima necessitate. s. absoluta: tunc pnia nō est necessaria ad salutē: q2 si sic/nullus posset cōsequi salute3 sine ea. Qd p3 esse falsum: q2 pueri inno

centes baptizati ꝛ iusti hoies sine pnia sal
uant. Non ḡ oibꝫ est pnia necessaria. Uñ
ij. Paral. vlti. dr. Et tu dñe iustoꝝ nō po
suisti pniam iustis Abraam/Ysaac/ꝛ Ja
cob his q̄ nō peccauerūt. Sed hac prima
necitate absoluta est necessaria gr̄a dei ad
salutē hois. Ro. vj. Gr̄a dei vita eterna.
Et baptism⁹ actu vel ꝓposito. Jo. iij. Ni
si q̄s renatus fuerit ex aqua ꝛ spūsan. non
po. in. in reg. dei. Si ꝟo loq̄mur de secun
da necessitate supponis: ꝓculdubio pnia
est necessaria/ p̄supposito pctō mortali. Et
ꝓbaꝭ ista ꝯclusio quadruplici medio, scꝫ
Ratione.
Similitudine.
Auctoritate.
Exemplo.

¶ Ratio est triplex. s. naturalis/theologi
calis/ꝛ legalis. ¶ Prima ratio ē natura
lis. Cōtraria cōtrarijs curanꝭ. Peccatuꝫ
aūt ꝯsistit in ꝯplacētia volūtatis ad actū
malū: ḡ curatio a languore spūali q̄ incur
ritur ꝑ ip̄m actū. cōsistit in displicētia eius
dē act⁹. hec ēt displicētia est pnia: igiꝭ ꝛc.
¶ Scd̄a theologicalis est: q꞉ pctm̄ cura
ri nō pōt nisi ꝑ gr̄aꝫ dei. Juxta illud Ro.
iij. Justificati gratis ꝑ gr̄am ipsi⁹. Pctm̄
autē est offensa dei: q̄ directe opponiꝭ gr̄e.
Ex hoc eñ diciꝭ aliq̄s alteri esse offensus
q꞉ repellit eū a gr̄a sua. fm b. Tho. pte. iij.
q. lxxxvj. ar. ij. Ergo ꝑ contrarios motus
gr̄a acquiriꝭ/ q̄ ꝯmittaꝭ pctm̄. Sed pctm̄
mortale ꝯmittitur ꝑ appetitū ꝛ delectatio
nem circa res creatas: ḡ oportet ꝙ gr̄a ac
quiraꝭ ꝑ aliqua penalia/quib⁹ affligaꝭ ꝑ
hoc ꝙ peccauit. Et hec penalis afflictio ē
pnia. Uñ diciꝭ pnia quasi pene tētio. Uñ
apl's. ij. Coꝝ. vij. Que fm deū tristicia est
pniaꝫ in salutē stabileꝫ operaꝭ. ¶ Tertia
ratio est legalis: q꞉ de iure ciuili ꝛ canoni
co est/ ꝙ ille qui offendit aliū: nunq̄ ab
eo veniā cōsequi mereꝭ nisi ei satisfaciat
de culpa. vt in regula. Pctm̄ nō remittiꝭ/
nisi restituaꝭ ablatū. de reg. iu. lib. vj. xiiij.
q. vj. c. si res aliena. ꝛ. c. cū tu. de vsuris. Et
etiā q꞉ ullm̄ malū transit impunitū. vt. ff.
ad. l. aquil. l. ita vulneratus. et. ff. de iudi
cijs. l. si longi⁹. §. j. ꝛ. ff. de noxalibꝫ. l. iiij. §.
cuꝫ dñs. ꝛ. C. de defen. ciui. l. ꝑ oēs. ꝛ. c. vt
fame. d̄ sen. exco. dic vt ibi. Et publice vti
litatis interest ne crimina remaneāt impu
nita. Patꝫ rō. Satisfacere eñ nō pōt quis
alteri offenso / donec sibi placet offensa.
multo min⁹ pōt quis satisfacere deo/ donec
volūtas adheret pctō. Oportet ḡ ꝙ offen
sa displiceat: ꝛ sic idē qd̄ pri⁹. Et cōfirma
tur rō ex hoc/ ꝙ ordo diuie iustitie ꝛ huma
ne requirit vt pctō pena reddaꝭ. Patꝫ rō.
He autē rōnes ꝑtinent ad pniam/ ꝓut est
virt⁹ vel ꝟtutis act⁹. Sꝫ de ea vt ē sacrm̄
diciꝭ infra cū ageꝭ de offensiōe. ¶ Simi
litudo daꝭ a doctorib⁹ de naufragio: post
qd̄ naufragātes nullū hn̄t remediū salutis
nisi accipere aliquā tabulā ꝛc. Sic in ꝓpo
sito dñs ꝛ saluator noster. Jesus chr̄s tanq̄
magn⁹ magr̄ siue carpētarius fecit q̄ndaꝫ
pulchrā nauim ad nauigandū ad portum
sup̄ne hierl'm secure. s. ꝑ inocentiā: ꝛ q̄cūq̄
in ista nauigauit recte: vt ꝟgo gloriosa/ et
pueri innocētes: vadūt ad ꝑadisuꝫ. Sap.
xiiij. Trāseuntes mare per ratem liberati
sunt. Jn hanc nauim intrauit saluator nr̄
Mat. viij. Ascendēte iesu in nauiculā: se
cuti sūt eū discipuli ei⁹. s. chr̄iani noui baptizati.
Hec nauis naufragiū patiꝭ: vel i
pulsu vēti supbie et vanitatis/ vl' fluxu lu
xurie ꝛ carnalitatis: vel ipulsu auaritie ꝛ
cupiditatis: ꝛ tot in istis ꝑiculis pereūt/ ꝙ
de. c. milibꝫ vn⁹ nō trāsferꝭ cū ista naui in
nocētie baptismal'. Jō q̄libet pctōr dꝫ re
currere ad tabulā si vult se saluare: clamā
do ad deū ex cordis cōtritōe dicēdo cū ps̄.
Saluū me fac de⁹: qm̄ intrauerūt aq̄ vsq̄
ad aiaꝫ meā ꝛc. Et ħ dicūt oēs doctores
ꝛ theologi ꝛ canoniste: ꝛ ꝑsertim Hiero.
Pnia est scd̄a tabula post naufragiū. Et
etiā magr̄ sen. in. iiij. di. xiiij. Ad hoc facit
de pe. di. j. c. multiplex. ꝛ. c. scd̄a tabula. et
c. sup̄ tribus. Diciꝭ autē scd̄a tabula respe
ctu p̄me/ q̄ est baptism⁹. Prima tamē est
ante naufragiuꝫ pcti mortalis. Scd̄a ꝟo
est post naufragiū. Uel dic ꝙ duo sūt nau
fragia. Primum est respectu iustitie origi
nalis q̄ fuit perdita ꝑ pctm̄ Ade. Ro. v.
Per vnū hoiem pctm̄ intrauit in mundū
ꝛ ꝑ pctm̄ mors. Et iō de⁹ ordinauit p̄mā
tabulā post naufragiū: q̄ est innocētia ba
ptismalis. ꝛ istd̄ naufragiū fuit generale.
Uñ Aug. Jn Adam oēs peccauerūt ꝛc.
Scd̄m est naufragiuꝫ ꝑticulare. s. peccati
mortalis: ꝑ qd̄ frangiꝭ tabula. s. innocētie
baptismalis. Et iō diuina bonitas ordina

uit pniaʒ:q̄ ē scḋa tabula post naufragiū. Et sic p̄tʒ similitudo. ¶ Auctoritates plurimę habent: ꝛ p̄mo in themate. Pniaʒ agite. vt in ep̄la hodierna: que habet Joel. ij. Cōuertimini ad me ꝛc̄. Itē ois lex dicit/ ꝙ penitere licitū est. ff. de intro. actio. l. de etate. §. Celsus. ibi. Celsus scribit licere respōsū penitere: si nulla captio ex eiꝰ pnia sit actoris. Nā ꝛ qui optauit acetū p vino pōt iterū optare vinū. vt. ff. de optione legata. l. ij §. fi. ibi dicit. Cum cui centū amphorarꝝ vini electio data sit: acetū eligente nō ꝯsumere optionē/ si id acetū elegerit qḋ vini numero paterfa. non habuit. s. si ħ ante degustatiōnē acetū elegerit. Et q̄ iurat aliter ꝙ ei debet: iterū iurare debꝫ. ff. de iureiur. l. qui p salutē. ibi dicit. Qui per salutē suā iurat: si nō ita sp̄aliter iusiurādum ei delatū est/ iurasse nō videt. Et iō ex integro solēniter iurandūʒ est. adde. l. si pecuniā. ibi dicit. Si pecuniā ideo acceperis vt Capuā eas: cū p te non steterit: pōt dici repetitionem cessare. Sed cuʒ liceat penitere ei q̄ dedit: pculdubio reperit id qḋ datū est/ nisi forte tua intersit non accepisse pecuniā. ff. de cōdictiōe causa data. Et sic q̄ male pnūciat/ iterum iudicat. vt C. de accusat. l. iij. ibi dicit. Si accusatoribus absentibꝫ ꝛ nō p cōtumaciā preses pnūcie non causa cognita sniam dixerit: causa interāti criminis apḋ eundē vel successorē eius: more iudiciorū tractabit. Et iste auctoritates loquūtur dulcit̄ psuadēdo/ ꝛ nō pcipiēdo. Sed al's oñs pcipit penitentiā: cōminando mala plurima cōtra illos q̄ nolunt agere pniam. et hoc dupl'r. Primo cōminādo mala i generali. Scḋo in p̄ticulari. In generali qḋē cū dicit Lu. xiij. Dico vobis: ꝙ nisi pniaʒ egeritis oēs simul pibitis morte. s. eterna. In p̄ticulari ħo sub figura ciuitatis hierl'm ꝯminatur mala multa anie impenitēti/ illa singulariter enumerādo. Vn̄ dicit Luce. xix. Videns iesus ciuitatē/ fleuit sup illā dicens. Qr si cognouisses: ꝛ tu. Et qḋē in hac die tua q̄ ad pacē tibi: nūc aūt abscōdita sunt ab oculis tuis. Qr veniēt dies in te: ꝛ circundabūt te inimici tui vallo. Et circūdabūt te ꝛ coangustabūt te vndiq3: ꝛ ad terrā p̄sternēt te ꝛ filios tuos q̄ in te sunt: et nō relinq̄nt in te lapi. sup lapi. eo ꝙ nō cogno. tp̄s visita. tue. Ubi notant septē mala q̄ cōminat deus anie impenitēti.

Primū est senectutꝫ aggrauatio/ ibi. ve

Scḋm est mortis trepidatio/ (niēt dies. tio/ ibi. ꝛ circundabunt.

Tertiū ē dēonū obsessio/ ibi. inimici tui.

Quartū iudicij astrictio/ ibi. coāgustab.

Quintū infernalis detrusio/ ibi. (būt. ad terram p̄sternent.

Sextū est gñal' d'structio/ ibi. ꝛ filios

Septim ē bonoꝝ dissipatio/ ibi. ꝛ ñ re.

¶ Primuʒ est senectutis aggrauatio/ qñ impenitētes venit ad senectutē: dies/ hore: ꝛ oia sunt cōtra eū. qñ erat iuuenis oia vi debant esse p eo: qñ est senex/ oia ꝯtra eū. Oculi q: nō vident: aures q̄ nō audiūt. caput ꝛ brachia tremūt: dolet stomachꝰ. Dies est ꝯtra eū: q: nō pōt laborare. Nox q: nō pōt dormire. deficit memoria et intellectꝰ. ꝛ ꝙuis illa mala sint cōia etiā electis: suscipiūt tñ ea i patientia ꝛ spe. ꝛ q: nō curāt de vita p̄senti sꝫ de futura: ad quam tāto sunt p̄ximiores q̄nto seniores. Unde Eccli. iiij. Qui custodit p̄ceptū/ nō expectet quicq̄ mali. Ro. viij. Scimꝰ qm̄ diligentibꝫ deū oia cooperant in bonū. Sed ipenitētes q̄ nō h̄nt spem vite future: patiunt mala ista cū magno pondere ꝛ amaritudine. Vn̄ d̄r. Venient dies in te. i. ꝯtra te. Est ne aliqḋ remediū ad hoc? Nō: nisi illud qḋ d̄r scriptura. Memēto creatoris tui in diebꝫ iuuētutꝫ tue/ anq̄ veniat tp̄s afflictōis. i. senectutis: ꝛ appropinquēt anni de qbꝫ dicas: nō mihi placet. Eccēs. xij. Nota stultitiā illoꝝ q̄ dicunt. qñ ero senex faciā pniaʒ ꝛc̄. Duplex est stultitia istoꝝ. Prima q: nesciunt si veniēt ad senectutē. Scḋa: q: dato ꝙ veniant ad senectutē: tñ nō erit tunc locus pnie deficientibꝫ viribꝫ corp̄is. Vn̄ Aug. in decre. de pe. di. vij. in p̄n. Si vis agere pniam: qñ iam peccare nō potes: p̄ctā te dimiserūt/ nō tu illa. Si labor te terret: vide mercedē. Sꝫ d̄r al' q̄s Iuuēis sui: faciā mō qḋ delectat ꝛ postea pniam agā. ac si diceret. Percutiā me crudeli gladio ꝛ postea vadā ad medicū. Satis a fide alienꝰ est q̄ ad agendā pniaʒ tp̄s senectutis expectat. Ualde em̄ timēdū est ne dū vituperāt veniā/ incidāt in iudiciū. Dic vt expedit. ¶ Scḋm malū mortꝫ/ ē trepidatio: q̄ notat cū d̄r. circunda. te ini. Nota

tui vallo. Inimici sunt timor et dolor de
morte instare. Ps. Timor ꝛ tremor vene
rũt sup me. In morte nãq tot⁹ hõ patit.
Primo in sensibus corpis. s. visu. qꝛ oculis
egris odiosa lux: q̃ pur est amabilis. Itez
videt filios/vxore/ꝛ ꝯsanguineos fletes:
q̃s cũ magno dolore relinquit. Itez patit
audit⁹: cũ audit fletus ꝛ voces plãgentiũ.
Itez odorat⁹: ex fetore sui corpis infirmi.
Itẽ gustus: qꝛ habz palatũ amarũ ex infe
ctiõe febꝛ. Itẽ tact⁹: qꝛ totũ corp⁹ dolet.
Scdo patit aia. ꝛ pmo intellect⁹: q̃a co
gnoscit se de pximo moriturũ. Memoria
qꝛ recordat de mala vita p̃terita ꝛ delecta
tionib⁹. q̃ couertent ei in amaritudines: q̃
nunq̃ deficiẽt. Volũtas dolet valde se p
dere aurũ ꝛ argentũ/ possessiões/ filios/ ꝛ
ꝯsanguineos/ ꝛ corp⁹ suũ: ꝛ qd̃ est deterl⁹
aiam. O q̃t angustie. Iõ dic phs: q mors
est vltimũ terribiliũ. Et quõ aia poterit
cogitare d̃ deo tot doloribus inuoluta atq
submersa: Iõ David in psona morientis
d̃t. Circũdederũt me dolores mortis/ ꝛ pe
ricula inferni inuenerũt me. Iõ ꝯsulo vo
bis/ q qñ sani estis disponatis de reb⁹ ve
stris: faciẽdo testm̃ vrm ꝛ placãdo deum.
Vñ d̃t ecclia. Emẽdem⁹ in meli⁹ q̃ igno
rater peccauim⁹: ne subito p̃occupati die
mortis q̃ram⁹ spaciũ pnie/ ꝛ inuenire non
possimus. ¶ Tertiũ malũ est obsessio de
monũ/ dũ dicit: circũdabunt te. Nota simi
tudinẽ de pdice abscõdita in fractura. Si
in circuitu cẽnt mille canes/ in aere falco
nes/ ꝛ hoies venatores eã fugãtes ꝛ expellẽ
tes baculis de fractura illa: ibi remanere
nõ posset. q̃d misera pdix faceret: Ita est
de aia hois impenitẽtis. fractura ẽ corp⁹.
canes in circuitu sunt demones q̃ sunt in
terra. falcones sunt demões q̃ sunt in aere
vt athomi in radijs solis/ ꝛ nõ vident. ps.
Inhabitabũt ꝛ abscõdẽt/ ipi calcaneũ me
um obseruabũt. Etiã chr̃o appuit diabol⁹
in dextro brachio crucis: vt d̃t Beda sup
Tob. Btã vgo p grãm obtinuit q ei non
apparerẽt demões in morte. Dolores vo
corpis vrgẽt vt aia exeat: nec põt aliq̃ mõ
ibi manere. Ecce misera aia in q̃li p̃ssura
est. Libẽter tũc aia vellet hre plongatiõez
tpis ad penitẽdũ/ sz nõ dat. Nota exẽpluz
de q̃dã scrõ p̃te. q̃ vidẽs demones horribi
liter tremẽs clamabat inducias vsq mane.

scdo clamãs ꝛ se reuoluẽs p lectũ/ expira
uit. in. iiij. dia. Itẽ d̃t scriptura aie impeni
tẽti. Infern⁹ subt⁹ cõturbat⁹ est in occur
sum tui: suscitauit tibi gigãtes. i. demões.
Esa. xiiij. ¶ Quartũ malũ est iudicij di
strictio/ q̃ notat cũ ait. et coangustabũt te
vndiq. Aia ei impenitẽtis tũc hẽbit mul
tos aduersarios. Pmo q̃dẽ demones accu
santes. Scdo angelos bonos ꝯfirmãtes.
Tertio ꝯsciam testificantẽ. Ro. ij. Testi
moniũ eis reddente cõscia ipoꝝ. Quarto
p̃triarchas/ xphas/ aplos/ martyres/ ꝯfesso
res atq vgies: q̃ oẽs clamabũt. Repellat
a ꝯsortio nr̃o tanq̃ indign⁹. Vltimo deũ:
q̃ ꝛ iudex ꝛ testis ꝯ eum erit. Hiere. xxix.
Ego sum iudex ꝛ testis d̃t dñs. Vñ tunc
dicet misera aia. Angustie mihi st̃ vndiq.
Dañ. xiij. c. ¶ Quintũ malũ est infernal
detrusio siue dãnatio/ cũ d̃r. ad terrã pster
nẽt te. Ista ẽ terra illa de q̃ dicit Job. iij.
Terrã miserie ꝛ tenebraꝝ ꝛc̃. Data ei sen
tẽtia a chr̃o iudice: detrudet in ifernũ eter
nalit puniẽda. Lu. xvj. Mortu⁹ est dives
ꝛ sepul in infer. Nota sepult⁹. Notare hic
potes q tres ceremonias obseruãt demões
qñ aia sepelit in inferno/ q̃ obseruant in se
pultura corpoꝝ. de q̃b⁹ vide dñica. ij. post
festũ trini. ꝛ dñica. ij. aduẽ. smõe q̃ incipit
Qui iudicat me dñs est. pte. iij. ¶ Sextũ
malũ est gñalis destructio/ cũ d̃r. et filios
tuos q̃ in te sũt. s. psternẽt ad terrã. i. in in
fernũ. Filij ei vsurarioꝝ ꝛ similiũ/ dãnant
vt plurimũ: nõ q̃dẽ ex pctis parentũ. qꝛ fi
li⁹ nõ portabit iniq̃tatẽ pr̃is/ nec pr̃ porta
bit iniq̃tatẽ filij. vt d̃r Eze. xviij. sz dãnan
tur ex pctis pprijs: qꝛ vsuras q̃s pr̃ exegit/
nolũt restituere: ñ solũ filij/ sz mlti alij. pt̃
h̃ dãnant: qꝛ sunt pticipes in h̃ pctõ. No
ta g̃ q decez drñe psonaꝝ dãnant. Pmo
nãq dãnat vsurari⁹. Scdo filij ꝛ heredes
nõ restituẽtes vsuram sciẽter. Tertio filia
dotata ex pecũia vsuraria. Quarto gener
recipiẽs vsuras in dotẽ. Quinto vxor vsu
rarij viuẽs ex bonis vsurarij. Sexto nota
ri⁹ cõficiẽs sciẽter instrm̃ vsurariũ. Septi
mo testis. Octauo dñs ciuitatis pmittẽs.
Nono iudex iudicãs vsuras debere solui.
Decio statuta: statuẽs vsuras nõ posse re
peti. De his trib⁹ vltimis h̃r in Cle. j. de
vsuris. Vndecio põt addi psenera. Duo
decimo pticipãs i crimie vsure. s. ꝯsulẽdo/

Nota de vsura.

Lucā.O Luca quis seruiebat: Respon⸗
dit/descendit cū illis: scz de hierusalē ⁊ ve
nit in nazareth:⁊ erat subditꝰ illis.Lu.ij.
Et sic clare habet q ipse christꝰ seruiebat:
imo etiā ipse hoc dicit.Filius hoīs nō ve⸗
nit ministrari/sed ministrare.Matth.xx.
Cū ergo chr̄s esset decē vel duodecim an
noꝝ seruiebat in domo. Et singularit di⸗
cā vobis vnū/qd refert magister historia
rū scholasticaꝝ.s.q chr̄s de fōte nazareth
portabat aquā. Si contēplando interro⸗
gemꝰ chr̄m.O dn̄e ⁊ vos portatis:⁊c̄.Et
quare nō precipit; angelo Michaeli vel
Gabrieli ⁊c̄.vl alij angelo: Respondisset.
Ut dem exemplū alijs precipue chr̄ianis
obedire parentibꝫ. ¶ Sed restat mō vna
questio. Nam videt q chr̄s ꝯtrariū dixe⸗
rit.Dic practice:quō christo p̄dicante mul

ti veniebant post eum quibꝫ dixit. Quid
vultis: Dn̄e volumꝰ sequi te vt audiamꝰ
verba tua ⁊ sermones tuos ⁊c̄.Quibꝫ di⸗
xit.Siquis venit ad me ⁊ nō odit patrez
suū/⁊ matrē/⁊ vxorem/⁊ filios/⁊ fratres
⁊ sorores. Adhuc aūt ⁊ animā suā nō pōt
meꝰ esse discipulus.Lu.xiiij. Respondeo
q auctoritas ista loquit de parentibꝫ ma⸗
lis:qui debent haberi odio/hoc modo:vt
non obediat eis. Ubi nota.q tria sunt di
stinguēda:quedā sunt iusta ⁊ honesta que
pater p̄cipit:⁊ in his debet filius obedire
parētibꝫ: quedā iniusta ⁊ inhonesta: ⁊ in
his debet nō obedire:imo habere odio ef⸗
fectu:⁊ nō affectu.ps̄. Perfecto odio ode
ram illos.Et hoc vult Glo.ibi. Unde sup
verbo.Non odit.dicit glo.inquātū in dei
itinere obsistit: ⁊ infra sup verbo. Et frēs
Glo.simul odisse possumus:⁊ amare nob
cognatiōe ꝯiūctos.diligere ex dei p̄cepto.
odire illos q̄ in via dei aduersant.Et vt h̄
odium non de affectione: sed de charitate
videat p̄cedere/subdit.Adhuc aūt ⁊ ani⸗
mā suaz.i.animalitatē. quā odit:qui eius
desiderijs nō acquiescit sequi reluctat ⁊c̄
Verbi gr̄a. Si pater preciperet filio:vt
vadat ad magos ⁊c̄.Uel faciat falsuz iu⸗
ramentū ⁊c̄. Uel laboret die festo ⁊c̄.vel
occidat hoīem ⁊c̄.vel q n̄ intret in religio⸗
nem ⁊c̄.In talibꝫ debet hō habere odio p̄
ceptū patris/⁊ etiā animā.i. voluntatem
vel sensualitatē suam.Quedā vero sunt q̄
sunt in differentia:⁊ in his debet obedire
parentibꝫ:nisi in matrimonio ꝯtrahendo
in quo non tenet obedire eis:nec etiā tene
tur eis obedire ꝯtradicentibꝫ d religionis
ingressu.l.deo nobis.C. de episco.⁊ cleri.
⁊.xix.q.iij.non liceat. Ista clarius ⁊ latiꝰ
infra dicent:pater ergo ⁊c̄.Non veni sol⸗
uere:sed adimplere. ¶ Quintū preceptū
est.Non occides.Exo.xx.Istud preceptū
christus adimpleuit:quia nō solum aliuz
non occidit:imo etiā p̄hibuit occisionem
⁊ vindictam.Et de hoc dicam vobis tria
exempla. Primū dic de muliere adultera
de qua Joā.viij.Dic historiā. Scdo q̄n
iuit ad quoddam castrum in ciuitate Sa
maritanoꝝ ⁊c̄.qui noluerunt eum recipe
re/nec victualia sibi vendere ⁊c̄. Dixerūt
ergo Jaco.⁊ Joan. Domine vis q dica⸗
mus ignis descendat de celo ⁊ comburat

eos: sicut Helias fecit. Dic textus q̃ chri stus increpauit eos di. Nescitis cuius spi ritus estis. Filius em̃ hominis non venit pdere animas hominũ: sed saluare: ꝛ abie runt in aliud castallum. Luc. ix. Sed nun quid peccauerũt apostoli p̄fati: Respon dit glo. non: quia zelo legꝭ ducebant: sicut Phinees. Nũe. xxv. Et Helyas. iiij. Regũ xviij. Sed in lege veteri permittebantur vindicari iniurie: quia seruiebant ex timo re: nõ vindicari ꝑo christianoꝝ est: qui ni hil timent/ nec eos qui occidunt corpus. Matth. x. Quia seruiũt ex amore. hec idē vult Ambro. vt habet in decre. xxiij. q. iiij q̃ christus. vbi dicit. Nec discipuli peccant quia legē sequunt. Sciebant em̃ ꝛ Phine es reputatũ ē ad iustitiam q̃ sacrilegos interemerat: ꝛ ad preces Helye ignem de scendisse de celo. Hec Ambro.. Hoc autē intelligit glo. ibi q̃ apostoli non peccaue runt in hoc: quantum ad rem quam vole bant. Iustum enim erat q̃ ille gentes hoc paterent: qd̃ apostoli postulabant: sed bñ peccabãt apostoli in modo volendi: quia non amore correptionis: sed odio: deside rabant vindictã: vt dicit Augu. xxiij. q. iiij c. Ea vindicta. Tertium exemplum cum esset crucifixus ꝛ pateretur dolores et pe nas ꝛc̃. Et videret patrem suum paratũ de crucifixoribus vindictam recipere iu stam/ si ipse christus voluisset. Dixit. Pa ter ignosce illis quia nesciunt quid faciũt. Luc. xxiij. Ex quo multi habuerunt con tritionez: quia dicit Lucas: q̃ reuerteban tur percutientes pectora sua: ꝛ non solum facto ꝛ exemplo: sed etiã verbo hoc docu it di. Audistis: quia dictum est antiquis. Oculum pro oculo: dentem pro dente. Ego autem dico vobis non resistere ma lo ꝛc̃. Mat. v. Patet ergo quomodo chri stus non venit soluere legem: sed adimple re. practice. Dic vt expedit. sed clarius et latius infra. ¶ Sextum preceptum est. Non mechaberis. Exo. xx. In quo prohi betur omnis illicitus concubitus vel act⁹ carnalis ꝛc̃. Et quid expedit istud in chri sto prosequi quandoquidē multi serui ei⁹ virgines fuerunt: ꝛ ipse matrem virginez elegerit vt virginitatem verbo ꝛ opere co probaret. Potuisset siquidem ex matre vi dua carnem assumere: sed maluit ex virgi ne: cui tantam puritatem contulit qua sub deo nequit excellentior reperiri: vt ait Ansel. Unde ipsa sola virgo digna dicit: ecclesia dicente. Aue stella matutina pec catorum medicina: sola virgo digna dici/ contra tela inimici: clypeuz pone salutis: tue titulum virtutis ꝛc̃. Ideo dicit apl's. Talis enim decebat vt nobis esꝫ pōtifex: sanctus: innocēs: impollutus: segregat⁹ a peccatoribus ꝛ excelsior celis fact⁹. Heb. vij. Nota sanctus. i. omni gratia plenus ꝛ confirmatus. innocens a peccato actuali: impollutus a macula originali. segregat⁹ a peccatoribꝫ: quia caro eius de massa pec catrice assumpta est ꝛ mundata ꝛ excel sior celis. i. angelis factus: quia verbo vni tus: nõ solum autē matrem virginem vo luit esse: sed etiam discipulũ quem dilige bat. i. Ioan. Dic practice historiaꝫ que ha betur. Ioan. ij. Nuptie facte sunt in cana galilee ꝛc̃. et quomodo ipsum volentez nu bere. i. matrimonium cõsũmare euocauit de nuptijs. ¶ Septimuꝫ preceptũ est. Nõ furtum facies. Exo. xx. Istud preceptum ꝑfectissime sicut ꝛc̃. seruauit christ⁹. Per fecte em̃ seruatur h̄ preceptuꝫ ab illis qui nunq̃ rem alienã furati sunt: vel alio iniu sto modo acquisiuerũt: sed ꝑfectissime qñ aliquis non solũ non furatus est alienuꝫ: sed etiaꝫ quando raptum ab alio ipse suis sumptibus restituit zelo charitatꝭ et iusti tie. Sic fecit christus/ quia furtuꝫ subtra ctum ab Adam de arbore scientie boni et mali: christus sumptibus suis restituit in arbore crucis: quando ipse semetipsum in ipsa obtulit: qui em̃ fruct⁹ fuit vteri vir ginalis nascendo. Luc. j. Benedictus fru ctus ventris tui. factus est fructus arboꝛ crucis moriendo/ que dicitur arbor sciētie boni ꝛ mali. Ante em̃ cognoscebatur expi mento malum pene inferni: nõ aũt bonuꝫ vite eterne: sed postq̃ fructus iste appens⁹ est in arbore: cognitum fuit bonuꝫ vite a credentibus: ꝛ malũ pene eterne ab incre dulis. de hac restitutione dicit. ps̃. in ꝑso na christi. Que non rapui tunc exoluebaꝫ. dicunt greci q̃ de eodē ligno fuit crux chri sti: de quo fuit pomum quod furata fuit Eua ꝛc̃. ¶ Octauum preceptũ est. Non dices contra proximum tuum falsum te stimonium. Exo. xx. Hoc etiam preceptũ

seruauit christus dupliciter. Primo quia cum esset ipse veritas. Ioa. xiiij. Ego sum via veritas et vita: non potuit aliquid falsum dicere: sed semper veritatem loquebatur. Unde Io. xviij. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum vt testimonium phibeam veritati. omnis qui est ex veritate audit vocem meam. Secundo seruauit in alijs: quia etiam non patiebatur christus quod aliquis diceret malum de alijs viuis vel mortuis. De viuis nota exemplum: quando Iudas et aliqui alij discipuli murmurabant de Magdalena dicentes: vt quid perditio hec? etc. Christus respondit. Ut quid molesti estis huic mulieri etc. Mat. xxvj. Item de mortuis da exemplum: sicut legitur. Luc. xiij. De iuda Galileo qui dicebat se esse messiam: et fautoribus eius qui fuerunt interfecti a Pilato etc. Dicebant aliqui. Mali homines erant illi etc. Christus autem statim faciens se aduocatum illorum mortuorum dixit putatis quod hi galilei pre omnibus galileis peccatores fuerunt: quia talia passi sunt? non: dico vobis: sed nisi penitentiam habueritis: omnes similiter peribitis: sicut et illi decem et octo sup quos cecidit turris in syloe et occidit eos: putatis quia et ipsi debitores fuerunt preter omnes habitantes in hierusalem? non dico vobis: sed nisi penitentiam habueritis omnes similiter peribitis. Luc. xiij. Syloe est fons in hierusalem. Esa. viij. Aquas syloe que vadunt cum silentio: patet ergo etc. Ideo Petrus dicit loquens de christo: Qui peccatum non fecit/ nec inuentus est dolus in ore eius. j. Pe. ij. ¶ Nonum preceptum est. Non concupisces vxorem proximi tui. Exo. xx. Hoc preceptum proculdubio christus impleuit verbo et etiam opere. verbo quidem cum dixit: qui viderit mulierem ad concupiscendum eam: iam mechatus est eam in corde suo. Mat. v. Opere autem quia anima sua ita erat vnita deo/ quod nihil aliud cogitabat: quam deum. quo etiam semper fruebatur vtpote comprehensor. vnde de eo dicit scriptura. Candor est enim lucis eterne et speculum sine macula: dei maiestatis et imago bonitatis illius. Sap. vij. Ratio autem horum est: quia omnis concupiscentia procedit ex infectione culpe originalis que est fomes omnis peccati/ cum autem christus nullum contraxerit originale peccatum consequenter nulla potuit contagione concupiscentie maculari. ¶ Decimum preceptum. Non concupisces rem proximi tui. Exo. xx. Hoc etiam preceptum christus perfectissime obseruasse nemo est qui nesciat: non solum rem alienam non concupiuit. sed etiam propria contemptui habebat: adeo quod pauperculam vitam duxit. Pauper enim fuit in natiuitate: quia in tugurio natus et in presepio positus: pauper fuit in oblatione: quia par turturum etc. non agnus etc. Item in conuersatione: quia non habebat lectum nec domum: sed ibat ad domum Marthe in Bethaniam. Unde semel quidam cupidus: dixit ei. Magister sequar te quocunque ieris. Matth. viij. dicit glo. hic. Quod ipse ficte hoc dicebat: quia dicebat in corde suo. Ego adherebo christo vt discam facere miracula: et postea lucrabor ex hoc multas pecunias. Ideo christus quem nullum latet secretum dixit ei. Uulpes foueas habent et volucres celi nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. quasi dicat secundum Hiero. Quid me propter diuitias et seculi lucra cupis? qui cum tante sum paupertatis vt nec hospitiolum quidem habeam et tecto vtar non meo. Item pauper fuit in morte: quia in cruce mortuus est etc. Item pauper fuit in tumulatione: quia in alieno sepulchro tumulatus. Sic etiam christus alijs viam perfectionis opere et verbo ostendens paupertatem voluntariam persuadebat dicens. Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus et sequere me. Matth. xix. Sic etiam contemptum rerum mundanarum consulebat dicens. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra etc. Matth. vj. Et etiam persuadebat contemptum honoris mundani in eodem euangelio in principio. Patet ergo quomodo christus omnia moralia precepta decalogi obseruauit: ideo ipse dixit. Non veni soluere legem: sed adimplere. Mat. v. Ergo et nos debemus illa seruare: quia omnis christi actio nostra est instructio: quod nobis ipse concedat qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ An christus seruauerit precepta cerimonialia. Ser. xiiij.

Sic currite vt cōprehendatis rc. Superiori sermone vt dictum est: q christus seruauerit legem Moysi quantum ad precepta moralia. Sequitur hodie predicare: nūquid christus seruauerit legē Moysi quātum ad precepta cerimonialia: vbi dicendū est q sic. Matth. v. Nolite putare qm veni soluere legem aut phe. nō veni soluere sed adimplere. Super q̄ textu dicit Chrys. Legem impleuit. Primo quidē nihil trāsgrediendo legalium. Secundo iustificando quod lex p litteram facere nō valebat. Seruauit autē legalia legis veteris chrūs quintupliciter. De primis tribus dicamus hodie. De alijs vero duobus sequenti smōe.

Primo mandata legis obseruādo
Scdo finē legis adimplēdo
Tertio intellectū legis exprimēdo
Quarto pcepta legis ordinādo
Quinto perfectionis consilia superaddendo.

¶ Primo dico rc. Hoc patet in multis exemplis. Primo: q voluit circūcidi octaua die. Luce. ij. Que quidem circūcisio est quedam protestatio totius legis implende: iuxta illud Gal. v. Testificor omni homini circuncidenti se quoniam debitor ē vniuerse legis faciende. Secūdo etiā in templo offerri voluit. Luce. ij. Quod erat preceptum cerimoniale legis mosayce: vt patet Leuit. xij. et xv. Tertio voluit vti fimbrijs in veste: quā fecit sibi virgo gloriosa a pueritia sua rc. vt pz Matth. ix. Mar. v. et Luce. viij. Qd erat preceptum veteris legis: vt patz Numeri. xv. Quarto misit leprosos ad sacerdotes. Matth. viij. et Luce. xvij. Quod erat preceptum cerimoniale veteris legis: vt patet Leuitici. xiiij. Quinto patet in esu agni paschalis. Ioā. xij. Quod erat preceptum veteris legis: vt patet. Exo. xij. Et dicit magister historiarum super Gen. ij. Quod non legitur q christus comederit carnem nisi de agno paschali. Hec autem christus obseruauit: non quia debitor esset legis: eo q legislator pura imperator vel papa non sunt subditi legi ab eo late. l. ex imperfecto. ff. de leg. ij. Licet deceat principem legem obseruare. nam vt dicit lex. Digna vox est maiestate regnantis legibus alligatum se principem profiteri. l. Digna vox. C. de legibus: iuxta illud. Patere legem quam tu ipse tuleris: et quod quisq iuris in alium statuit ipse eodem iure vtatur. c. Cū oēs. de consti. Licet ergo christus solutus esset ab obligatione legalium: voluit tamen legalia obseruare quadruplici ratiōe: vt ponit Thom. parte. iij. q. xl. articu. vlti. Prima vt legem veterem comprobaret. Fuerunt enim quidā heretici dicentes legem veterem non esse datam a deo: vt tāgit magister historiarū. Exo. xx. Et Thom. j. ij. q. xcviij. articu. ij. Secunda ratio est vt eā obseruando in seipso cōsummaret et terminaret ostendens q ad ipsum erat ordinata: iuxta q Apostolus dicit. Finis eni legis christus est ad iustitiaz omni credenti. Roma. x. Quia omnes leges r prophete tendunt ad christū sicut sagittantes ad signū prophetādo vl figurādo d chro. Tertia ratio est vt iudeis calumniādi occasionem subtraheret: qui potuissent allegare iustam occasionem ipsum non recipiendi si legalia non obseruasset. Quarta vt homines de seruitute legis liberaret. Et hoc est contra multos qui dicunt cum christus seruauerit legalia. Ergo r vos christiani seruare debetis: q omnis chri actio vra est instructio. Sed si ista rō esset bona: sequeret q sicut chrs mortuus est: ita et nos in cruce mori debemus: q est falsum: q chrs ideo mortuus est: vt nos a morte liberaret: iuxta illd Apli. Nos redemit de maledicto legis factus p nobis maledictus sez maledictiōe pene: q scriptū est. Maledictus ois q pēdit in ligno. Gal. iij. r dns. Ioā. iij. Sic deus dilexit mundū vt filiū suum vnigenitū daret: vt ois q cre. in ipm n pereat: sed habeat vitam eternā. Et iō sic chrs mori voluit vt nos a morte redimeret. sic r voluit legalia obseruare: vt nos a seruitute legis absolueret. Et hoc est q dc apls. At vbi venit ple. tēpo. misit deus filiu suū fac. ex mu. factū sub lege vt. o. q sub le. e. redimeret. Gal. iiij. Quinta rō pt addi: vt virtutē obediētie quā sepe vbo pdicauerat etiā suo cōmēdaret exēplo. Exēplū eni dedi vob vt queadmodū ego feci vob. ita r vos faciatis. Io. xiij. Pz g quō chrs ser

uauit legalia. Sed restat mō vna dubitatio. ¶ Diceret aliqs videt q chrīs legalia ñ suauerit. nā primo lex mādauerat: vt in sabbato nihil opis fieret/ sicut deus die se prima requieuit ab omī ope qd patrarat: s chrīst' in sabbato qnqz aliqd opus fecit. Nam sabbato curauit hoiem: z ei mādauit/ vt tolleret lectū suum. Sic vt curauit manū aridam cuiusdā sabbato: sicut legit Mat.xij. z Luc.vj. Sic etiā tāgendo leprosuz mūdauit ptra legē. Mat.viij. Sic etiā curauit hydropicū sabbato. Luc.xiiij Preterea z scdo ex pcepto legis mosayce quidā cibi erāt imūdi/ sic carnes porcine z qdam alie: vt pz Leui.xj. Christ' autē sepdicans puocatis ad se turbis dixit. Audite z intelligite: nō qd intrat in os coinqnat hoiem: sed qd pcedit ex ore hoc coinqnat hoiem. Mat.xv. Qd videt cōtra pceptū legis. Preterea z tertio semel dum discipuli transirēt p sata sabbato z euellerēt spicas: chrīs excusauit eos: vt pz Mat.xij z Luc.vj. Per qd videt q chrīs qnqz legalia nō suauerit. Sed dicendū fm q vult Tho. pte.iij.q.xl.ar.vlti.q dñs se excusat a transgressione legis tripliciter. Uno qdez modo: q p preceptū de scificatiōe sabbati nō interdicit opus diuinū: sed opus humanū. Quāuis em deus die septia cessauerit a nouis creaturz cōdendis: semp tñ opatus est in rerū pseruatioe z gubernatione z etiā creatiōe: q semp de' de nouo creat aias hoim. Qd g dr Tho.s. qd de' cessauit a nouis creaturz cōdēdis vez est: intelligēdo tñ q nihil postea fecit cui' rñe nō fecisset materiā vt corpoz: vel silitudinē vt aniaz fm magrm historiaz. Gen.ij. Qd aūt chrīs miracula faciebat: erat opis diuini. Uñ ipse dicit. Jo.v. Pater me' vsqz modo operat. z ego operor. Scdo excusat se p hoc/ q illo pcepto nō phibentur opa q sunt de necessitate salutis corpalis vñ ipse dicit. Lu.xiij. Unusqsqz vestrū nō soluit sabbato boue suū: aut asinū a presepio z ducit adaqre z c. Et eiusdē.xiiij. dicit Cui' vestrū asinus/ aut bos in puteū cadit: z nō ptinuo extrahit illū in die sabbati: Manifestū est aūt: q opera miraculoz que chrīs faciebat ad salutē corpis et anie ptinebant: fm Tho. Et hac rōne excusauit discipulos euellentes spicas sabbato: ppter necessitatē famis: sicut etiam Dauid nō fuit transgressor legis: qñ ppter necessitatē famis comedit panes quos ei comedere nō licebat: vt habet.j.Reg.xxj. Tertio excusat se: q illo pcepto nō phibentur opa que ptinebant ad dei cultum. Unde Mat.xij. dixit. An nō legistis in lege: qa sabbatz sacerdotes in templū sabbatū violant/ z sine crimine sunt. Itē Joā.vij. Dicitur q circūcisionez accipit ho in sabbato Quod autē christ' paralytico mandauit vt lectū suū sabbato portaret ad cultū dei ptinebat.i.ad laudem ptutis diuine. Ex quo pz/ q chrīs sabbatū non soluebat. qñuis ei iudei hoc falso obijcerent dicentes. Non est hic hō a deo/ qui sabbatū non custodit. Ad aliud autē qd dicit de tactu leprosi. Mat.viij. Respondit Gratian' in decretis.xxv.q.j.§. His ita. Rñdetur vbi dicit. licet chrīs solutus esset a lege: vtpote legislator: tñ ipsam legē carnalit impleuit octaua die circūcisus qdragesimo die cuz hostijs in templo est psentat': vt ipe in seipso eā sanctificaret. Postea vo vt se dñm legis ostenderet ptra litterā legis leprosū tangēdo mūdauit. Sed melior responsio est illa q supra habet p Tho. in pmo modo se excusandi z c. Ad aliud autē qd christus ait. Non qd intrat in os coinqnat hominez z c. Dicendū fm Tho. vbi supra q christ' voluit ostendere p illa verba/ q hō nō redditr imundus fm animā ex esu ciborum qrūcunqz: fm suam naturā. sed soluz fm quandā significationē. q autē in lege quidā cibi dicut imundi: hoc est ppter qndam significationē. Uñ Aug. dicit ptra Faustū. Si de porco z agno reqrat vtrūqz natura mundū est: q omīs creatura dei bona est. Quadā vero significatiōe agn' mūdus: porcus vero imund' est fm Tho. vbi supra. z sic patet quō z quare christus seruauerit legalia. ¶ Scdo z c. Finem legis adimplendo/ erat em legis finis iustificatio hominū/ sicut z cuiuslibet legis finis est/ vt hoies efficiant iusti z virtuosi: vt dicit.ij. Ethicoz. z not. Tho.j.ij.q.xcij arti.j. Istam autē iustificatione lex vet' pmittebat quidē z figurabat. nō autē poterat illam efficere. non em pferebat gratiaz: z psequent nec remittebat pctā. Uñ Heb.x. Impossibile est sanguine tauro

rum ⁊ hircoꝝ auferri peccata. Solū autē ex fide fiebat iustificatio: nō autē ex operibus legis. Unde Gal.iij. Quoniā autē in lege nemo iustificat apud deum. Manifestū est/ꝙ iustus ex fide viuit. Abacuc.ij ⁊. Rom.iij. Arbitramur enī iustificari hominē ꝑ fidem sine operib⁊ legis. Unde et Gen.xv. Credidit Abraam deo ⁊ reputatū est illi ad iustitiā. ⁊ habet Ro.iiij. Gal.iij. Lex ergo scripta nō iustificabat: sed ostendebat ⁊ mandabat bene viuere/⁊ puniebat transgressores: sed nō conferebat gratiā adiutricē ad bñ viuendū: ⁊ sic erat potius occasio ad peccandū. Unde.ij.Cor.iij. Littera occidit spūs autē viuificat. ⁊ Rom.vij. Occasione autē accepta peccatū ꝑ mandatū operatū est in me oēm concupiscentiā ⁊c. Diceret aliquis. Cum lex vet⁹ data fuerit ad finē iustificandi hoies: frustra ergo data est lex/si iustificare nō poterat. Rñ. Justificatio pōt fieri dupliciter. vno mō formalit/alio modo dispositiue.

¶ Primo quidem modo iustificatio fit ꝑ gratiā gratū facientē: quā q⁊ lex non conferebat vt dixi: iō nec iustificabat h mō.

¶ Scdo autē modo dispositiue pōt dici: ꝙ lex iustificabat: inquantū pcipiebat bñ viuere: ⁊ coercebat timore pene a vitijs. lex enī ꝓpter trāsgressores posita est: vt dicitur. Gal.iij. Bene autē viuendo acquirit homo virtutē acquisitā/ꝑ quā disponitur ad virtutē infusam. ꝑ quā homo vere ⁊ ꝑfecte iustificat. Et ideo lex vetus iustificabat quidē dispositiue: non autē formalit ⁊ effectiue. Et hoc mō potest dici/ꝙ etiā lex humana iustificat.s. dispositiue: inquātum intentio legislatoris est: vt faciat homines bonos: vt dr in scdo ethicoꝝ. Efficiunt autē homies boni ꝑ virtutē: ergo ⁊c. vt notat. Tho.j.ij.q.xcij.ar.j. Et hoc etiā vult idem Tho.in.iij.sentē.dist.xl.ar.iij. Christus autē veniens ꝟtute ⁊ merito passionis contulit gratiā ꝑ quā iustificatio cōfert: q⁊ lex ꝑ Moysen gratia autē ⁊ virtus ꝑ Jesum christū facta est. Jo.j. Et h est qd ꝓmisit de⁹ Abrae. Gen.xxij. In semine tuo benedicent omnes gentes. in semine tuo.i.in christo: vt dicitur. Gal.iij. Per quod innuebat ꝙ benedictio.i. gratie ⁊ glorie collatio: siue iustificatio erat conferenda a deo omnibus gentibus/nō solum iudeis: nō ꝑ legem: sed ꝑ semē Abrae .i. christū. Si enī ꝑ legem data esset iustificatio: sequeret triplex incōueniens. Primo ꝙ ꝓmissio dei facta Abrae: de qua supra dictū est/fuerit irritata ꝑ legem. contra quod dicit Aplus. Gal.iij. Lex ergo aduersus promissa dei. absit. Promiserat autē deus/ꝙ ꝑ semen Abrae benedictio gētibus conferretur: nō autē per legem. Secūdo sequeret ꝙ solum iudeis benedictio/siue sanctificatio daretur: non autē gentibus: q⁊ solum iudeis data est lex: qd est cōtra pdictam auctoritatē. Item contra illud Esa.xlix. Parum est vt sis mihi seru⁹ ad suscitandas trib⁊ Jacob ⁊ feces israel cōuer. dedi te in lucem gentiū: vt sis salus mea vsq⁊ ad extremū terre. Tertio sequeretur ꝙ chrs frustra venisset: hec oia sentit Apls Gal.iij. Cōtra qd Pau. Gal.ij. ⁊ in fi. Si enī ꝑ legē iustitia: ergo christ⁹ gratis mortuus est. Uide latius infra sermone.vj. Christus ergo veniens in hunc mundū contulit ꝟtute/⁊ merito sue passionis gratiā ꝑ quā facta est iustificatio. ⁊ h lex vetus figurabat. Unde Col.ij. de cerimonialib⁊ dicit: ꝙ erant vmbra futuroꝝ. Corpus autē chri.i. veritas ꝑtinet ad christū. Uñ ⁊ lex noua dicit lex veritatis ⁊ dies. Lex autē vetus dicit lex vmbre vl figure ⁊ nox. iuxta illud. Heb.x. Umbrā habens lex futuroꝝ bonoꝝ ⁊c. Et Ro.xiij. Nox precessit: dies autē appropinquāt: ⁊ h sentit Tho.j.ij.q.cvij.ar.ij. Et sic patz quō christus seruauit legem Moysi/finē eius adimplendo. Tertio.s. intellectū verū legis explicando. Ubi notandū: ꝙ sicut dicit Tho.j.ij.q.cviij.ar.iij. Domin⁹ nihil ordinauit de nouo circa precepta cerimonialia legis veteris: sed solū circa moralia ⁊ iudicialia. Cuius ratio est: q⁊ precepta moralia oino in noua lege remanere debebant: quia ſm se ꝑtinent ad rationē virtutis. Precepta autē iudicialia non remanebant ex necessitate: ſm modū quem lex determinauerat: sed relinquebat arbitrio hominū: vtrum sic vel aliter esset determinādum. Et ideo cōuenienter dominus circa hec duo genera preceptoꝝ ordinauit. Preceptoꝝ autem cerimonialiū obseruatio totaliter per rei impletionem tollebatur: et ideo circa hmōi precepta in illa cōmuni

doctrina que habet Matt.v. nihil ordi-nauit. Ostendit tñ alibi q totus corpora lis cult? q erat determinat? in lege/erat in spūalem cōmutand?: vt ptz. Joan.iiij. Ubi dixit. venit hora quādo neqꝫ in mon te hoc/neqꝫ hierosolymis adorabitis pa-trē:sed veri adoratores adorabūt patrē in spiritu z veritate. Ergo circa pcepta mo-ralia dñs ordinauit aliq:nō tñ qtū ad oia sed tm qtū ad illa in qb scribe z pharisei nō rectū itellectū habebāt: z h stringebat pcipue circa tria pcepta decalogi. Primo circa adulteriū. Scdo circa homicidium. Tertio circa piurium. Nam circa phibi-tionē adulterij:z homicidij existimabant solum exteriorē actū phiberi:nō aūt inte-riorem appetitū: qd magis credebāt circa homicidiū z adulteriū/q circa furtū vel falsum testimoniū:qz motus ire in homi-cidiū tendens:z cupi.centie motus ten-dens ad adulteriū: videt nobis aliqualit a natura esse: nō aūt appetit? iurandi vel falsum testimoniuz dicendi. Et ideo dñs legē adimpleuit ostendendo/etiā interio-res actus pctōꝝ cadere sub phibitiōe dūz dixit. Audistis:qz dictuz est antiqs. Non occides:qui autez oc.re.erit iu. Ego autē dico vobis: qa omis qui ira. fratri suo re? erit iudicio zc. Item de adulterio dixit. Qui viderit mulierē ad cōcu. eā iam me. est eā in cor.suo. Circūapiuri po habebāt falsum intellectū:credētes quidē piuriuz esse pctm. Iuramentū aūt p se esse appetē dum z frequētandū:qz videt ad dei reue-rentiaz ptinere: z ideo dñs ostendit iura-mentū nō esse appetendū. tanqꝫ bonū sed melius esse absqꝫ iuramento loqui:nisi ne cessitas cogat. Scdo circa precepta iudi-cialia dupliciter scribe z pharisei errabant Primo quidem: qz quedā in lege Moysi erāt tradita:tanqꝫ pmissiones q existima-bant p se esse iusta.f.repudiū vxoris. z vsu ras accipere ab extraneis. Et ideo dñs p hibuit vxoris repudiū. Mat.v. dicēs. Di ctum est aūt/qcunqꝫ dimiserit vxorē suaz det ei libellū repudij. Ego aūt dico vobis Quicunqꝫ dimiserit vxorē suam:excepta fornicationis causa facit eam mechari zc. Item phibuit vsuraꝝ acceptionē Lu.vj. Mutuum date nihil inde sperātes. Alio modo errabant credendo quedā q lex ve-tus instituerat faciēda/pter iustitiā esse exequēda ex appetitu vindicte: vt ex cupi ditate temporaliū rez vel ex odio inimico rū:z hoc in trib preceptis. Appetitū em vindicte credebant esse licituz/pter prece ptū datum de pena talionis qd quidē fui it datum vt iustitia seruaret:nō vt homo vindictā qreret. Et ido dñs ad hoc remo uendū:docet animū hois sic debere para-tum esse:vt si necesse sit parat? sit etiā plu ra sustinere. Motū autē cupiditatis exi-stimabant esse licitū:pter pcepta iudicia-lia in quib mandabat restitutio rei abla-te fieri etiā cum aliqua additōne. Et hoc quidē lex mandauit pter iustitiā obseruā dam:nō vt daret cupiditati locū. Et ideo dñs docet/vt ex cupiditate nostra non re-petam?:sed simus parati si necesse fuerit/ etiā ampliora dare. Motuz vero odij cre debant esse licitū pter pcepta legis data de hostiū interfectione:qd quidē lex statu it pter iustitiā implendā: non pter odia exaturāda:z ideo dñs docet vt ad inimi-cos dilectionez habeam?:z parati sim? si opus fuerit etiā bñfacere eis. Hec eñ pre cepta fm pparationem sunt accipiēda. vt Aug.exponit in smone de puero Centuri-onis.z habet in decre.xxiij.q.j.pat?. Ubi dicit sic. Deniqꝫ ista pcepta magis sūt ad preparationē cordis q ad opus qd in ap-to fit:vt teneat in secreto animi patientia cū beniuolentia:in manifesto autē id fiat q eis videt pdesse:quib bene velle debe-mus zc. Uñ si nō pdest iniuriāti nō debz qs parare alterā maxillā. Nam z chrs nō parauit alterā cū alapā recepit. Jo.xviij. Nec Paul. Act.xxiij. Et concor. Tho.ij ij.q.lxxij.ar.iij. Uñ z plectendo z ignoscē do/h solū bene agit: vt vita hoim corriga tur:vt ait Aug.xxiij.q.v.pdest. Et sic cir ca tria tm precepta iudicialia dñs aliquid ordinauit.f. circa repudiuz vxoris: z circa penā talionis:z circa psecutionē inimico rum:quia circa ista tria errabant scribe z pharisei:vt dictū est. Et ponit Thomas. q.ij.arti.vbi supra.

¶ Duobus alijs modis serua-uit christus cerimonialia.

Sermo.V.

Sic currite vt &c. Prosequēdo materiā superioris sermonis. vicȝ vtrū christus seruauerit legeȝ Moysi quantū ad cerimonialia. Sequitur videre de quarto articulo: vicȝ quod christus seruauit cerimonialia veteris legis. Vel vt melius dicam⁹ seruauit legeȝ veterem: vltra modos iam dictos duob⁹ alijs modis: videlicet.

Primo precepta legis ordinando.
Scdo pfectiōis ꝯsilia superaddendo.

¶ Quantū ad primū &c. Nam adimpleuit precepta legis ordinando/moduȝ quo tutius conseruaretur/qđ lex vetus statuerat. Verbi gratia. Vetus lex statuerat. Non occides. Hoc autē vt tutius ꝯseruaretur: ordinauit dñs dicens. Audistis/quia dictuȝ est antiquis. Non occides: qui aūt occiderit reus erit iudicio. Ego aūt dico vobis: q2 omīs qui irascitur fratri suo reus erit iudicio &c. Ubi dicit Beda. qui docet vt nō irascamur: nō soluit legē vt nō occidam⁹: sed implet potius: vt ⁊ foris dum nō occidamus: ⁊ in corde dum nō irascimur innocentiā custodiam⁹ &c. Item vetus lex statuerat/ꝙ hō non piuraret. Exo.xx. Deut.vj. Et hoc tutius cōseruatur: si oino a iuramento abstineatur: nisi in casu necessitatis. Et ideo ordinauit dñs di. Audistis/quia dictū est antiqs nō piurabis: reddes autē dño iuramenta tua. Ego aūt dico vobis nō iurare oino: neqȝ p celū: q2 thron⁹ dei est: neqȝ p terr. q2 sca.pe.ei⁹ est. ⁊ infra. Sit aūt sermo noster est.est.nō.non. ꝙ aūt his abundanti⁹ est/a malo est. Mat.v. vide. Tho.ij.ij.q.lxxxix.art.vj. ¶ Quantū ad scdm notandū/ꝙ dñs vltra pcepta veterȝ legis adiunxit duodecim ꝯsilia/q̄ ad pfectionē spūalis vite ptinent/que ⁊ vbo et facto adimpleuit: iuxta illud Actȝ.j. Cepit Jesus facere ⁊ docere. Primū est cōsilium paupertatis voluntarie/q̄ ꝯsistit in abiectione ꝓprietatis oim rerū temporaliuȝ. Vnđ dixit. Bti paupes spū: qm ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Mat.v. Nota spū.i. voluntarie: q2 multi sunt paupes ex necessitate: sed paupertas volūtaria est felicitas. Paupertas si leta venit ditissima res ē. Est ditissima ꝓpter bonū pacis: qđ in hac vita cōsequitur: ⁊ bonū futurū in futura. Vñ dñs. Mat.xix. Omīs qui reliqrit domū: vel fratres aut sorores: aut patrē: aut matrē: aut filios: aut vxorē: aut agros ꝓpter nomē meū: centuplū accipiet.s. in hac vita. ⁊ vitā eternam possidebit. Nota historiā que habetur ibi de illo interrogāte chrm di. Magister bone quid boni faciā: vt habeā vitā eternam: ⁊ chrs ad eum. Si vis inquit ad vitā ingredi serua mandata. ⁊ infra. Si vis pfect⁹ esse: vende omīa q̄ habes ⁊ da pauperib⁹/⁊ habebis thesauruȝ in celo: ⁊ veni sequere me. Et postea interrogāte Petro Ecce nos relinqmus omīa: ⁊ sequuti sumus te: qđ ergo erit nobis: Rñdit Jesus &c. Nota quō hodie nō est fides in hoib⁹: q2 siquis diceret tibi. da.x. ⁊ accipies mille ⁊ ecce instrumentū: statim prompt⁹ dares: sed ꝓpter vitaȝ eternā nō das: q2 chro nō credis. ptȝ ergo primū consiliuȝ. Istud adimpleuit chrs etiā facto: q2 de paupere cōceptus vgine: fuit pauper: ⁊ in paupere loco natus: ⁊ paup couersat⁹. Matt.viij. Vulpes foueas hñt ⁊ vo.ce. nidos fi. au. ho. nō ha. vbi. caput suū recliner. Pauper mortu⁹: q2 nud⁹. nō in lecto: sed in cruce. paup sepult⁹ in nō suo/sed Joseph ab arimathia sepulchro. Paup etiā in veste: q2 vnica veste.s. inconsutili quā sibi fecit btā vgo mater sua a pueritia ei⁹. Itē quō postq̄ pdicauerat/nūqȝ circūspectis oibus recedebat. vt dicitur. Mat.xj. Hec autē faciebat/vt videret si alīqs eum inuitasset ad prandiū. Ideo dicitur. Zacha.ix. Exulta filia sion iubila filia Hierusalē: ecce rex tuus venit tibi iust⁹/⁊ saluator ⁊ ipse paup &c. ps. Pauper sum ego/⁊ in laborib⁹ a iuuentute mea. Patet ergo primū consiliuȝ. ¶ Scdm ꝯsiliuȝ fuit de castitate. Mat.xix. Sūt eunuchi qui seipsos castrauerūt ꝓpter regnū celoꝝ. q pōt capere capiat. Et hoc nō debet intelligi ad sensuȝ quā littera sonat. sicut fecerūt illi duo de qb⁹ legitur in vitis patrū. Sed spūaliter eunuchū se facere intelligitur/q̄ caste intēdit viuere.i. sine vxore vel viro: h aūt nō est pceptū/sed ꝯsiliū.j. Cor.vij. De vginib⁹ aūt pceptuȝ dñi nō habeo: ꝯsilium aūt do &c. Et ita q̄ matrimonio iungit virginē suā bñ facit: ⁊ qui nō iungit meli⁹ facit. Istud ꝯsiliuȝ quomodo seruauerit christus: lȝ superflu-

um prosequi videat᷑. tamē vide supra ser-
mone. iij. vbi agitur: vtrū chr̄s fuauerit le-
gē scripture quantum ad p̄cepta moralia
parte. vj. ¶ Tertiū consiliū fuit ꝺ obediē-
tia vniuersali: vn̄ dixit Mat. xxiij. Sup
cathedra Moysi sederūt scribe ꝛ pharisei:
omnia ergo quecūq₃ dixerint vobis facite
ꝛ seruate: s̄m vero opera eoꝝ nolite face-
re ꝛc̄. Ubi datur intelligi ꝙ obediētia de-
betur n̄ solū bonis p̄latis: s₃ etiam malis:
dūmodo iusta precipiāt. ꝛ concordat Pe-
trus di. Subiecti estote omi hūane crea-
ture ꝓpter deū siue regi quasi excellenti: si-
ue ducib₉ tāq₃ ab eo missis: ꝛ infra. Ser-
ui subditi estote: in omni timore dn̄is. nō
tantū bonis ꝛ modestis: sed etiā discolis.
j. Pe. ij. Et hoc verū est: vt dixi/ qn̄ iusta
precipiūt: alias obediendū est magis deo
q₃ hoib₉. Act. v. ꝛ habet᷑. xj. q. iij. Si dn̄s.
ꝛ. c. Qui resistit potestati dei ordinatiōi re-
sistit. ꝛ. c. Julian⁹. vbi dicit᷑: Julian⁹ im-
perator quāuis esset apostata: habuit tn̄
christianos sub se milites: quibus cū di-
cebat: producite aciem ꝓ defensiōe reipu-
blice obediūt ei. Cum autem diceret eis:
ꝓducite arma in christianos: tūc cognosce-
bant imperatorē celi. Istud autem prece-
ptum vel cōsilium debet fieri diuersis re-
spectibus s̄m intentionē ipsius prelati pre-
cipientis expresse vel cōsulentis. Hic per
Tho. ij. ij. q. ciiij. arti. v. Quomodo autē
hoc cōsilium facto christus impleuit/ pat₃
ex eo: ꝙ erat subdit⁹ deo patri adeo ꝙ po-
tius voluit perdere vitam q₃ obedientiā.
Joan. viij. Que placita sunt ei facio sem-
per. Item Lu. ij. Erat subditus illis. No-
ta quando erat: puer ibat ad fontem pro
aqua haurieda. Uide. s. s̄mōe. iij. p̄te. iiij.
¶ Quartū consiliū est de mansuetudine
Mat. v. Si quis te ꝑcusserit in vnam ma-
xilla prebe ei ꝛ alterā: quod intelligit᷑ quā-
tum ad preparationem animi: vt exponit
Aug. xxiij. q. j. Paratus. ꝛ Tho. sup Joā.
Super eo quod dicitur tempore passiōis
christi: ꝙ christum existentē ante Annam
vnus de seruis eum alapa percussit. Ui-
de sermōe proximo in fine: ꝛ hoc respectu
lesionis corporalis. S₃ ꝛ idē est respectu
oblationis rerum: cum dixit: qui vult te-
cum in iudicio cōtendere: ꝛ tunicā tollere
dimitte ei ꝛ palliū. Hoc consiliū christ⁹ et
facto adimpleuit quando se a diabolo ten-
tari permisit. Matth. iiij. Itē quādo mā-
suetudinem habuit in tot contumelijs et
ꝛ obprobrijs sibi a iudeis illatis. Unde et
ligari se permisit. ꝛ flagellari/ alapis cedi
ꝛ colaphizari/ ꝛ tandem crucifigi. Unde
ipse ꝑ os Esa. dicit. Corpus meum dedi
percutientib₉: ꝛ genas meas vellentibus
faciē meā nō auerti increpāti. i me. Esa. l.
¶ Quintū ꝯsilium est amoris ꝛ dilectio-
nis. Matth. v. ꝛ Lu. vj. Diligite inimi-
cos vestros: benefacite his qui ꝑsequunt᷑
vos. quod quomodo intelligat᷑: declarat
Tho. ij. ij. q. xxv. ar. viij. ꝛ. ix. Ubi conclu-
siue dicit ꝙ quandoq₃ diligere inimicū est
contra charitatē: quandoq₃ est de necessi-
tate charitatis: qn̄q₃ ꝛ tertio est de perfe-
ctione charitatis. Malum est ꝛ cōtra cha-
ritatē diligere inimicū inquantū est ini-
micus. Unde. ij. Reg. xix. exprobādo dici-
tur ad Dauid. Diligis odientes te: ꝛ odio
habes diligentes te. Ad necessitatē vero
charitatis est diligere inimicos quantum
ad naturam ꝛ in vniuersali. Nam aliquis
diligens deum ꝛ proximum ab illa gene-
ralitate dilectionis inimicos suos non de-
bet excludere. De perfectione vero chari-
tatis est moueri ad dilectionem inimico-
rum spirituali motu dilectiōis. hoc enim
non est de necessitate charitatis. nisi s̄m p̄-
paratione animi: vt sc₃ homo habeat ani-
mum paratū ad hoc ꝙ in singulari velit
inimicū diligere: si necessitas occurreret.
Sed ꝙ absq₃ articulo necessitatis homo
etiā hoc actu impleat vt diligat inimicū
propter deum: hoc pertinet ad perfectiōē
charitatis. Et sicut dictum est de affectu
charitatis: ita etiā est dicendū de effectu.
Unde sicut dilectio interior ad inimicum
in cōmuni quidē est ꝺ necessitate precepti
absolute. In spirituali vero nō absolute:
sed s̄m p̄parationē animi (vt vt dictū est)
Sic ꝛ dicendū est de effectu vel signo dile-
ctionis exterius exhibendo. Un̄ signa vel
beneficia que exhibent᷑ ꝓximis in cōmuni
de necessitate precepti charitatis: exhiben-
da sunt etiam inimicis: puta cū quis orat
pro omnib₉ fidelibus: vel ꝓ toto populo:
aut cum aliquis beneficiū impendit toti
cōitati ꝛ hmōi. alias ptineret ad liuorem
vindicte qđ est ꝯ illud qđ legit᷑ Leuit. xix.

Non queras vltionē/ z nō eris memor in iuriē ciuiū tuor: sicut fecit Dauid inimico suo Sauli. qñ ipso Saule purgante vētrē pcidit orā chlamydis zc. Et nō occidit eum. j. Reg. xxiiij. dic historiā. Signa vero dilectiōis vel bñficia/ q̄ quis exhibet pticulariē aliquibꝫ psonis nō est de necessitate charitatꝫ exhibere inimicis: nisi fm pparationē animi: vt. s. subueniat eis in articulo necessitatꝫ: fm illud Prouer. xxv. Si esurierit inimicꝰ tuꝰ ciba illū/ z si sitit potū da illi. vel qñ inimicꝰ veniā petit. vñ ex hoc videt/ q̄ qñ inimicꝰ salutat te/ tu teneris eū resalutare: vel loq̄ si tibi loquat: q̄ hoc z ceteris oibꝫ facis. Sed q̄ pter articulū necessitatꝫ hmōi bñficia aliqs inimicis exhibeat: ptinet ad pfectionē charitatis: fm Tho. vbi. s. Hoc aūt ꝯsiliū christus fuauit. Vñ orauit p crucifigentibꝫ eū. di. Pater igno. il. zc. Luc. xxiij. ps. Cū his q̄ oderūt pacē eram pacificꝰ zc. ¶ Sextum ꝯsiliū ē miscdie z supererogationis: vt est illud omī petēti te tribue. Lu. vj. Itē Luc. xj. Qd supest date elemosynā: z ecce oia mūda sunt vobis. hāūt est de necitate salutꝫ/ de supfluo dare indigēti: sed de nō supfluo est ꝯsiliū: vide qd̄ scripsi i materia de elemosyna. Hoc aūt ꝯsiliū dñs etiam adimpleuit: q̄ dedit quicq̄d habuit nobis indigentibꝫ. s. animā in meritū nr̄m. corpꝰ z sanguinē in eucharistiā: vitā in cruce: et diuinitatē in obiectū btitudinis. se nascēs dedit sociū: ꝯuescens in eduliū: se moriēs in pciū: se regnās dat in premiū. dr Tho. i offi. corpis chr̄i. ¶ Septimū ꝯsiliū dedit de simplicitate locutōis cū dixit. Ego aūt dico vob. nolite iurare oino: z. j. Sit autē sermo vester est est: nō non: qd̄ aūt amplius est a malo est. Prohibuit aūt dñs iuramentū nō tanq̄ malū: sed vt facilꝰ a piurio caueremꝰ. ¶ Hoc autē ꝯsilium christus adimpleuit: q̄ nūq̄ iurabat: sed semper dicebat. Amē dico vob. vl bis amen. vide supra sermo. iij. pte. ij. ¶ Octauū ꝯsilium est de fraterna correctione. Math. xviij. Si peccauerit in te frater tuus vade z corripe eum inter te z ipsū solū. hoc autē quādoq̄ est preceptū: scꝫ p mortalibꝫ Sed quia est affirmatiuū obligat quidē semp: sed nō ad semp sed p loco z tempe. quādo. s. vacat et licet z credit q̄ vtilis sit correctio. quādoq̄ est ꝯsiliū quando. s. quis corripit p venialibꝫ. Cum autē quis ex odio accusaret aliquē ad infamandū/ z nō ad corrigēdū/ mortalit peccaret. Hoc ꝯsilium chrs seruauit: qñ corripiebat phariseos z scribas di. Ve vobis scribe z pharisei zc. Mat. xxiij. Item quādo rephendit Petrum dicentē sibi q̄ non moreret. Mat. xvj. Itē. Mat. xv. rephendit Apostolos di. Adhuc vos sine intellectu estis Unde in quadā epl̄a de figura corporis chr̄i dicit: q̄ erat increpatione terribilis. ¶ Nonum ꝯsiliū est de vitanda occasione peccandi. Mat. xviij. Si oculꝰ tuus scandalizat te erue eum zc. qd̄ non est intelligendū ad litterā: fꝫ Aug. Sed de occasione peccandi declara: vt scripsi dñica scd̄a post festū trinitatꝫ sermone. vj. q̄ incipit. Diligamꝰ ope z veritate. pte. ij. Hoc ꝯsiliū chrs nō indigebat implere: q̄ peccare nō poterat. euitabat tñ quandoq̄ occasionē peccādi in alijs: puta qñ voluerūt concives sui eū pcipitare. Jesus aūt transiens p mediū illor ibat. Luc. iiij. Itē qñ abscondit se/ vt non lapidaret. Joan. viij. Item quādo abijt in ciuitatem effren zc. Jo. xj. Itē qñ nō credebat se oibꝫ. Jo. ij. ¶ Decimū ꝯsiliū est de ꝯformitate operis ac doctrine. Mat. xxiij. Alligāt autē onera grauia z importabilia: digito autē suo nolunt ea mouere: dicunt em̄ z non faciūt. Item hypocrita: eijce primū trabē de oculo tuo. Ubi nota q̄ malus hō pdicādo peccat mortalit: si sit in pctō notorio siue hoc faciat ex necitate officij: siue voluntarie hoc est preceptū loquēdo de mortalibus/ q̄ pdicator z iudex debet cauere/ vt rectus predicet: sed ꝯsilium est: loquendo de venialibꝫ. Si ho in occulto/ adhuc peccat si nō studet ex suo dicto cōpungi: quia videtur contēnere. Tho. aūt in. iiij. di. xix q. ij. ar. ij. q. ij. ad quartū dicit: q̄ homo in peccato mortali si predicat: peccat mortaliter siue sit notoriū siue occultū. pro hoc facit textꝰ. Rom. ij. In quo em̄ alium iudicas teipsum condenas. Hoc consilium christꝰ adimpleuit: q̄ nihil pdicauit q̄ nō prius in seipso compleuerit. Actuū. j. Cepit Jesus facere z docere. Unde predicabat humilitatē quā in se prius habuit/ predicabat patientiā charitatē z ceteras vir

tutes quib9 repletus erat. Joā.j. Plenuz
gratie ⁊ veritatis. ¶ Undecimū consiliū
est de vitanda sollicitudine tpaliū. Mat.
vj. Nolite soll. esse. di. qd mā. aut qd bibe.
ꝛc. Item nolite cogitare de crastino. No
ta q̄ triplex est sollicitudo: vna est lauda-
bilis/⁊ est pudentia spūalis. j. Cor. vij.
Qui sine vxore est sollicit9 est: que sūt dei
⁊ quomō placeat deo. Rom. xij. Qui pest
in sollicitudine. Scōa est tollerabil' q̄ ad
corpus. Luc. x. Martha martha sollicita
es ꝛc. Tertia est vituperabilis: ⁊ supflua
thesaurisando quo ad auaritiaz. Eccl's. ij.
Peccatori dedit de9 afflictionē ⁊ curā sup
fluaz: vt addat ⁊ cōgreget: ⁊ hec ē vanitas
⁊ cassa sollicitudo mentis. Prima pcipitur
Scōa pmittit. Tertia phibet. Hoc etiaz
psiliuz christus impleuit: q2 nihil terrenū
qrebat. Mat. viij. Vulpes foueas hñt ꝛc
¶ Duodecimū psilium est/de rectitudie
intentionis ⁊ simplicitate finis. Mat v.
Attendite ne iustitiā vrām faciatis coram
ho. vt vi. ab eis. Itē nesciat sinistra tua ꝛc
Nota ptra illos qui faciūt pingi arma in
paramētis eccl'iasticis vel ornamentis ꝛc
Canunt eñ tuba ante se: h̄ est preceptū q̄
glia mūdana principalit' nō queraf: tāq̄
finis al's est consiliū: hoc psiliuz chr̄s im-
pleuit Joā. iiij. Meus cibus est: vt faciā
voluntatē eius qui misit me.

¶ Utrum nos seruare debem9 precepta legalia. Ser. VI.

Sic currite vt ꝛc. Viso supra smonib9 proxi-
mis duob9 quomō christus ser-
uauit legalia veteris legis. Nunc videndū
est/vtrū nos eadem seruare debeam9. Et
videf prima facie q̄ sic. Om̄is eñ christi
actio nostra est instructio. Exemplū eñ
dedi vobis ꝛc. Sed chr̄s illa suauit. Vñ
ait. Mat. v. Non veni soluere legē sed ad
implere/ergo ⁊ nos ꝛc. Preterea etiā ipsi
apl'i legalia seruauerūt post christi ascensi
onē sicut patz de pncipib9 apl'oꝝ Petro et
Paulo. de Petro: patz Gal'. ij. de Paulo
etiā Actuū. xvj. q̄ Paul9 existens iude9
⁊ iustus circūcidit Tim. In ptrariuz est
veritas. Nam apl'i pgregato concilio hie
rosolymis super circūcisionis obseruatio-
ne ⁊ legalib9. de quib9 quidā ex iudeis cō-
uersi ad fidez christi: dogmatizabāt opor-
tere circūcidi/⁊ seruare legem Moysi: de
terminauerūt cōtrariū. Unde ⁊ miserunt
antiochiam Paulum/⁊ barnabā/iudam
⁊ sillam scribentes in hec vba. Visuz est spi
ritui sancto/⁊ nobis nihil vltra imponere
vobis oneris q̄ hec necessaria: vt abstine-
atis vos ab imolatis simulachroꝝ ⁊ san-
guine ⁊ suffocato. ⁊ fornicatiōe ⁊ ea que
vobis fieri nō vultis alij non feceritis ꝛc.
Actu. xv. Item Apostolus. Gal'. v. Ecce
ego Paulus dico vobis: quoniā si circūci
damini christus nihil pderit vobis. Hoc
etiam patet in visione ⁊ reuelatione facta
Petro. Actuū. x. vbi dictū est sibi. Quod
deus purificauit: tu ne cōe dixeris. Item
Rom. xiiij. Scio ⁊ confido in dño Jesu:
q2 nihil cōe per ipsuz nisi ei qui existimat
quid cōmune esse: illi cōmune est. Itē do-
minus hoc innuit cum dixit. Jo. iiij. Ue
nit hora in q̄ neq3 in monte hoc/neq3 hie-
rosolymis adorabitis patrē ꝛc. Multe etiā
alie auctoritates ad h̄ adduci possent: q̄s
gratia breuitatis omitto. Ut ergo ista ma
teria clarius elucescat. notandū q̄ legalia
veteris legis superueniente lege euāgelica:
cessare debuerūt quadruplici rōne/que ex
veteri ⁊ nouo testamēto colligunf.

Prima est: q2 erāt inefficacia ad homi-
nis iustificationem.

Scōa est: q2 erant vmbratica ad veri-
tatis manifestationē.

Tertia est: q2 sunt reuocata per nouam
dispositionem.

Quarta est: quia sunt terminata p ad-
impletionem.

Alia ratio: q2 erāt impossibilia siue in-
sufficientia ad eternaz saluationē. de hac
rōne. v. vide infra sermone primo pre iij.
sed hec pōt reduci ad primā. ¶ Prima er
go ratio ꝛc. Sacrificia eñ veteris legis/
siue holocausta/siue pacifica/siue alie ceri
monie: nō conferebāt gratiā gratum faci
entem: ⁊ psequēter nec iustificabant mū-
dando a pctis. Rom. iij. Justificati gratis
per gratiā ipsius. nec vitam eternā confe-
rebant: nō eñ p legem erat gratia/sed per
fidem vnius mediatoris Jesu christi. Et

hoc pbatur auctoritatibꝫ veteris ⁊ noui testamēti. Sed anteꝗ has rōnes videamꝰ posset aliquis querere: quō tunc fides. qñ christꝰ nondum venerat: ⁊ effectus nō est prior causa sua? Ideo p responsione notandum/ꝙ ſm illud tempus nullus saluabatur: nisi p christū. Act. iiij. Nec em̄ aliud nomen sub celo datū est ho.ibus/in ꝗ oporteat nos saluos fieri. Ista autē salus pōt dupliciter hoibus applicari. Uno mō p fidem/⁊ sic p christū saluabantur patres veteris testamēti.s.p fidem christi venturi: aliquid em̄ anteꝗ sit in effectu bene mouet: ſm actum anie/sicut finis mouet agentē. credere ẏo est actus anime. Alio mō applicatur salus p sacramēta hoibus adhibita que sunt nostre sctificationis instrumēta separata: tamē sicut em̄ edificationis materialis/artifex est causa efficiens pncipalis: manus vero eius instrumētalis cōiuncta: securis vero separata. sic in sctificatiōe p gratiā deitas est causa efficiens principalis: humanitas chri sicut instrumentuꝫ coniunctū. Sacramēto vero noue legis: sicut instrumēta separata/recipiētia ad h virtutē a deo/mediāte hūanitate chri: sic securis agit in edificationē/p motionē artificis mediante manu: q est instrumētuꝫ coniunctū: talis aūt virtꝰ dei seu actio nō fuit in sacris veterꝫ legis/que nō poterāt habere virtutē tale ab hūanitate chri futura: quia causa effectiua nō est posterior suo effectu. Et ideo dr apl's. Ro. viij. Nā qd impossibile erat legi in q infirmabat p carnē: deus filiū suū mittēs in silitudinē carnis peti. de petō dānauit pctm̄ in carne: vt iustificatio legꝫ impleret in nob ⁊c. predicta ponit Nico. de lyra. sup eplam. Ro. iij. Ad ideꝫ vide p eundē Nicolaū in pemio sup eplā ad Heb. ij. ca. x. Eiusdem eple. Uideamꝰ ꝗ nūc auctoritatē ⁊ pmo veterꝫ testamēti/vt ɔfundant iudei. Primo em hr. Gen. xxij. In semine tuo bndicent oēs gentes. Nota in semine tuo. i. in chro bndicent. i. eternā btitudinē ɔsequet oēs gentes: nō ergo tantū iudei. Ex hac ꝗ auctoritate pbat ꝙ bndictio. i. gratie collatio que ɔferenda erat gentibꝫ: ⁊ toti mūdo erat cōferenda p semen Abrae. i. chrm nō ꝗ p legem nō em dixit in lege/sed in semine tuo. alioqn seqret triplex incōueniēs.

¶ Primuꝫ ꝙ pmisso dei facta Abrae. de qua sup fuisset irritata p legem. nā si p legem fuisset bndictio dei collata/iam nō p semen Abrae: sed p legem fuissꝫ bndictio. ⁊ sic sequeret ꝙ lex frustrasset pmissionem dei factā Abrae qd est incōueniens. Unde Aplus. Gal. iij. Lex ergo aduersus pmissa dei abiit. Hanc rationē iam dictam ponit ibi Apl'us. ¶ Scdm incōueniens seqretur/qd soluꝫ iudeis benedictio. i. gratie collatio daret. nō autē gentibꝫ: qr lex solū iudeis data est. ps. Qui annunciant verbum suū Jacob iusti. ⁊ iu. sua israel non fecit taliter omni nationi. Si ergo p legē data fuisset benedictio: sicut lex soluꝫ iudeis data est sic ⁊ bndictio: ⁊ hoc est ɔtra auctoritatē allegataꝫ vbi dicit: ꝙ in semine tuo benedicent omes gentes. ergo nō solū iudei. ⁊ concor. Esa. xlix. Ubi introducit patrē loquentē ad filiū. di. Parum est: vt sis mihi seruꝰ ad suscitandas tribꝫ Jacob et feces israel cōuertendas. dedi te in lucem gentiū: vt sis salus mea: vsqꝫ ad extremuꝫ terre. Item. ps. Uiderūt omes fines terre salutare dei nostri. Item alibi oīnes gētes quascūqꝫ fecisti/venient ⁊ adorabunt coram te dñe/⁊ glorificabūt nomē tuum: ⁊ concor. Esa. ij. Ecce dies veniunt dr dñs Et infra. erit mons domus domini vertice montium ⁊ eleuabitur sup colles: ⁊ fluent ad eum omes gentes. ¶ Tertiū incōueniens sequeret. ꝙ si per legeꝫ gratia data fuisset: frustra christus mortuꝰ fuisset. iuxta illud Apostoli. Gal. ij. Si em per legem iustitia: ergo christus gratis mortuꝰ est. Nota gratis id est frustra ⁊ sine causa. Patet ergo: ꝙ non per legem data est gratia iustificans: sed per fidem christi. Ideo Genes. xij. Dixit deus Abrahe in te benedicent omnes gentes. Nota in te. i. in imitatiōe fidei tue. Item Gen. xv. Credidit Abraam deo ⁊ reputatuꝫ est illi ad iustitiam. Nota credidit. Fuit ergo iustificatus Abraam per fidem anteꝗ reciperet circūcisionem: per quod pbatur etiam/ꝙ non per legem esset iustificatio: sed per fidem Jesu christi. Unde Abacuc. ij. Iustus autē in fide sua viuet: ⁊ concor. Apostolus. Rom. iiij. ¶ Secūda auctoritas ad idem. Leui. iiij. ⁊. v. vbi dicitur. in oblatione hostiarū p peccato orabit p eo: scꝫ

offerente sacerdos: et dimittetur ei: ex quo innuit: q̄ pctm̄ nō dimittebaẗ ex vi sacrifi ciorū: sed ex fide et deuotōe offerētiū. Hāc rōnē ponit Tho. j. ij. q. ciij. ar. ij. ¶ Tertia auctoritas ad idem. ps̄. l. Postq̄ enim Dauid peccauit ꝯuersus ad penitentiam dixit. Qm̄ si voluisses sacrificiū dedissem: vtiq̄ holo. non delec. sacrificiū deo spirit⁹ cōtribulat⁹ cor cōtri. et humi. de⁹ nō despi cies. Nota holocaustis nō delec. Si em̄ p holocausta fuisset gr̄a collata: et ꝯsequenẗ iustificatio facta/ nō vtiq̄ dixisset Dauid Holocaustis nō delectaberis. Item. ps̄. xxxix. Sacrificiū et oblatiōnē noluisti/ au res aūt perfecisti mihi. holocaustū et pro peccato ñ postulasti/ tūc dixi ecce venio. Et sunt verba filij ad patrem. Nota. tūc dixi id est deliberaui. Ecce venio. i. vnio mihi humanitatē: q̄si dicat: ex q̄ homines pec catores non expianẗ a peccatis p sacrificia et holocausta/ necesse est vt ego christ⁹ ve niam p gratia iustificatiōis conferenda. et cōcordat Jo. j. Lex p Moysen data est. gratia et veritas per Jesum christū facta est. Ad idem. ps̄. xlix. Audi popul⁹ meus: et lo. isrl̄ et test. tibi dn̄s deus tu⁹ ego sum: nō in sacrificijs tuis arguā te. Glo. ibi. li ñ offers sacrificia carnalia nō offendar. ho locausta aūt tua/ nō vituloꝝ sed tua: id est q̄ in te ipso sūt. s. spirit⁹ ꝯtribulat⁹: in ꝯspe ctu meo sūt semp. dico nō arguam: q: ñ ac cipiam de domo tua vitulos. i. non habeo gratos vitulos. neq̄ de gregib⁹ tuis hir cos et c. vsq̄. sanguinem hircorum potabo. Ostendēs ergo de⁹ q̄ sacrificia nō sibi pla cebāt. ita q̄d p ea gratia ꝯferreẗ: vult mo do ostendere quid sibi placet: ideo subdit. Immola deo sacrificium laudis et redde altissimo vota tua: et inuoca me in die tri bulationis. eruam te et honorificabis me. Nota immola deo sacrificiū laudis: id est lauda deum ita q̄d laus tua sit ei sacrifi cium: scʒ imolando teipsum s̄m libidinē: luxuriam: superbiam: auaritiam: Patet q̄ q̄ per legalia nō iustificabatur quis a pec catis. ¶ Quarta auctoritas Ezechiel. xx. vbi dixit deus. Dedi eis precepta non bo na et iudicia i quib⁹ nō viuēt: quare autē dicanẗ precepta ñ bona. vide infra ad idē. Esaie. j. Holocausta arietum: adipem pin guium et sanguinem vituloꝝ et hircorum

et agnorū nolui. Ad idem Michee. vj. vbi dicit. Quid dignū afferam dn̄o: curuabo genua deo excelso: nūquid offeram holo caustomata et vitulos anniculos: nūqd placari potest deus in milib⁹ arietum an i multis milib⁹ hircorum pinguium. Nun quid primogenitū dabo meum pro scele re meo: fructum ventris mei pro peccato anime mee. Indicabo tibi homo q̄d sit bo nū: et quid dn̄s querat a te. vtiq̄ facere iu dicium: et diligere misericordiā et solicitus ambulare cū deo tuo: et sic patet multe au ctoritates veteꝝ testamēti. Modo venia mus ad auctoritates noui testamenti. Et primo apostol⁹ expresse dixit h̄ presertim Heb. x. Impossibile est inquit sanguine hircorum et tauroꝝ auferri peccata. Et Gal. iij. Qm̄ autē in lege nemo iustificaẗ apud deum manifestū est: q: iustus ex fi de viuit. Itē ibidem. Si data esset lex que posset iustificare: Christ⁹ gratis mortu⁹ est. Item Ro. iij. Arbitramur em̄ iustifi cari hominē per fidem sine operib⁹ legis: Patet ergo q̄ legalia erant inefficacia ad iustificationē. Propter hoc ergo christus veniēs tulit legem euangelicā per quā in fundiẗ gratia iustificans a peccatis. Nā sacramenta noue legis a christo instituta habēt efficaciā cōferendi gratiā instrumē taliter ex ipso opere operato: q̄d non pote rant legalia. Et hanc primā rationē assi gnat ap̄lus. Heb. vij. di. Reprobatio q̄dē fit p̄cedentis mādati ꝓpter infirmitatem eius et inutilitatē: nihil em̄ ad perfectum adduxit lex. Diceret aliquis. Si legalia ñ iustificabāt/ nec gratiā conferabāt et c. Ad quid ergo fuerāt instituta: Rn̄. ad multa. Primo loquendo de moralibus: ad hoc q̄ pctā cognoscerenẗ: que prius nō cognosce banẗ: offuscato lumine ratiōis naturalis per cōcupiscentiā: vt dixi supra. sermōe. ij. pre. j. Item precipiebāt bene viuere. Itē loquendo de preceptis iudicialib⁹ punie bant transgressores: vt patet Exo. xx. Et sequentib⁹ capitulis. Unde Gal. iij. Lex propter trāsgressores posita est. Et ex hoc lex erat magna occasio peccādi. Cum em̄ preciperet bene viuere et non cōferret gra tiam adiutricem: erat occasio peccatoꝝ: eo q̄ semp homo nitimur in vetitum sem per cupimusq̄ negata: et ideo multi erant.

transgressores legis. Et hoc ꝑmisit deus vt hoīes nō supbirent: de ꝓpria virtute: sꝫ humiliarent̃ se nō posse seruare iustitiam sine adiutorio diuino. ꝓpter h̄ dicit̃ Ezech. xx. Dedi eis p̄cepta nō bona ꝛ iudicia in quibꝫ nō viuet. Itē Ro.vij. Occasiōe āt accepta pctm̄ ꝑ mādatū operatū est in me oēm ꝯcupiscentiā: ꝛ infra ꝛ inuentū est mihi mandatū quod erat ad vitā: hoc esse ad mortē. Itē loquēdo de cerimonialibꝫ fuerunt instituta multiplici de causa. Primo ad cultū diuinū exercendū. Scdo ad fugiendā idolatriā: ad quā iudei erāt valde ꝓni: ꝛ h̄ vult Hiero. sup Mat. ꝛ hr̄ i decretis. xxij. q. j. Considera. Vn̄ ne illa sacrificia idolis offerent: p̄cepit deꝰ vt sibi offerent̃. Ad silitudinē de aliquo q̄ essꝫ ꝓnus ad cantandū aliq̄d vanū: cui prudens hō iniungeret: vt cantet aliquā laudē chr̄i vl' virginis. Tertio qꝛ cerimonialia q̄ veterꝫ legis erant ꝓtestatiōes fidei: vt ptꝫ d̄ circuncisiōe q̄ fuit data in signū fidei Abrae vt patet Ro. iiij. Figurabāt statū noue legis: vt infra dicet̃. Itē quarto tollebant ꝛ purgabāt maculas irregularitatꝫ ꝯtractas ex statuto veteris legis. Vn̄ dic̄ Apostolus Heb. ix. ꝙ sanguis hircorū ꝛ taurorꝫ ꝛ sanguis vitule aspersꝰ inq̄natos sanctificat ad emundationē carnis: nō dicit anie: sed carnis. Et ideo etiā cerimonie veterꝫ legis vocant̃ ab Ap'lo ibidem: iustitie carnis. Iustitijs inquit carnis vsq3 ad tempꝰ correctiōis iposits. Et sic dꝫ intelligi dictū Hiero. ꝙ hr̄ in decretis. xij. q. ij. gloria. vbi dicit: ꝙ sanguis pecudū erat remissio peccatorū. i. figura remissiōis pctōꝝ: sic ibidē Hiero. subdit di. Quāquā hec oia p̄cesserint in figura ꝛc̄. ptꝫ ꝓma ratio. Sed in fine istiꝰ ꝓme ratiōis mouet̃ dubiū: qꝛ videt̃ ꝙ lex mosayca iustificaret: saltē quātū ad moralia. Mat. xix. Si vis ad vitaꝫ ingredi serua mandata. Et loquit̃ de mādatis decalogi. Rn̄deo s̄m Tho. in. iij. sentē. dist. xl. arti. iij. Obseruātia mādatoꝝ ad vitam eternā ꝯsequendā requirebat̃: qꝛ sine ea ad vitā eternam intrare nō pōt: q̄ tempus habet operandi: non tamē obseruantia mandatorū ad vitā eternam cōsequendam sufficiebat: nisi modus charitatis adiungeret̃: quā lex nullo modo causare poterat. Et ideo non perfecte iustificabat s̄ꝫ Tho. Item contra Leuit. xviij. Custodite leges meas atq3 iudicia: q̄ faciens hō viuet in eis. Sed Rn̄. Loquit̃ d̄ vita corporali quā perdere d̄bebat per iudiciū legꝫ: sicut patet ibidē. Itē contra de circūcisiōe per quā conferebat̃ gratia iustificās: ꝛ tollebat̃ originale. Sed Rn̄. Circūcisio non erat introducta nec instituta ꝑ legem mosaycaꝫ: sed ante: qꝛ fuit data Abrae. Gen̄. xvij. Vn̄ Joan. vij. Moyses dedit vobis circuncisionē non qꝛ ex Moyse est: sed ex patribus: vel dic q̄d circūcisio iustificabat non ꝑ se: sed per fidē christi. Scda rō est quia erat vmbratica. Nam legalia erant vmbra: siue figura eoꝝ que ꝯtinent̃ i vno testamēto: sic̄ agnus paschalis: de q̄ Exo. xij. figurabat christū occidendū. Vn̄ Jo. Allegauit h̄ di. Os non cōminuetꝫ ex eo Joā. xix. Itē circuncisio figurabat baptismum. Coll. ij. Circūcisi estis circūcisione nō manufacta: sed in circuncisione christi cōsepulti ei in baptismo. Itē sabbatum figurabat requiē christi in sepulchro q̄ntuꝫ ad diei determinationē: s̄m quā preceptuꝫ de sabbato erat cerimoniale: ꝓpter hoc dic̄ ap'ls. j. Coꝝ. x. ꝙ oia in figura ꝯtingebant illis: hoc aūt ꝓbatur auctoritatibꝫ veterꝫ testamēti. Nā in signum huiꝰ ꝙ ea q̄ erāt in veteri testamēto: erant velata ꝛ obscura reuelāda ꝑ veritatē noui testamēti. d̄r Exo. xxxiiij. ꝙ Moyses velabat faciē suā q̄n loquebat̃ filijs israel: velamen autem istud fuit sublatum ꝑ christū: per quē veritas ꝛ gratia data ꝛ facta est. Joan. j. Lex per Moysen data est: gratia ꝛ veritas per Jesum christū facta est. Sed velamē istō adhuc manet in cordibus iudeoꝝ: ꝛ manebit vsq3 ad finem mundi vsq3 quo. s. veniet Helyas qui docebit iudeos: tunc existētes legem Moysi intelligendā esse spiritualiter: quā nunc carnaliter intelligunt: ꝓpter ergo hanc obscuritatē iudeoꝝ d̄r. ps̄. Obscurent̃ oculi eorum ne videant ꝛ dorsum eoꝝ semꝑ incurua. ꝛ Ap'ls. ij. Coꝝ. iij. Sicut Moyses ponebat velamen sup faciem suam: vt nō intenderent filij israel in faciem eius ꝙ euacuat̃: sed obtusi sunt sensus eoꝝ vsq3 in hodiernū diem idipsuꝫ velamen in lectione veterꝫ testamēti manet nō reuelatū: q̄m in christo euacuat̃: sed vsq3 in hodiernuꝫ diem cum legit̃ Moyses

velamē est positū sup' co2 eorum: fuit ergo lex vetus vmbratica z figuratiua lucis et veritatꝫ noui testamēti reuelati p christū. Vn̄ Heb.x. Vmbrā habens lex futurorū bonoꝝ nō ipsam imaginē rerū glo.i. veri-tatē hoc etiā3 nota. Ezech.j. Vbi dicit q erat rota in medio rote quod exponit Gre. i. nouū testamentū in veteri in cui9 signū chro mortuo in cruce velū templi qd erat an̄ sancta sctōꝝ scissuꝫ est. Mat.xxvij. Et io sic vmbra cessat adueniēte luce: sic z le-galia cessauerūt adueniente chro q est lux vera: p3 scd'a ratio. z hāc rōnem assignat apls di. Nemo vos iudicꝫ in cibo aut i po tu/aut in pte diei festi/aut neomenie/aut sabbatoꝝ q sūt vmbra futuroꝝ: corp9 aūt christi. Col.ij. Sed q lex antiq fuerit: fi-guratiua z vmbratica: pbat multiplici ex rōne. Prima videlicꝫ q antiquit9 pmitte bat lex in premiū seruitij dei bona tpalia: iuxta illd q hr Deu.xxvij. z.xxviij. z Esa. j. Si volueritis z audieritꝫ bona terre co-medetis. tunc arguit sic. no o3 meritū esse excellenti9 z nobilius pmio: sed virt9 pro cui9 mercede pmittebant bona terena erat excellentior qbuscūq bonis tpalib9: g nō debuit in premiū virtutis. premiū bonoruꝫ tpaliū pmitti. Preterea vita hoīs est no-bilius bonū tpale: q cetera tempalia. Si aūt in lege veti pcipiebat: vt vita deberet perdi potius q lex nō obseruari. opo2tꝫ di-cere q aliqd premiū esset pmissum in recō pensatione mortis q bona tpalia: que du rant tm̄ in vita ista. Istud autē premiū nō pōt esse alid nisi vita eterna. que tn̄ expsse pmissa non erat in lege Moysi. opo2tet g dicere q figuratiue pmittebat sub repro-missiōe bonorū tpaliū. z sic p3 q lex antiq erat figura z vmbratica. Preterea z ter-tio nō pōt esse repromissio z premiū bono rum illud q est cōmune malis z bonis: sꝫ bona tpalia fuerūt z sunt cōia malis z bo nis: vt p3 p experientiā. nam z antiquit9 quecūq bona tpalia pmittebant iudeis i pmiū legalis obseruantie fuerūt eqlit. quin imo largi9 collata paganis q iudeis: vt p3 de dn̄io z multiplicatiōe reꝝ tpaliuꝫ: longitudine vite: scientia et ceterꝫ hmōi: z multiplicatiōe seminis repromissa Ab b:ae. Gen̄.xxij. q multo plus fuit multi-plicatū in paganis. Et sic etiā hodie vide mus bona tpalia ex diuina puidentia cō-cedi electis z malis: ppter qd dr Eccs.ix. Vniuersa eque eueniūt iusto z ipso bono z malo/mūdo z imundo: imolanti victi-mas z sacrificia ptēnenti. Opo2tet g dice re qd aliud premiū sub vmbra z figura q-dam pmittebat ipsis iudeis p obseruātia legis: quod alid excogitari nō pōt: nisi vi-ta eterna: quā christ9 clare manifestauit. Et ideo patet qd illa lex erat vmbratica: z sic p terram pmissiōis lacte z melle manā tem figuratiue intelligebat terra viuētiū id est vita eterna. alioquin fertilior terra erat egyptus quā illa. Sic p hierusalēꝫ ter restrē intelligit supna hierusalē: q est mat nostra. Gal.iiij. Sic p sabbatū z alia ceri monialia. z hoc vult Aug. in li.iiij. c Fau stum: vt refert sctūs Tho.j.ij.q.vlti.arti. vlti. Vbi dic Aug. q in illis tpalib9 pmis sis figure fuerūt futuroꝝ spūaliū: q im plentur in nobis. Adde que notāt in.iij. senten. distin.xl.q.iiij.ar.j. Tertia rō: q: sunt remota p nouam dispositionē: hec rō potest dici legalis. Pa similitudinē de testa-tore: qui cōdidit primū testamentū: z po-stea condit scdm: q: per scdm reuocat pri mum sm leges. xij.q.ij.c.vl. voluntas. sic z papa faciens secundā ɔstitutionē nouā: reuocat primā: si de prima nō faciat men-tionē. de consti.c.j.lib.vj. Modo ad ppo-situm diuina sapientia cōdidit duplex te-stamentū. Primū fuit lex mosayca: cuius testamenti notarius fuit Moyses testes Aaron z Maria: in qua lege pmisit here ditatē bonorū tpaliū populo suo fideli: nō autē eternā: q: nullibi legitur in lege mo-sayca pmissa vita eterna: sed prosperitas z abundantia bonorū tpaliū: vt p3 Deut. xxviij. Esa.j. Si volueritꝫ z audieritꝫ bo na terre comederis. non aūt pmittebat vi tam eternaꝫ. Ratio: q: vita eterna datur ex amore. Lex aūt illa erat lex timoris nō amoris. Ro.viij. Nō em̄ accepistis spiritū seruitutis iterum in timore: sed accepistis spm adoptionis filioꝝ: in quo clamamus abba pat. In cui9 signū fuit data cū timo re: vt p3 Exo.xx. Et dixi sup sermone.ij. pte.j. Postmodū xo fecit sm testamentū: qd est lex noua euangelica: in q pmisit de us vitā eternā suantib9 legē. Vnde prima chri pdicatio incepit. Penitentiam agite

appro. enim reg. celorum. Matth. iiij. et Mat. xix. Si vis ad vitã ingredi serua mãdata: quare aũt lex vetus nõ pmittebat nisi solum tpalia: et lex noua euangelica pmittit eterna. Ponit Tho. in. iij. sen. di. xl. vbi sic dic. Dicendũ q̃ fm Diony. in. iij. c. Celestis hierarchie. lex noua media est inter ecclesiã celestẽ et statũ veteris legis: ideo etiã bona: q̃ in celesti ecclia palam et copiose exhibent in lege noua manifeste pmittunt. in veteri aũt lege nõ pmittebant nisi sub quibusdã figuris. Vñ Heb. x. dicit: vmbrã habens lex futurorum bonorũ etc. Et hoc propter tres causas precise. Primo: vt ex his q̃ cognoscebãt assuefierent: etiã maiora a deo sperare. Scdo vt nõ solum cognitio: sz affectus a tpalibus ad eterna manu ducerent. Tertio qz bona etna nõ statim poterant eis exhiberi: nondum soluto pcio. Vñ dilatio pmissorum inefficacẽ faceret apud ifirmos pmissionẽ. Tho. Per h̃ q̃ q̃ fecit fm testamẽtũ reuocauit primũ: et qz testamentũ sumit robur et efficaciã ex morte testatoris: voluit deus hũanari et mori: vt testamentũ istud cõfirmaret. Et hec ratio pbat veteri et nouo testamẽto. veteris quidẽ testamẽti auctoritas sumit ex Hieremia. xxxj. vbi sic dic. Ecce dies venient: dic dñs. Et ɔsũmabo supra domũ israel et supra domũ Juda testamentũ nouũ: non fm testamentũ: qd feci patribus eorum in die qua apphẽdi manũ eorum: vt adducerẽ eos de tra egypti: et infra. hoc erit pactũ: qd feriam cũ domo israel. Post dies illos dicit dñs. Dabo legẽ meã in visceribus eorum et in corde eorũ scribam eã: et ero eis in deuz: ipsi erũt mihi in pplm. Nota fm testamentũ q̃ feci pribus eorũ: qz. s. illud pmittebat solũ terrena. nouũ vero eterna: vt. s. dixi. Vñ in ɔsecratiõe sanguinis dixit chrust. Hic est calix sanguis noui et etni testamẽti etc. Itẽ illud i timorẽ: vtpote fuis datus ẽ. Exo. xx. Istud po i amorẽ: vt pz. Mat. v. Itẽ illud solũ iudeis datũ est. Istud ãt oi creature. Mar. vl. Itẽ illud a deo i forma seu in specie ignis. Istud aũt a deo in forma hũana: et in corde eorum scribaz eam. Ro. v. Charitas dei diffusa est i cordibus nris: p spm sctm q̃ datus est nob. Ad idez. Esa. ij. De sion exibit lex: et verbũ dñi: de hierusalẽ: de qua loquit pheta hic in futuro: non quidẽ de lege Moysi: qz illa data fuerat. Oportet g̃ q̃ intelligatur de lege euangelica: que data erat in sion: qz in templo Salomonis: qd erat situ in sion chrs predicabat. Item Esa. xx. Attẽdite popule meus ad me: et tribus mea audite me: quia lex a me exiet et iudiciũ meũ in lucez populorum requiescet etc. Non põt ista auctoritas intelligi nisi de lege noua euãgelica quã etiaz expectabat Dauid dicẽs. Legez pone mihi dñe viã iusti. tuarum. Videamus mõ auctoritates noui testamenti. Aplus Heb. viij. Introducẽs. Hieremie pphiaz subdit. Dicẽdo aũt nouũ veterauit prius qd aũt antiquat et senescit: pe interitum est. Quia aũt ad testamentũ cõfirmandũ requirit mors testatoris: ideo voluit testator mori. Mori aũt nõ poterat in diuinitate. ideo assumpsit humanitatẽ: in q̃ moriendo ɔfirmauit testamentũ nouũ. Vnd Apls. Heb. ix. Noui testamenti mediator est. s. chrust vt morte intercedẽte in redemptiõez earũ puaricationũ: q̃ erãt sub priori testamẽto repromissionẽ accipiant: q̃ vocati sunt eterne hereditatis: vbi em testamentũ est: necesse ẽ vt mors intercedat testatoris. Testamẽtũ em in mortuis confirmatũ est. alioquin nondũ valet dum viuit q̃ testat est. Ad idem habẽt etiã auctoritates veteris testamẽti. s. de irritatiõe sacrificiorũ veteris legis. Dañ. ix. Postq̃ ei pphã posuit temp aduẽtus christi et mortem ipsius dixit. Confirmabit aũt multis pactum hebdomada vna: et i dimidio hebdomadis deficiet hostia et sacrificiũ etc. hic extractuz est illud. Cum venerit sanctus sanctorũ cessabit vnctio vestra. hoc autez qd hic dicitur de hebdomada etc. intelligẽdum est fm Magistrũ historiarũ scholasticarũ de tribus annis et dimidio: quibus predicauit christus. et qd patribus promiserat confirmauit. Nam tres anni et dimidius huius hebdomadis nouissime pterierant quando baptizatus est dominus: et in dimidio eiusdem hebdomadis: residuo circa finem deficiet hostia et sacrificiũ id ẽ veniente veritate cessabunt vmbre: et in templo erit abominatio desolationis. i. abominanda et desolata erũt sacrificia oino post mortẽ chri: et vsq ad finẽ mõi durabit hec dsolatio. Itẽ Osee. iij. dies multos sede

bunt filij israel sine rege/ et sine principe/ et sine sacrificio/ et sine altari/ et sine ephot/ et sine seraphin: et post hec reuertentur filij israel et querent dominum deum suum: et Dauid regem suum etc. Item Malach. j. Non est mihi volun tas in vobis/ dicit dominus exercituum: et munus non suscipiam de manu vestra: ab ortu enim solis vsque ad occasum/ magnum est nomen meum in gentibus dicit dominus exercituum. Ad idem lex antiqua et sacerdotium sunt inuicem coniuncta sed sacerdotium Aaron a deo institutum/ erat mutandum per sacerdotium christi: ergo et lex etiam erat mutanda per legem christi minor probatur per ps. cix. Iurauit dominus et non penit. eum: tu es sacer. in eter. secundum ordi. mel. Nota secundum ordinem melchisedech. non dixit secundum ordinem Aaron mutandum quia erat sacerdotium Aaron: in sacerdotium christi: quod est secundum ordinem melchisedech. quia consequenter et lex mutanda erat. hac ratione assignat Apostolus. Heb. vij. vbi dicit Translato enim sacerdotio necesse est: vt et legis translatio fiat. vide ibi de hoc latius. Et sic patet tertia ratio. ¶ Quarta ratio: quia sunt terminata per adimpletionem. Pone exemplum in instrumento in quo continetur promissio alicuius debiti soluendi tali tempore certo vel incerto: certum est quod soluto debito adimpletur promissio et cassatur instrumentum. Sic in proposito in lege veteri promittebatur messias venturus/ per quem lex noua fereda erat: vt habetur sup prima parte. et per hoc firmando et credendo instituit deus in veteri testamento legem prophetias/ et figuras. Aduenientem quia christo et lege noua: iam impleta est promissio legis veteris: et probatur. Vnde Mat. v. Non veni soluere/ sed adimplere. Adimpleta quia promissione restat/ vt cassetur instrumentum promissionis quod erat vetus testamentum. Christus ergo fuit finis legis. Ro. x. Finis enim legis christus est: ad iustitiam omni credenti: et ipsam legem seruauit: vt ipsam impleret et terminaret: et consequenter per christum liberati sumus a seruitute legis. Vnde Gal. iiij. At vbi venit ple. te. misit deus filium suum fac. ex mul. factum sub lege: vt eosque sub lege erant redimeret. Sic et mori voluit/ vt a morte nos redimeret: sicut notatur sup sermone primo parte. j. in. iiij. ratione. Et per hoc respond. ad primam rationem sup formatam in principio sermonis: que arguebatur/ quod nos tenemur seruare legalia etc: eo quia christus seruauit illa. Erat ergo per aduentum christi et mortem eius: lex antiqua mutanda in legem nouam: et testamentum vetus mutandum in testamentum nouum: et cultus cerimonialis mutandus in cultum spiritualem. Et hoc innuit ipse christus. Io. iiij. Quando loquens cum samaritana dixit. Venit hora/ quando neque in monte hoc/ neque hierosolymis adorabitis patrem. Sed veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. In quibus verbis dominus innuit: quod cultus cerimonialis qui erat olim determinatus/ in lege erat in spiritualem commutandus. Sicut nota. Tho. j. ij. q. cviij. art. iij. ad tertium. Hoc etiam vult apostolus/ quando assimilauit legem pedagogo di. Itaque lex pedagogus noster fuit in christo: vt ex fide iustificaremur. At vbi venit fides/ iam non sumus sub pedagogo. Gal. iij. Et sic patet quarta ratio. Restat modo respondere ad illud quod in contrarium opponebatur: videlicet quod Petrus et Paulus seruauerunt legalia. De quo dic per Tho. j. ij. q. ciij. ar. iiij. ad primum et secundum.

¶ De lege gratie. videlicet de lege euangelica. Sermo. VII.

Sic currite vt etc. Viso de lege nature/ et de lege scripture restat modo videre de lege gratie: que dicitur lex noua. s. euangelica que incepit a christo. Prima enim durauit vsque ad Moysen. Secunda a Moyse vsque ad christum. Tertia a christo vsque in sempiternum: ideo dicitur testamentum nouum et eternum. Pro huius declaratione est notandum/ quod vera conclusio est in theologia/ quod lex noua siue euangelica est principaliter lex indita: sed secundario est lex scripta: vt ponit Tho. j. ij. q. cvj ar. j. Lex autem indita est lex spiritussancti que non scribitur in chartis membranis: nec bombicinis: nec in tabulis lapideis: sicut olim fuerat lex scripture: sed in corde hominis scribitur. non quidem naturaliter: quia hec est lex nature. de qua Rom. ij. Cum enim gentes que legem non habent naturaliter. ea que legis sunt faciunt ipsi sunt sibi lex: qui o. opus. l. scrip. in cordibus suis. sed scribitur supnaturaliter a spiritusancto: que dicitur lex vite quasi regula quedam dirigens hominem ad vitam. de qua lege dicit apostolus

Ro.viij. Lex spirit⁹ vite in christo Jesu li beravit me a lege peccati ꝛ mortis. Ideo de hac lege ꝓphetans Hieremias postꝙ dixit. Ecce dies venient dicit dñs. Et consumabo sup domū Juda: ꝛ sup domū Isrl testamentū nouū ꝛc. Subdit. post dies illos dicit dñs. Dabo legem meā in visceribus eoꝝ: ꝛ in corde eorū scribam eam ꝛc. Hiere. xxxj. Et hanc legem dedit christus Vñ Joan. j. Lex ꝑ Moysen data est gratia ꝛ veritas per Jesum christū facta est. Joan. xx. Insufflauit ꝛ dixit eis. Accipite spiritūsanctum. Lex ergo euangelica pncipaliter est lex indita. i. gratia spūsancti: nō tamē intelligas ꝙ ante christū gratia spūssancti nō fuerit data pluribꝫ. Nā multi in antiqua lege saluabant: sed non in tanta abundātia fuit olim data gratia: sicut post christum. Item quicunqꝫ habebat gratiam in veteri lege habebat nō aliter: nisi per fidem christi: quia fides iustificabat: non autem lex Moysi: vt dixi sup sermōe ꝓmo: parte. j. Ubi agit: Utrū teneamur obseruare legalia veteris legꝭ. Unde quicunqꝫ habuit gratiā olim fm hoc pertinebat ad legem nouam siue ad nouū testamentū: vt dicit Tho. j. ij. q. cvj. ar. j. ad tertium. ꝛ arti. iij. ad scdm. ꝛ. q. cj. arti. j. in responsiōe ad scdꝫ ꝛ tertiū argumētū. ❡ Sed qꝛ ad recipiendam istam gratiā requiritur ꝙ homo se preparet ꝛ disponat quia actus actiuoꝝ sunt in patiente dispositoꝫ: ideo christus dedit aliqua documēta verbis ꝛ in scriptis que informant intellectum: ꝛ voluntatem hoīs: ꝛ disponunt ad gratiam huiusmodi recipiendā. Illa aūt que disponunt intellectum sunt documēta fidei. s. credere in vnum deū patrem oīpotentem creatorē celi ꝛ terre ꝛc. que cōtinentur in symbolo. s. articuli fidei quibꝫ instruitur homo circa credenda. Illa aūt que disponūt affectū ꝛ voluntatē sunt scripta bene viuendi que continentur in lege euangelica: in quibꝫ quidem preceptis cōtinent pcepta legis nature: ꝛ etiā legꝭ scripte. s. mosayce: in qbꝫ instruitur homo circa agenda. De pceptis legis nature habet Mat. vij. Quecūqꝫ vultis vt faciant vobis homines ꝛ vos facite illis de preceptꝭ legis scripte habetur Mat. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Addidit ēt alia precepta vltra precepta legis nature ꝛ scripte. s. de sacramentꝭ recipiendis. Et sꝫ hoc lex noua dicit lex scripta secūdario sed principaliter lex indita: vt dictum est. Quare autem ista lex noua nō fuit data a deo a principio mundi: ponit Tho. tres ratiōes quas gratia breuitatꝭ omitto: de quibꝫ vide Tho. j. ij. q. cvj. arti. iij. Si autem vis facere introductionē breuiorem dic sic: videlicꝫ Notandū ꝙ lex gratie dicitur lex euangelica: et hoc triplici ratione. Pmo ratiōne dantis: qꝛ lex antiqua veteris testamēti fuit data a deo mediante Moyse ꝛ in forma ignis Exo. xix. Lex aūt euāgelica data ē a deo imediate ꝛ ī forma humana. i. christo. Scdo ratiōne modi: qꝛ lex vetus fuit data cū terrore: vt patet Exo. xix. Dic historiam ꝛc. Sed lex noua cū dulcedine: vt patet Mat. v. Uide ifra in eodem sermōe. parte. j. Tertio ratiōe effectus: qꝛ per legem veterē non dabatur gratia ꝛc. vt dixi sermone ꝓmo. parte. j. Sed per legem nouā sic: vt habetur infra in eodē sermone. pte. iij. Ideo dicit Joā. j. Lex per Moysen data est gratia ꝛ veritas per Jesum christū ꝛc. Loquēdo ergo hodie de hac lege gratie siue euāgelica est notandū: ꝙ ista lex excedit omnē aliam legem datam humaniter vł diuinit⁹ in sex. ꝓpter quod potest dici ꝙ lex gratie fuit necessaria vltra legem scripture ꝛc.

Pmo in vitioꝝ extirpatiōe.
Scdo in moꝝ ordinatiōe.
Tertio in felicitatis collatiōe.
Quarto in veritatꝭ dilucidatiōe.
Quinto in facili impletiōe
Sexto in gnālitatis extentiōe.

❡ Pma igit excellentia legis euāgelice qꝫ oēs alias leges excellit est in vitioꝝ extirpatione: ad hoc em̄ leges sunt date vt vitia extirpent: ꝛ quos priuata castigatio cohibere non potuit metu penarū que legibus infligunt a maleficijs retrahant. ꝓpe qd dicit apostol⁹. j. Tim. j. Justo lex nō ē posita sed iniustis: ꝛ non subditis impijs ꝛ peccatoribꝫ: sceleratis ꝛ contaminatis: patricidijs ꝛ matricidijs: homicidijs fornicarijs: masculorū cōcubitoribꝫ: plagiarijs: mendacibus ꝛ periurijs: ꝛ siquid aliud sane doctrine aduersatur ꝛc. In hac āt extirpatione vitioꝝ lex humana inuenit

defectiua: q non potest prohibere omnia mala. Cuius rō est: q cōmunitati ꝓponitur obseruāda: in cōmunitate aūt pauci inueniunt' ꝟtuosi ⁊ pfecti ⁊ plures imꝑfecti et defectuosi: q stultoꝝ infinit' est numer'. Eccē. j. Et ideo sicut pueris aliqua ꝑmittunt' que nō ꝑmitterent' viris pfectis. Ita in legib' q̄ cōitati seruāde imponunt' aliq̄ mala minora ꝑmittunt': vt maiora vitent': sicut lex canonica meretricia publica: ꝓpt' imꝑfectionē multitudinis que castitatē obseruare nō potest: dissensionē incurrat. Uñ Aug. in li. ꝺ ordie. Aufer meretrices de ciuitatib' ⁊ oīa cōturbabis libidinib'. tamē nō excusant' a pctō ⁊c. Sic ⁊ multa alia lex ciuilis ꝑmittit: que a lege diuina reprobant': vt dicam infra sermo. ꝓximo. Uerūtamē ista mala que auferre homo n̄ pōt: relinquit iudicio diuino punienda. sic ⁊ dicit lex: q iurisiurandi ɔ̄tempta religio solum deū habet vltorē. l. iureiurādi. C. de iureiu. Uñ Augu. in li. de liberoarbitrio. lex ista que regendis ciuitatib' fertur multa cōcedit atq3 īpunita relinquit que p diuinam puidentiā iudicant'. Silr lex mosayca diuinit' data aliqua mala ꝑmittit: sic ꝑmisit dare libellū repudij: vt habet' Deu. xxiiij. Ne vxores interficerentur: sic ꝑmisit tradere ad vsuram extraneis: ne fratres ꝓprios grauarēt: sic habet' Deut. xxiij. Cuius ratio: q lex illa fuit data populo rudi dure ceruicis ⁊ imꝑfecto. Et ideo fuīt eis ꝑmissa aliqua mala minora vt euitentur maiora: ꝓpter quod saluator dixit iudeis: loquēs de diuisione vxoris cū interrogassent eum. Quid ḡ Moyses mandauit dari libellū repudij ⁊ dimittere: ait illis q̄m Moyses ad duritiā cordis vestri ꝑmisit. Sic igit' patet: q tam lex humana q̄ lex mosayca ꝑmittit aliqua mala: ⁊ sic reperit' imꝑfecta quantū ad extirpationē vitiorū. S3 lex euāgelica nullū malū ꝑmittit tanq̄ pfectissima: sed oīa excludit et punienda p̄dicit ꝓpter qđ legislator euangelic' Ies' chr̄s dicit. Dico aūt vobis: q de omni verbo ocioso q locuti fuerint hoīes sup terrā reddent rōnē in die iudicij. Mat. xij. Si de oī verbo ocioso mlto magis de nociuo. Et si de verbo multo magis de facto. Et p̄sertim lex euangelica excludit illud ꝺ libello repudij: vt hz Mat. xix. ⁊ eiusdē. v. Ubi dicit': dictū est autē: quicūq3 dimiserit vxorē suam det ei libellū repudij. Ego autē dico vobis quia quicūq3 dimiserit vxorem excepta causa fornicatiōis: facit eā mechari ⁊c. Itē ꝺ vsura Lu. vj. Mutuū date nihil inde sperātes. Et sic p3 p̄mū.

¶ Scđa excellentia ⁊c. in morū ordinatione. Nā ad q̄libz legē ꝑtinet act' hūanos ad bonū ordinare. Uñ dicit ph̄s in. ij. ethicorꝝ. q intentio cuiuslibet legislatoris est ciues facere bonos. in hoc autē inuenit' lex humana defectiua: p̄sertim circa actus interiores ⁊ occultos: q homo nō pōt de secretis cordium iudicare. ⁊ ideo nō pōt lex humāna nisi de actib' exteriorib' ordinare: q de his pōt homo legem ferre: de q̄b' potest iudicare: homo autē videt ea q̄ parent: de' aūt intuet' cor. Sicut di. j. Reg. xvj. Item Hiere. xvij. Prauū est cor hoīs ⁊ inscrutabile: ⁊ q̄s cognoscet illud. Ego dñs scrutās cor: ⁊ ꝓbans renes. Ideo lex humana nō pōt actus interiores ordinare sed hoc ꝑtinet ad legem diuinā. Uñ dicit lex canonica. de manifestis quidē loq̄mur secretorum autem iudex ⁊ cognitor deus est. xxxij. di. erubescāt. Ad idem facit text' c. fi. de simo. Idem dicit lex cogitatiōis penam nemo patiat'. ff. de penis. l. cogitationis canonizata. de pe. di. j. cogitatiōis. qđ intellige sane q̄n cogitatio illa non ꝓgreditur ad actū exteriorē al's secus. l. Siquis non dicas rapere. C. de epi. ⁊ cle. Sic ergo lex humana in h̄ est defectiua. Sic etiā ⁊ lex mosayca reperit' i h̄ defectiua: ꝓpter qđ dicit' a doctorib' antiq̄s: q lex vetus ꝓhibet manū non animū vt habetur in glo. Phil. iij. Qđ itelligūt doctores iudeoꝝ ⁊ male: dicētes volūtatē malā n̄ eē pctm̄: nisi aliq̄ modo exeat i actū exteriorē. vt pa3 ꝑ Iosephū. xij. libro āntiq̄tatū ⁊ q̄n arguebat' ɔ̄ eos q scriptū est. Exo. xx Non ɔcupisces rem ꝓximi tui. Rñdebāt sic: q hoc p̄cepto nō ꝓhibetur cōcupiscētia interior: s3 manifestatio exterior: q̄si dicat: nō cōcupisces. i. signa ɔcupiscētie nō facies: vt amplexus ⁊ oscula ⁊ his similia: s3 hoc est manifeste falsum: q actus exterior nō h3 maliciā vel bonitatē moralē: nisi in quantum p̄cedit ab actu interiori: pctm̄ eñ vt dicit Aug. xv. q. j. c. j. in fi adeo malum voluntariū est: vt nisi sit voluntariū oīno non sit

peccatū. Vñ meli⁹ intelligit qd̄ dictū est q lex vetus ꝓhibet manū nō animū: quia lex vetus in paucis ꝓhibet aim seu concupiscentiā interiorem: videlicz in mechia ꝛ auaritia tm̄: nō aūt in homicidio ꝛ furto: ꝛ ꝑterea lz ꝓhibuerit in illis ꝯcupiscentiā. nō tñ transgressorib⁹ infligit aliquā penā. Et ideo in talib⁹ inuenit īpfecta. Quare aūt infligat aliquā penā. Vide Tho.j.ij.q.xvj.ar.v.ad quintū. Lex vero euangelica tanꝗ̄ pfectissima generalit̄ dirigit hoiez nō solū: circa act⁹ exterio:es: sz ēt circa act⁹ interiores. Mat.v. Qui viderit mulie. ad ꝯcu.eā iā mecb. est in corde suo ꝛc. vñ ꝓhibet etiā act⁹ interiores malos puta cō cupiscentiā: ꝛ ꝯcupiscentib⁹ iponit penā. ꝓpter qd̄ saluator Mat.v. Audistis quia dictū est antiquis. Nō occides: q̄ aūt occiderit reus erit iudicio: q̄ aūt dixerit fratri suo racha reus erit cōcilio. q̄ aūt dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Et eodē mō dicit in alijs ꝓceptis. Sic etiam addit lex euāgelica ꝯsilia pfectiōis ꝓceptis veteris legis vt pfecti⁹ ordinet mores hoim. Vñ Mat.xix. Si vis pfect⁹ esse vade ꝛ vēde oia q̄ habes ꝛ da paupib⁹ ꝛ seq̄re me. Itē Mat.v. Audistis q2 dictū est antiq̄s: oculum ꝓ oculo: dentē ꝓ dente. Ego aūt dico vobis nō resistere malo. Sz si q̄s te ꝑcusserit in dexterā maxillā p2be ei ꝛ aliā ꝛc. ꝛ sic in multis q̄ ibi ponunt. lex aūt mosayca nō instituerat ꝯsilia ista pfectionis: sed poti⁹ ꝓuocabat hoies ad obseruanda mādata diuina ꝓmissione bonoꝝ tpalium: vt patz Deut.xxviij. Et Esa.j. De ꝯsilio aūt siquis te ꝑcusserit in vnā maxillā p2ebe ei aliā. Vide.s.smōe.iiij.in fi. Patz ḡ q lex euangelica pfectius ordinat mores hoim quā oes alie leges hūane ꝛ diuine. ¶ Tercia excellētia ꝛc. s. in felicitatꝫ collatiōe: sicut ad felicitatē inductiōe. Nā ad legē ptinet ad felicitatez hoies inducere. Verūtñ lex hūana nō inducit nisi ad politicā: que est tranq̄ll⁹ ꝛ pacific⁹ stat⁹ ciuitatis i vita ista mortali: hō aūt fm intellectū: q̄ est ps ꝓncipalior hois: imortal̄ est. ꝛ ido oportet aliā felicitatē extra viā istā assignare. Ad hāc āt nō pōt ordinare lex hūana: q2 finis dz eē ꝓportiōat⁹ his q̄ sūt ad finē. felicitas autem etna excedit limites felicitatꝫ hūane. Vñ.j. Cor.ij. Ocul⁹ nō vidit/nec auris audiuit/nec in cor hoīs ascendit. q̄ p2epa. de⁹ dili.se. Oportet ḡ q lex diuina ordinet ad istū finē: ꝛ ꝓpterea assignat a doctorib⁹ necessitas sacre doctrine: q2 hō ad quādā btitudinē supnalez ordinat ad quā p legē diuinā dirigit. Ad conferēdaz autē istā felicitatē lex mosayca inuenit defectiua: q2 btitudo supnalis nō hr̄ nisi p gratiā ꝛ amorē dei. Ro.vj. Gratia dei vita etna. hāc aūt graz lex mosayca nō dabat: sz tm̄ disponebat: vt dixi.s. smōe primo. pte.j. et smone.iiij.pte.ij. ꝓpter qd̄ dr̄ Heb.vij. Nemīnē ad pfectuz adduxit lex. Sed lex euāgelica tanꝗ̄ pfectissima ꝯfert graz. imo est ipa grā spūsscti ꝓncipal̄r: vt dixi.s. Vñ Jo.j. Lex p Moysen data ē: grā et veritas p Jesum xp̄m facta ē: ꝓpt qd̄ saluator in ꝓncipio euāgelice pdicatiōis dixit. Penitēz agite ap.ēm reg.celoꝝ. Mat.iiij. Vñ duplex ē finis legꝭ euāgelice. Vn⁹ imediat⁹ scz fides formata p grāz. Alter ē mediat⁹ scz vita eterna: ꝛ vtrūq̄ finē istū lex euāgelica opat. Vñ Jo.xx. Hec aūt scripta sunt vt credatꝭ: q2 Jes⁹ ē fili⁹ dei: ꝛ vt credētes vitā habeatꝭ in noīe ei⁹. Lex aūt vet⁹ ꝓmittebat solū terrena: vt dixi.s.ser.prio pte.iiij. nec ꝓmittebat vitā etnā i pmiū ꝫtutū ꝛ obediētie: sz solū bona tr̄ena. Itē nec alicubi legit in lege mosayca: q Moyses faceret mentionē de resurrectiōe corporū: ꝛ h̄ q lex mosaica erat isufficiēs ad gratiā ꝯferēdā fuit significatū in eo q Moyses q̄ fuit legis illi⁹ lator nō potuit intrare in terrā ꝓmissiōis. Et licz finis legis mosayce esset idē: cū fine legis euāgelice. s. vt hoies subdant deo q̄ est finis ꝓrim⁹: tñ remoti⁹ ꝛ imperfecti⁹ dirigebat ad hunc finē lex mosayca q̄ lex euangelica: q2 illa ex timore: hec āt amore: vt nota Tho.j.ij.q.c vij.ar.j. Et sic ptz tertiū. ¶ Quarta excellentia in ꝟitatꝫ dilucidatiōe. Nā ad legez ptinet ꝟitatē plane ꝛ lucide tradere. Vnō inter ceteras ꝯditiōes legꝭ quas Isidor⁹ in lib. etymologiaꝝ enumerat/est ista vna q debet esse manifesta/ne aliq̄d ꝓpter obscuritatē in captiōe ꝯtineat: vt refert Gratian⁹.iiij. di. erit aūt lex. Cuius ratio est: quia lex proponitur multitudini intelligēda ꝛ seruanda. in multitudine autem plures sūt deficiētes ingenio: ꝛ pauci subtiles ꝛ ingeniosi: ꝓpt qd̄ q̄ mltitudini ꝓponit de

bet veritatez plane ⁊ lucide tradere. In h
autē inuenit͛ lex humana defectiua. quia
ibi inueniūtur multe obscuritates: ⁊ ꝯple
xitates: tum ꝓpter legum multitudine ac
varietatē ⁊ mutationē ⁊ aliquaꝝ abroga
tionē: tum etiā ꝓpter compositoꝝ mltipli
citatē: q᷑ multi iuriscōsulti/multi impato
res fuerunt: ⁊ multi doctores: quoꝝ q̄t ca
pita tot diuerse sentētie. Vn̄ ꝓfunda ⁊ ob
scura legū abyssus: que olim ꝑ Iustinia-
nū christianissimū imperatorem in ꝯsonan
tiā luculentā (vt ipse refert in ꝑncipio con
stitutionū) redacta fuerat: hodie obscurio
ri ꝯplexitati intricata est. Silit͛ in hoc re-
perit͛ lex mosayca defectiua: q᷑ in volumi
nibꝫ ⁊ figuris tradidit veritatē de agibili-
bus ⁊ credendis. ꝓpter qđ lex illa appella
tur ab Ap̄lo vmbratica. Heb. x. Vmbrā
habēs lex futuroꝝ bonoꝝ: nō ip̄am imagi
nē rerū. Glo. i. veritatē. fuit ei lex illa vm-
bratica ⁊ figuratiua ꝟitatis explicande in
nouo testamēto. In cuiꝰ signuz Moyses
velata facie loq̄bat͛ ad ꝑp̄lm sic̄ legit͛. Ex-
odi. xxiiij. Propt͛ qđ dicit Ap̄lus. j. Cor.
x. Om̄ia in figurā ꝯtingebāt illis. ⁊ de h
dixi sup̄ sermone ꝑximo ꝑte. ij. ¶ Sed lex
euāgelica in hoc inuenit͛ ꝑfecta: q᷑ ꝟitas
q̄ in veteri testamēto in figuris latebat oc-
culta: ꝑ euidentiā facti facta ē manifesta.
Verbi gratia. De ministerio trinitatis qđ
in veteri testamēto nō expresse manifesta
tur: sed sub figuris/sicut ꝑz quando tres
viri apparuerunt Abrae: ⁊ vnū adorauit.
Gen̄. xviij. Sed in nouo testamēto expres
se manifestū est. j. Ioā. iiij. Tres sunt q̄ te
stimoniū dant in celo. pater verbū ⁊ sp̄us-
sctūs: ⁊ hi tres vnū sunt. ¶ Sic de incar
natione filij dei reuelatū est Abrae dicen
te deo. In semine tuo bn̄dicent͛ oēs gen-
tes. Gen̄. xxij. Sed ꝙ vna ex tribꝫ ꝑsonis
scꝫ filius dei fuerit incarnatꝰ/etiā cōtinēt
diuina mysteria veteris testamēti. Esa. ix.
Paruulus datꝰ est nobis/⁊ filiꝰ datꝰ est
nobis. nota filiꝰ. q᷑ nō pat͛ nec sp̄ussctūs.
¶ Item. ps̄. Benedicat nos deus: deus
noster: ⁊ benedicat nos deꝰ. Hic nota. tri
nitas dum dicit͛ deus ter: sed in eo ꝙ ꝓno
men noster ponit in scđo deus: denotat͛ ꝙ
filius erat fiendus noster frater ꝑ incarna
tionē. ps̄. Narrabo nomen tuuz fratribus
meis. In nouo autē testamēto expressius
⁊ manifestiꝰ ista mysteria declarata sunt.
¶ Sic de passione figuratiue cōtinebat͛.
Exo. xij. de agno paschali assando ⁊c̄. Os
non confringentis ex eo: qđ allegat. Io.
euāgeli. ꝓ christo. Io. xix. Sic ⁊ de eucha
ristia: que figurabat͛ ꝑ manna datū a deo
in deserto: ⁊ sic de ceteris miraculis fidei
⁊c̄. Patet ergo ꝙ veritas q̄ in veteri testa
mēto/⁊ in lege mosayca enigmatice figu-
rabat͛: in lege euāgelica manifestiꝰ eluci-
datur: ⁊ in signuz huiꝰ in passione dn̄i. qn̄
mysteria noue legis fuerunt impleta velū
templi scissum est in duas ꝑtes. Mat. xx-
vij. Et Luc. xxiij. Propter qđ dicit salua-
tor. Io. x. Venit hora cū iam nō in ꝓuer-
bijs loquar vobis: sed palaz de patre meo
annūciabo vobis: ⁊ sequit͛. dicunt ei disci-
puli eius. Ecce modo palam loqueris: et
ꝓuerbiū nullū dicis ⁊c̄. Io. xvj. Et sic ꝑz
quartū vicꝫ: ꝙ lex euāgelica excedit omnē
aliā legē in tradendo plane hac lucide ve-
ritatē. de his q̄ttuor loquit͛ psalmus. Lex
dn̄i imaculata: quātum ad primū. cōuer-
tens animas: quātūad scđm/ testimoniū
fidele: quātum ad tertiū/sapientiā ꝑstans
paruulis: quātū ad quartū. Vide Tho.
j. ij. q. xcj. ar. iiij. Et Nicolaū de lyra. in ꝓ-
logo sup̄ euangelia. ¶ Quinta excellen-
tia ⁊c̄. In facili impletione: q᷑ alie leges:
ꝓpter mltiplicitatē preceptoꝝ/⁊ prohibi-
tionū sunt difficiles ad obseruandū: preser
tim lex mosayca in qua dicunt iudei conti
neri sexcenta tredecim precepta. Inter q̄
erāt quedā valde difficilia ad obseruādū:
ꝓpter quod dicit Petrus ap̄lus: ⁊ senior͛
bus in cōsilio cōgregatis. Quid tentatis
deū imponere iugum sup̄ ceruicē discipu-
loꝝ: qđ neqꝫ patres nostri: neqꝫ nos por-
tare potuimus. Actꝫ. xv. Sed in noua le
ge ꝑter precepta legis nature: paucissima
ꝑcepta supaddunt͛ in doctrina chr̄i ⁊ apo
stoloꝝ. ꝓpter qđ dicit dn̄s. Mat. xj. Veni
te ad me oēs q̄ laboratis ⁊ onerati estis: et
ego reficiam vos. Iugum em̄ meū suaue
est: ⁊ onus meū leue/quod exponens Hi
larius dicit. Legis difficultatibꝫ laboran
tes ⁊ ꝑcis seculi oneratos ad se aduocat.
Item Io. v. Mandata eius grauia non
sunt. Vide Tho. j. ij. q. cvij. arti. vlti. Est
⁊ alia ratio. q᷑ lex mosayca non erat lex a-
moris/sed timoris: q᷑ nō dabat gratiā: sed

puniebat transgressores: ꝓpter qđ dicitur. Gal.iij. Lex ꝓpter trāsgressores posita est. Et ideo mandata ei⁹ cum difficultate ser uabant: ꝛ quasi coactus velut a seruis ob bediebat dño non amore sed timore. Sed in noua lege datur gratia spūssancti. Ro. v. Charitas dei diffusa est in cordibus no stris ꝑ spiritūsanctuꝫ qui datus est nobis. Propter qđ mandata noue legis ex amo re seruant. Et ideo cū dilectōne ꝛ dulcedi ne: qꝛ qui operat cum amore dulciter ope ratur. ¶ Sexta excellētia ꝛc. In genera litatis extensione: qꝛ lex humana ciuilis nō ligat: nisi subditos imperio. Vñ multi putant se exemptos a subiectione legis ci uilis puta. Francie ꝛ Venecie ꝛ similib⁹: licet de iure ciuili imperator qui est lator legis ciuilis: dicat domin⁹ totius mundi vt ꝓbatur in.l. Deprecatio.ff.ad.l.rodi.ð iactu. ꝛ Vide ꝑ canonistas in.c. qđ super his.§.rursus.de voto. Similit lex mosay ca fuit data tantū illi populo: ex quo cum deberet nasci chr̄s / voluit de⁹ illuꝫ magis esse ordinatū circa cultū diuinū / ꝑ ꝓcepta cerimonialia ꝛ iudicialia aliȷ̄ popul. ps. Qui annunciat verbū suū Jacob: iusti tias ꝛ iudicia sua israel. nō fecit talit omni nationi ꝛc. Idem habet Ro.iij. in princi pio. Unde aliȷ̄ populi nō obligabant legi Moy. quātuꝫ ad dicta precepta. ꝓpterea sine lege Moysi / multi saluari fūt olim si cut Job. Ruth. ꝛ aliȷ̄ habētes fidem vni⁹ dei / ꝛ viuentes ſm legē nature: sicut dicit Apłus Rom.ij. Cum em̄ gentes q̄ legeꝫ nō habent naturalit: ea q̄ legis sūt faciunt ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scrip. in cordi. suis. Sed lex euangelica de ore dei incarnati habet vim obligatiuam generalē in toto mundo: sine q̄ nemo pōt saluari. Unde Joā.iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spūsancto. non pōt intro ire in regnuꝫ dei. ꝛ Mat. vlti. Euntes in mundū vniuersum. pre. e. omni. cre. q̄ cre. ꝛ bap. fu. sal. erit. qui vero non crediderit condemnabit. Et sic fuerat ꝓphetatū per Esa. xlix. Parum est vt sis mihi seru⁹ ad suscitandas trib⁹ Jacob / ꝛ feces israel cō uertendas. dedi te in lucem gentiū: vt sis salus mea vsq ad extremum terre. Et sic patet sextum.

¶ De passione dñi. Ser. VIII.

Ecce morior cum nihil horum fecerim / que isti malitiose composuerūt ad uersuꝫ me. Dañ. xiij. ca. Salutatio cruc.

¶ Aue digna de honore.
Croce sancta ꝛ benedicta
Il dolce Jesu in te se afta
Par saluare tote gente
In questo iorno de passione
Te preciame humilmente
Que ne debes impetrare
Da Jesu christe gratia ꝛ salute
Che ne dia gratia de faire
La sua sancta voluntade
Et alli peccori vollia pardonnare
Tutte le sues iniquitade.

¶ Dies hec dilectissimi dies luctus ꝛ la mentatiōis: dies doloris ꝛ afflictionis: di es lachrymaꝝ ꝛ cōpunctionis: in qua do lorissime mortis / ꝛ ignominiose passionis christi: ac saluatoris nostri memoria ante oculoꝝ nostroꝝ ꝯspectum ab ecclia p̄sen tatur: ꝛ q̄uis hui⁹ sacratissime passionis memoriā / ac redemptionē nostrā toto tē pore vite nostre debemus ante ꝯspectum mentis nostre statuere speciali⁹ tamen: ꝛ singulari⁹ in tali die: qualis est hec / debet om̄is verus christianus tanti bñficiȷ̄ recor dari: ꝛ de eo cū magno feruore đo regrati ari. Et hoc est illud / qđ ipse chr̄s existens in cruce ꝑ ꝓpheraꝫ. Thren.j. petere videt cū dicit. O vos oēs qui trāsitis ꝑ viā attē dite ꝛ videte si est dolor silis / sicut dolor me⁹. Audite obsecro ꝛ vniuersi ꝑpli attē dite dolorē meū. In cui⁹ ꝑsona Bern. in quit. O hō vide q̄d ꝑ te patior si est dolor sicut q̄ crucior. ad te clamo q̄ ꝑ te morior. vide penas quib⁹ affligor / vide clauos q̄ bus ꝯfodior. cuꝫ sit dolor tantus exterior intus pena grauior / cum te ingratū exper ior. Propterea cū de tanto mysterio ani maduertā debere loqui: tibie tremūt: vox deficit: intellect⁹ hebetat ꝛ obsternat. vi res debilitant: lingua mutescit: ꝛ ois mea fortitudo ac spirit⁹ annihilat. Videns ꝙ Jesu vires / qui est mundi sustantamentū defecerūt: sine quo nihil oino boni possu mus. qua ꝓpter cognosco ꝙ plures debe rēt esse lachryme q̄ verba. Et miror certe

quõ aliqs audire vel recitare valeat hanc dolorissimã z acerbissimã passionez:quin cor eius pre cõpassionis z doloris/ac amoris magnitudine liquescat/audientiũ aures linguaqz predicantiũ constipetur.igitur dicere possum cuz Bernardo.Fletus deducite oculi mei/z liquesce anima mea igne cõpassionis sup contritione viri istius quẽ tanta amaritudine mentis vides afflictum doloribz. O qȝ malum z pessimũ signũ est illoz:qui dolorẽ dñice passionis nõ sentiunt. Est em̃ signũ/qȝ mortui sunt ad similitudinem mẽbri non dolentis capite languente. Unde Bern̄.in smone de passione ait. Qui nõ sentit dolorem tuũ dñe qȝ fetidus est/z quasi mortuus.hic quidẽ dolor vehementissim9 corda nostra transfigit si cõsideremus:simul cũ sacris doctoribus atqz theologis sup distinctione.xvj tertij libri modũ patiendi cũ oibz mẽbris corporis passus sit:fm ꝓphetam Esa.j. A planta pedis vsqz ad verticem capitis nõ fuit in eo sanitas.satis ostendit doloris acerbitas/z passionis magnitudo/eo qȝ tali die fuerit in capite corona spinea coronatus:in facie sputis iudeoz inquinatus:in oculis ad modũ latronis velatus. In auribus crudelit blasphemat9:in ore felle z aceto potatus:in manibz z pedibz/clauis ligno cõfixus:in latere crudeli lancea vulnerat9:in toto corpe acerbissime flagellatus:de quibz oibus ait deuot9 Bernard9 Caput angelicũ desitare spinaz pungit. facies pulchra pre filijs hoim sputis iudeorũ deturpat.Oculi sole lucidiores velant z in morte caligant.aures q̃ audiũt cant9 angelicos/audiunt iudeoz insultus. Os qd docet angelos felle z aceto potat. manus q̃ celos formauerũt/z pedes qz scãbellũ adorat in cruce extendunt z clauis affligunt.lancea lat9 pforat/z corp9 crudelit verberat.Quid plura:nihil remãsit in eo nisi ligua:vt pcrucifixoribz exoraret z matrẽ discipulo cõmendaret. Ut gͦ efficat9 dolorẽ z passionẽ chr̄i sentiam9.tria impensentiaz p ordinẽ sunt videnda:vicz.

Mortis christi processio.
Mortis christi preparatio.
Mortis christi ordinatio.

¶ Quo ad primũ mysteriũ sciendũ m fm cõm doctoz sententiã: qȝ sacratissima christi passio a tribz principalit pcessit.s.a peccatto primi patris Ade. a iudeoz inuidia. a Jude ꝓterua auaritia. Prima igit radix est ipsum peccatũ nostrũ:vt elici põt ex q̃dam glosa sup illud ad Heb.ix.capl'o. vt morte ipius intercedente:in redemptionẽ eaz preuaricationũ q̃ erant sub priori testamento.vbi glo.mors erat necessaria:et subdit.Tantũ fuit peccatũ nostrũ:vt saluari nõ possem9/nisi vnigenit9 dei fili9 p nobis debitoribz moreret. Hanc pcessionem pleni9 tangit. Esa.liij capl'o. Et ascẽdet sicut virgultũ corã eo: z sicut radix de terra sitienti z nõ est species ei neqz decor:z vidimus hunc z nõ erat aspectus/z desiderauim9 eum despectũ z nouissimuz viroz virũ doloz/z scientẽ infirmitatẽ/et quasi abscondit9 vult9 eius z despectus. vnde nec reputauim9 eum.vere languores nostros ipse tulit:z dolores nros ipse portauit.z nos reputauim9 eum/quasi leprosum z pcussum a deo:z humiliatũ. ipe autẽ vulnerat9 est ꝓpter iniqtates nostras z attritus est ꝓpter scelera nostra.disciplina pacis nostre sup eum:z liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus:vnusquisqz in viam suam declinauit:z posuit dñs in eo iniquitatẽ oim nostrũ.oblatus est:qz ipse voluit:z non aperuit os suũ:sicut ouis ad occisionẽ ducit/z sicut agn9 corã tondente se obmutescet:z nõ aperiet os suũ.de angustia z de iudicio sublat9 est. gñationẽ ei9 qs enarrabit: Quia abscissus est de terra viuentiũ:ꝓpter scelus ꝓpli mei pcussi cuz/z dabit impios p sepultura z diuites pro morte sua:eo qȝ iniqtatem nõ fecerit/nec dolus inuentus fuerit in ore ei9.z dñs voluit eũ cõterere in ifirmitate:si posuerit p pctõ aiam suã. Uidebit semẽ longeuũ z voluntas dñi in man9 ei9 dirigetur:p eo qȝ tradidit in mortẽ aiam suã/z cũ sceleratis reputat9 est/z ipe pctã mltoz tulit:z p trãsgressoribz orauit vt nõ perirent. Ex ista em̃ pcessione cogimur chro patienti sũme cõpati/vt gladio doloris trãsuerberatũ cũ videam9 ipm non ꝓpria culpa pati. Sed fm Petrũ. Peccattũ nõ fecit/nec inuent9 est dol9 in ore ei9: sed p aliena.nõ tm̃ p amicis:sed etiã p inimicis. Et insup p his qs marie videbat ingros. O cecitas hũana agnosce hodie tuã

redēptoris dulcedinē/q̄ tua pctā tanto la
bore sup te portat: q2 disciplina pacis nr̄e
rc. Un̄ Bern̄. O hō ɔsidera octo mētali
q̄nto remuneratōis debito astringar ɔdn̄o
patiēti: respice sudorē sanguineū: alapatū
cōtumeliā/flagellor̄ instantiā: coronā spi
2 neā/sputa/ludibria/arida pocula caput i
clinatū gemelatiōes miseras. ¶ Secūda
quidem mortis chr̄i pcessio fuit iudeor̄ in
uidia. Ubi est notandū/q̄ sicut inuidia dia
boli mors introiuit in orbē terrar̄. Sap. ij.
Ita sub inuidia extincta est vita. s. chr̄s r
suor̄ sequaciū. s. iudeor̄: sed ip̄e diabol⁹ et
sui seq̄ces suemet gladio inuidie/q̄ mortē
protoplasti inuenit concitata inuidia cōtra
auctorē vite: p scribas r phariscos seip̄m
in: eremit interimēdo auctorē vite: vt im
pleat̄ qd̄ dicit̄ p pph̄az. Gladi⁹ eor̄ intret
in corda ip̄or̄/r arcus eor̄ ɔfringat̄. Et
licz tota vita chr̄i fuerit plena anxietatib⁹
r dolorib⁹ s̄m q̄ dicit̄ Hiere. j. Habitauit
inter gētes nec inuenit requiē. tn̄ hoc ma-
xime fuit illis trib⁹ annis qb⁹ p̄dicauit: et
h ppter scribar̄ r phariseor̄ bullientē inui
dia: ido vt maxia virt⁹ ei⁹ patient ōn̄dere
tur: q2 s̄m. ps̄. Cū his q̄ oderūt pacē eraz
pacific⁹. Nam oia opa ei⁹ erāt eis q̄dā gla
di⁹ lacerās corda eor̄: venenū rodēs eorū
viscera. r ideo omi sollicitudine satagebāt
ei⁹ opib⁹ detrahere/occultare/diffamare/
exprobrare/r insidiari vite ei⁹: r q̄rere cau
sas mortis. Hec aūt inuidia sūpmaxie cre
uit in resurrectiōe Lazari. Nā multi viden
tes tale ac tantū miraculū r audiētes cre
debant in eū: vt habet̄ Ioā. xij. Propt qd̄
s̄m Io. xj. caplo. Collegerūt pontifices r
pharisei ɔcilium aduersum Iesum r dice
bāt. q̄d facimus? q2 hic hō multa signa fa
cit: si dimittim⁹ eū sic/oēs credent in euz r
venient Romani r tollent nostrū locū et
gentē. Unus aūt ex ipsis caiphas noie cū
esset pontifex anni illi⁹ dixit eis. Uos ne
scitis quicq̄ nec cogitatis: q2 expedit vobis
vt vnus hō moriat̄ p pplo r nō tota gens
pereat: h tn̄ a semetipso nō dixit: sed cū eēt
pōtifex anni illi⁹ pphetauit: q2 Iesus mo
riturus erat p gente/r nō tantuz p gente:
sed vt filios dei q̄ erāt dispersi cōgregaret
in vnū. Ab illo ergo die cogitauerūt vt in
terficerēt eū. ppter qd̄ sequit̄ q̄ Iesus nō
ambulabat iā palā apud iudeos: sed abijt
in regionē iuxta desertū in ciuitatē q̄ dicit̄
effren: r ibi morabat̄ cū discipulis suis. Ab
illo g̃ die. s. resuscitatiōe Lazari/q̄ in p̄ma
luna primi mēsis: sicut Exo. xij. De agno
imolando q̄ chr̄m significabat: ordinatuz
fuerat. Prima nāq3 luna primi mensis a-
gnus q̄ in pascha imolandus erat accipie-
bat̄: r decima p̄sentabat̄ r mensis decima
q̄rta imolabat̄. Sic verus agn⁹ dn̄s Ies⁹
(cui⁹ ille figura erat) scd̄m repsentationez
eccl̄ie hodie sunt quindecim dies in p̄ma
luna primi mensis: duct⁹ est occidi in ɔci
lio: decima aūt die. s. dn̄ica p̄terita venit ad
passionis locū. s. hierusalē: sicut audistis. r
in decimaquarta. s. hodie oblat⁹ est. h autē
totū factuz est: vt impleret̄ illud. Sap. ij.
Circūueniamus g̃ iustum: q2 inutilis est
gnoui eos Osee. viij. Tertio requiritur q ad modū executionis: vt pascat gregem verbo 7 exemplo. Verbo quidē instruen-do 7c. Quis putas est fidelis/fu⁹ 7 p:u-dens: quē ɔstituit dñs sup familiā suam: vt det illis in tempo:e tritici mēsurā Lu. xij. Mensura tritici est doctrina euange-lica 7 sanctitas vite. Exemplo etiam sicut christ⁹. cepit Jesus facere 7 docere. Act. j. Et Apostolus. Non a deo aliqd loqui eorum que p me nō efficit christus Rom. xv. Talis erat beatus Tho. Jdeo quādo chr̄s interrogauit: quis putas est fidelis 7c. poterat brūs Petrus respōdere: Jste est Thomas. Jdeo dicit thema. Vbi ego sum 7c. ¶ Dico scdo 7c. humiliter p peni tentiā. Anteq̄ esset prelatus faciebat ma gnam penitentiā/sed maiorē fecit postea dicēs intra se. Modo habeo magnas oc-casiones peccādi. ideo magis indigeo pe-nitentia 7c. Dic eius penitentiā. De tali ergo dicit christ⁹. Ambulans in via ima-culata hic mihi ministrat. s. ad meum bene placitū. Via immaculata dicit penitētia quia sicut ambulās in via immaculata nō cadit. sic 7c. Querit sctūs Tho. in quo liber/an religiosus fact⁹ eps tenet serua re cerimonias sue religiōis: Conclusio est q cerimonias incōpassibiles dignitati nō tenet seruare/ vt silētiū: s3 cōpassibiles sic q2 magis o:nant dignitatē/puta nō come dere carnes 7c. De hac via Beati imma culati in via 7c. Dicat hic miraculū de il lo clerico sui episcopat⁹: qui nesciebat nisi missam de beata Maria 7c/in quo osten ditur q seruitiū beati Tho. placuit deo p humilem penitentiā. Legitur in chronica Martiniana sub rege Federici pmi impa-toris: q imperauit anno dñi. m. cliij. Henri cus rex anglo:ū ppter necem scti Thome misit nuncios solennes ad papā Alexan-drū tertiū: q iurantes p ipso i animā suā ipsum excusarēt de pdicto facto: sed papa in Tusculana ciuitate receptis nuncijs et auditis misit duos cardinales ad gallie p-tes vt innocentiā regis inuestigarēt. Co-ram qb2 rex iurauit q nunq̄ de cōsilio suo vel iussu fuerit interfect⁹. Sed quia occa sione turbatiōis: quā erga ipsum habue-rat occisus fuerat: p illo mox obtulit ducē tos milites vltra mare p annū ibidē mo-raturos seipsum cruce signans infra trien nium transfretatur⁹. hec de hac nece loqt tertus in c. Sicut dignum: de homicidio. ¶ Dico tertio vtiliter 7c. p miscdiā. No ta quō sciebat quot vidue/quot puelle ma ritande/quot paupes erant in sua dioce. Jtem quomō nō accipiebat aliqd p o:di-nib2. Dic vt expedit/ad vtilitatē audien-tium 7 habet in legenda. Nota q Episco pi sūt qsi executo:es testamēti christi: qui est dñs omniū: q2 dñi est terra 7 plenitu-do eius 7c. sed fecit testamentū cōfirmatū mo:te sua: 7 reliqt bona ecclastica distri-buenda 7c. 7 Episcopos executo:es. Sic nos existimet hō vt ministros christi 7 dis pensato:es 7c. j. Co:. iiij. Modo quanta pena digni sunt executo:es q nō exequunt voluntatē testato:is 7c. Jdeo talib2 pla-tis dicit Petrus. Pascite eū qui in vobis est gregem dei pudentes non coacte/sed spontanee 7c. j. Pet. v. Nota ppter hāc vir tutem miscdie adeo placuit deo beatus Tho. q habuit gratiam miraculo:. No-ta hic miraculum de auicula sciente loqui ista verba. Sancte Thoma ayuta: quam cū accipiter vellet accipere clamauit aui-cula di. Sancte Thoma ayuta et statim mo:tu⁹ fuit accipiter/et auicula ad cabiā reuersa: quanto magis in psonis deuote eum inuocantib2. Diues est in omnes qui inuocant illum. Ro. x. ¶ Dico quarto 7c prudenter p diligentiā visitabat epatū corrigebat noto:ia/cōcubinas/vsuras 7c. Excomunicādo: sicut fecit Apostolus. j. Co:. v. Habebat docto:es 7 curatos ani marū tenentes consiliū beati Petri. Vos aūt curam omnē subinferentes ministra-te in fide vestra virtutē/in virtute aūt sci-entiam 7c. ij. Pet. j. Dic miraculū de mu liere desiderāte habere oculos varios 7c. ¶ Dico quinto 7c. Stabiliter per patien tiam ad sustinendū martyriū p:o christo. Dic eius martyrium 7c. Et ista ɔstantia quando canonici in sepultura sua voluerūt facere officium de mo:tuis: magna multi tudo angelo:um fuit in sede: qui incepe-runt officium martyris cantantes. Leta-bitur iustus in domino 7c. Et dixerūt to-tum introitum tunc canonici depositis ve-stimentis de requiem 7c. Ecce q eodem die fuit canonizatus a papa Jesu in celo.

deinde fuit canonizatus a vicario christi: scilicet papa Alexandro. Ideo potest dici de eo. Qui mihi ministrat me sequatur et vbi ego sum illic etc. Joan.xij. fuit thema etc.

De beato Siluestro papa. Sermo.xiiii.

Gratia dei erat cum eo Luc.ij. Ad declarationem Nota q questio est in theologia: vtrum possit de aliq psona sciri certitudinaliter q habeat gratiam dei gratum facientem? Responsio huius questionis stat in conclusionibus. ¶ Prima conclusio q non potest sciri certitudinaliter seu scientialiter p scipm. ¶ Secunda conclusio est: q pot sciri coniecturaliter ex aliquibus gratie effectibus. ¶ Tertia conclusio potest addi: q potest scire aliquis certitudinaliter se habere gratiam p reuelationem dei: sicut Paulo reuelauit deus dicens. Sufficit tibi gratia mea ij. Cor.xij. Item Rom.viij. Certus sum enim q neq vita neq mors etc. separabunt me a charitate dei: que est in christo Jesu domino nostro. Item.j. Cor.ij. Nos autem non spum huius mundi accepimus: sz spum qui a deo est etc. Itez Abrae fuit reuelatum cum dixit sibi angelus ex persona dei. Nunc cognoui q timeas dominum Gene.xxij.i. cognoscere te feci. Loquitur autem ibi de timore casto qui non est sine gratia Vide Thom.in.j.ij.q.xij.ar.vltimo. De hac materia vide latius supra in sermone de beato Stephano: qui incipit. Stephanus plenus gratia. ¶ Prima conclusio probatur per autoritatem. Eccli.ix. Sunt iusti atq sapientes: et opera eorum in manu dei: et tamen nescit homo sup. scientialiter: vtrum amore vel odio dignus sit: sed omia in futurum seruantur incerta. Nota q bene potest scire homo se non esse in gratia: scilicet quando est in peccato mortali: quia tunc non est in gratia: quia non est dare medium: sed non potest scire se esse in gratia. Unde apostolus in psona cuiuslibet. Nihil mihi conscius sum: sed in hoc non iustificatus sum.j. Corinth.iiij. Et hoc verum nisi deus reuelaret: sicut reuelauit Abrae Genes.xxij. Nunc cognoui quia timeas dominum. Glo.i. cognoscere te feci. Item fuit reuelatum Paulo. sufficit tibi gratia mea ij. Cor.xij. Et Rom.viij. Certus sum enim q neq mors/neq vita etc. separabunt me a charitate dei: que est i christo Jesu etc. Et si credo q apostolis fuit etiam reuelatum a christo: cum dixit. Gaudete et exultate: quia nomina vestra scripta sunt in celis. Luce.x. Patet ergo prima conclusio. Secunda conclusio probatur ex similitudine et autoritate. Ex similitudine de vestre patientiam operatur. patientia autem radice arboris similatur: de qua non pot sciri si est viua: qz non videtur: sed coniecturaliter scit si arbor producit flores folia et fructus. Sic in proposito. Homines sunt vt arbores. Mathei.viij. Uideo hoies velut arbores ambulantes: plantare scz in viridario christi id est ecclesia. Nota: Ambulantes p tres dies.s. flores: folia et fructus. Flores sunt honeste conuersationes etc. Folia sunt bona verba non loqui malum de proximo: non iniuriando etc. Fructus sunt bone operationes. Facite fructus dignos penitentie. Luce.iij. Ex his effectibus coniecturatur q anima que est radix omnium operationum viuit vita gratie. Autoritas antequam deus reuelasset Paulo gratiam suam: dicebat Apostolus. Gratia dei sum id quod sum. Et quomodo scitis apostole? Respondit: quia gratia eius in me vacua non fuit.j. Corinth.xv. Nota vacua non fuit: qz multos labores passus est pro christo: et tamen erant sibi dulces. Magnum signum est istud quod aliquis viuit i gratia. Ideo dicit Abundantius omnibus laboraui: non ego scz solus: sed gratia dei mecum. Ibidem Considerandum ergo effectus virtuosos diuine gratie in beato Siluestro possumus dicere thema. Gratia dei erat etc. Modo iuxta suam legendam inuenit quinq effectualia gratie diuie in beato Siluestro que sunt ista: videlicet

Prima larga misericordia in prosperitate.

Secunda firma patientia in aduersitate.

Tertia digna presidentia in maiestate.

Quarta clara sapientia in sanctitate.

Quinta alta eminentia in potestate.

¶ Dico primo ⁊c̃. Larga materia. Nota quomodo magnum patrimonium suum Rome expendit. ⁊ fecit de eo hospitale, propter pauperes qui male recipiebant Rome propter infideles etiam in persona propria seruiēdo. ⁊ sic adimpleuit illud. Charitas fraternitatis maneat in vobis: ⁊ hospitalitatem nolite obliuisci. Hebre. vltimo. Qui libenter seruat hospitalitatē: recipit christum in domo sua: in forma pauperis. Ut de Abraam recipiente angelos Genes. xvj. Nota tres effectus pro nunc. Primus est angelorum receptio: ⁊ etiam christi. Nota exemplum Grego. Et hoc semper verum est: saltem spiritualiter. Secundus est indigentie substantie. ps. Iunior fui etenim senui: et non vidi iustū derelictum: nec semen eius querens panē.

Tertius est in tribulationibus consolatio. vt hic dicitur. Et de Loth. Genes. xix. Item talis nunꝙ patietur indigentiam. Autoritas. De persona misericordie dicit scriptura. Manum suā aperuit inopi: palmas suas extendit ad paupem. Et sequitur. Non timebit domui sue a frigoribus niuis. Omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Prouerb. vltimo. Nota magnum ⁊c̃. Non dicit bursam vel capsam: ex quo notatur modus faciendi elemosynam: vt vitet vana gloria. Et palmas suas extēdit ad pauperē: recipiendo pauperes in hospitio. A frigoribus niuis id est tribulatiōibus: infirmitatum: societatum: guerrarum ⁊c̃. Nota contra illos q̄ sunt auari ad dandū vnum nummū pro christo: et ideo christus facit expendere in infirmitatibus vel guerris: vel alio modo pro nūmo ducatum. August. Quod non accipit christus/accipit fiscus. Nota Duplicibus: hoc dicit quilibet paterfamilias tenet dare filijs ⁊ seruitoribus suis duplicem prouisionem: scilicet corporalem ⁊ spiritualem ⁊c̃. Si quis suorū: ⁊ maxime domesticorum curam nō habet: fidem negauit ⁊ est infideli deterior. j. Timoth. v. Infidelis enim iure nature prouidet suis ⁊c̃.

¶ Dico secundo ⁊c̃. firma patientia ⁊c̃. Sicut enim falsa prosperitatis est misericordia: ita falsa aduersitatis est patiētia Dic qualiter tempore persecutionis christianorū beatus Siluester recepit Timotheum in hospitio ⁊c̃. vsq; ad mortē Tarquini prefecti. De excellentia Siluestri legitur ꝙ erat aspectu angelicus sermone nitidius/integer corpore/sanctus opere/ consilio magnus/fide catholicus/spe patientissimus/charitate diffusus. Moraliter sic debemus seruare patientiam in aduersis. Omne gaudium existimate frēs mei cum in varias ten. incideritis scientes ꝙ probatio fidei vestre patientiam operatur. patientia autem opus perfectum habet: vt sitis perfecti ⁊ integri in nullo deficientes. Iaco. j. Nota quomodo per tribulationes homo consequitur magnum lucrum a deo: scilicet remissionem peccatorū. Omnia peccata hominum in tribulatiōe dimittunt. Tob. iij. Ecce quare dicit. Omne gaudium existimate ⁊c̃. ¶ Dico tertio: digna presidentia ⁊c̃. Dic modum quo fuit factus papa: nec tamen propter hoc deseruit penitentiam ⁊ misericordiam: imo habebat scripta nomina viduarum ⁊ pauperum ⁊c̃. Ex hac digna presidentia deus fecit sibi tantā gratiam: ꝙ cum predecessores fuissent in odio imperatoris: ipse tamen habuit amorem eius adeo ꝙ cōuertit eum. scz Constantinum imperatorem. Dic quo modo ⁊c̃. qualiter curauit Constantinum a lepra: ⁊ propter hoc Constātinus baptizatus vidit christum ⁊c̃. et ex hoc dedit imperium ecclesie. Et tūc completa est prophetia. Daniel. iij. De statua cuius caput erat aureum ⁊c̃. Caput aureum significat monarchiam Assyriorū et Chaldeorum. Pectus ⁊ brachia argētea significant imperium Persarum ⁊ Medorum. Corpus ⁊ crura enea significāt imperium grecorum. Tibie ⁊ pedes ferrei ⁊ partim lutei significant imperiū Roma. Lapis autem excisus sine manibus qui percussit illam statuam in pedibus ⁊ eam cōminuit significat christum q̄ est lapis angularis. ps. Lapidem quem reprobauerunt ⁊c̃. qui excisus est de vtero virginali sine manibus. i. sine humano opere. Iste ergo lapis percussit statuā i pedibus ⁊ cōminuit: quia Romanū imperium sibi hodie subiugauit: et tandem ille lapis fact⁹ est mons magnus: quia per totum mundum fides christi fuit dilatata. ps. Dominabitur a mari vsq; ⁊c̃. De donatiōe au-

tem Constantini facta Romane ecclesie: longa et antiqua fuit questio inter docto. canonistas et legistas. Sed nota Glo. in Cle. Romani. de iureiur. sup verbo Constantinum: que sic dicit. Disputant aliqui an donatio per Constantinu3 facta ecclesie Romane in persona beati Siluestri: de qua. xcvj. distin. Constantinus. palea est valuerit? Et an successor eius illam reuocare potuerit? Accursus tenet q donatio non valuit in Auf. quomodo oporter epi scopos coll. j. post pncipiu. Sed Jo. contra/ qui hoc notat. lxiij. di. Ego Ludouicus. q valuerit et sit irreuocabilis: probat hoc littera. et s. de electione. Fundaměta §. Ne autem. lib. vj. Et facit q no. Host. in summa de immu. eccle. §. pe. ad fi. Jo. an. Questio est si beatus Siluester fecit bene vel male recipiendo imperium? Dicunt aliqui q fecit male. Ideo vt dicitur fuit audita vox dicēs. Hodie effusum est venenum in ecclesia dei. Alij dicūt q bene fecit pro responsiōe. Nota similitudinē de testatore qui disposuit in testamento vt bona sua distribuantur per executores: q mortuo quidam mali homies occupauerunt sibi illa bona. Aduocatus tamen quidam tantum operatus est in iudicio: q obtinuit q illa bona venirent in manus executorum distribuēda ab eis. nunquid aduocatus bene fecit vel male? Certe bene. Sic in proposito christus est testator: executores plati ecclesie. aduocatus beat' Siluester. bona sunt res temporales ecclesie mali homines erant imperatores etc. De primo sc3 q christus sit testator: probatur Luc. xix. Homo quida3 pegre proficiscēs vocauit seruos suos et tradidit illis bona sua. etc. Uni quinq3. i. abundantiā magnā alij duo ad sufficientiam. alij vnu3 etc. De secundo q prelati ecclesie sunt executores Auctoritas. Sic nos existimet homo vt ministros chri et dispēsatores. j. Corinth. iiij. De illa autem voce audita ii veru3 est fuit verbum pphеticum pro isto tempore: quo prelati abutunt bonis istis. Sed christus est testator et iudex etc. Judicium durissimū his qui presunt fiet: exiguo em cōceditur misericordia. potentes autem potenter torměta patient. Sap. vj. Nec tamen sequitur q donatio Constantini nō fuerit bona: sicut si dotas vnam pauperculam que postea male tractat dotem. vel adulterat: et vir lucratur dotem propter eius adulterium: vt i c. Plerumq3. de dona. inter vi. et vro. nūquid pter hoc tu nō bene fecisti. Certe non. Sic si pater instituit filium heredem qui postea dilapidat bona etc. Nunquid pater non bene fecit filium instituere etc. Jmo bene facit vt ait Augu. ad Publicolam: et in decret3. xxiij q. v. De occidendis. Absit vt ea que propter bonum aut licitum facimus aut habemus: si quid preter nostram voluntatē cuiq3 mali accideret: nobis imputet. Hec ille. ¶ Dico quarto: clara sapientia etc. nō solum ad cōsolandū christianos: sed etia3 ad cōuertendū infideles. Dic de btā Helena matre que effecta iudea puocauit ad disputationē etc. Prima questio fuit de trinitate psona℞. Dicat disputatio cum auctoritatibus: put habet supra in sermone beati Stephani Secunda questio: vtru3 christus esset deus et homo etc. Quinq3 questiones cū autoritatibus disputate sunt inter eos que habent supra in smo. bti Stephani: tunc fuerūt pfusi. xj. Judei: remāsit. xij. etc. Dic de tauro etc. Tūc Helena Judicces et iudeo℞ tria milia. et alij infideles baptizati sunt. Ergo gra dei erat cum eo. Moralit nota p quot fornellos fides christiana trāsiuit pbata/ sicut aurū vel argētum. Nō oportet ergo dubitare de fide: s3 vt florenus pbatus ponat secure in bursa conscientie. Jdeo. j. Pet. j. Si oportet nūc cōtristari in varijs tentationibus. vt pbatio fidei vestre multo pciosior fit auro qd p ignē pbat. Nota quō hō credit patri et matri dicētibus: q sunt filij eo℞ multo magis deo etc. ¶ Dico qnto etc. Alia eminētia in potestate. s. faciēdi miracla vt dixi de tauro. sed mō dicā aliō ō dracone etc. Dic historiā: qualiter descēdit in foueam cū cruce in vna manu et chorda ialia et ligauit draconē. De hoc pphetia Joannis. Uidi angelū descēdēte de celo habētē clauem abyssi: et catenā magnā in manu sua et apphendit draconē serpentē antiquum qui est diabol' et sathanas: et ligauit eos per annos mille etc. Apoca. xxviij. Nota mille annis. Jsti mille anni p q̄s debuit ligari: inceperūt cōputara tēpe beati Sil

uestri qui in figura ligauit diabolū q2 exq̄ romanus imperator accepit fidē fides dilatata ē z eccl'a exaltata: z sic diabol⁹ est ligatus, z post debet solui tempore āichristi et iam mille anni sūt cōpleti. Solū em̄ mūdus stat in quadā parua progatiōe zč.

In festo Circūcisionis domini. Sermo. XV.

Consummati sūt dies octo vt circūcideretur puer. Luc. ij. verbū ꝓpositū habet difficultatē in sancta theologia. Pro cuius euidentia est notandū: q circūcisio data fuerit olim in remediū peccati originalis ipsi Abrae: et omnibus posteris ei⁹ sicut habetur Gēn. xvij. Unde Beda scire debet fraternitas vestra: quia idem salutifere curationis auxiliū circūcisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat: q̄d nūnc reuelari gratie tpe baptism⁹ agere ꝯsueuit, excepto q regni celestis ianuam nec dum intrare poterāt. Et subdit ratiōnē. Qui em̄ p euangeliū suum nūc terribiliter ac salubriter clamat. Nisi quis renouatus fuerit ex aqua z spiritu sancto nō potest intrare in regnū dei: ipse dudum p legem suam clamabat. Masculus cuius preputij caro circūcisa non fuerit peribit anima illius de ppl'o suo, quia pactū meū irritū fecit. Potes etiā hic predicare. Nūquid debeam⁹ nos obseruare legalia veteris testamēti ex eo q christus obseruauit? Uide in fmonib⁹ q̄dragesimalib⁹: de decem p̄ceptis decalogi. Item potest predicare de peccato originali. Itē de remedijs eius. Uide in sermo. de peccatis in genere articulo. xx. Item de quinq; vicib⁹ quibus christus lachrymatus est. Uide post festū trinitatis dominica. x. sermo. iij. Itē de nomine Jesu. Uide in sermo. quadragesimalib⁹ de decem preceptis: in secūdo precepto sermone primo zč. Cū ergo christus non contraxerit originale: querit̄ q̄re christus voluit circuncidi? Circa quod nota q ꝓpter nouem rationes voluit circūcidi: quarum septem ponit beatus Tho. in iij. parte. q. iij. articulo primo

Prima ratio vt veram in se humanitatem ostenderet

Secunda vt se de Abraam genere cōprobaret.

Tertia vt remediū peccati humiliť assumeret.

Quarta vt circūcisionē approbaret.

Quinta vt iudeis excusationē tolleret.

Sexta vt animam nostre redemptioni tribueret.

Septima vt exemplo suo virtutē obedientie cōmendaret

Octaua vt nos a iugo legis mosayce liberaret.

Nona vt nos ad spiritualem circūcisionem induceret

Prima ratio est vt ꝓbaret se verum hominem p sanguinis effusionē. Statim em̄ vt natus est, fact⁹ est nobis doctor z si nō ligua, tamen opere. Nec mirū cū sit fons sapientie verbū dī in excelsis. Eccl. j. Doctrix est em̄ discipline dei z electrix operum illius Sapiētie. viij. Et per hoc confutat̄ heresis Manichei qui dixit christum non habuisse verum corpus: sed fantasticum z apparēs: sed corpus fantasticū non habet sanguinē: Ideo zč. Item reprobat̄ positio Apollinaris q̄ dixit corpus christi esse de substantia diuinitatis, z ꝯsequenter cū diuinitas sit impassibilis, dicebat illud corpus impassibile esse quod hodie reprobat̄: quia hodie christ⁹ dum circūciditur patit̄ lachrymat̄, z sic patz q illud corpus est ex quattuor elementis compositū. Itē confutatur alter hereticus nomine Ualentinus: qui dixit christū accepisse corpus celeste z cōsequenter asserebat illud corp⁹ sanguinem nō habere quod hodie reprobat̄: quia christus sanguinem fudit. Ideo dicit̄ in symbolo Athanasij. Perfect⁹ deus p̄fectus homo ex anima rationali z humana carne subsistens. Secunda ratio vt probaret se esse de genere Abrae: qui p̄mo accepit preceptum circuncisionis in signū fidei sue. Unde dicitur Gēn. xvij. q post q̄ deus promiserat Abrae multiplicationem generis sui sicut stellas celi z harenas maris. p stellas celi significant̄ filij Abrae spirituales: cuiusmodi sunt fideles. De quibus Apostolus Gal. iij. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt hi sunt filij Abrae p

harenaʒ, que maris intelligunt filij Abrae carnales sicut iudei: qui sunt positi in mari in amaritudine infernali/et nō possunt stare in celo: quia nō sūt stelle sed harena. Subdit. Circundet ex vobis omne mascu linum et circūcidetis carnem prepucij vestri vt sit in signū federis inter me et vos. Ubi manifeste apparet quod preceptum de circūci sione nō fuit datum/nisi debentibus ritum iudeicū seruare: quia dicit. Ex vobis. No ta ex vobis quod pōt exponi dupliciter. Staret ergo circuncisio quousque nascuntur ex vo bis: quia circūcisio: tunc erit quidam nati uitas spiritualis inquantū per ipsam libe rantur a peccato originali. Sed quādo tem pus erit quod natiuitas nō fit ex vobis/sed ex aqua et spiritu sancto secundū verbum do mini Joan.iij. Tunc nō erit amplius cir cuncisio. ¶ Tertia ratio vt is qui in simi litudinē carnis peccati venerat Joan.viij Remediū quo caro peccati mundari con sueuerat nō respueret. Ubi notandum quod christus omnes passiones et omnes miseri as generales que consequunt humanam naturā assumpsit: preter culpam et ignorā tiam/et preter illas passiōes que sunt cau sa culpe: sicut rebellio sensualitatis ad ra tionem/et concupiscētia et difficultas ad bo num et pronitas ad malum. vnde assum psit/famem/sitim/dolores/tristitias/su dores/et labores. Non aūt assumpsit par ticulares miserias et defectus: sicut febrem: podagram et huiusmodi. nam tales infir tates nunquam christi corpus habuisset vtpo te bene proportionatum et bene regulatū/ce teros vero defectus recepit in se. Debuit enim per omīa fratribus assimilari Heb. se cundo. Propter quod Esa.liij. Uere languo res nostros ipse tulit. et dolores nostros ipse portauit. Cum ergo circūcisio esset pe na quedam et nō peccatū licet esset pena pec cati: quia penas alias non renuit etiā hanc libenter assumpsit. Hinc nota cōtra illos qui nolunt subire onus penitentie psalmus In labore hominum non sunt: et cum ho. non fla. et cetera. Glosa. sed cum demoni bus in inferno cruciabuntur. Nota hic quod christus in se omnia remedia que diuersis temporibus fuerunt a deo instituta cōtra peccatum originale: in se voluit assumere. Nam tempore legis nature tria remedia fuerunt successiue instituta. Primum ob latio et durauit vsque ab Abel ad Noe. Ge nes.iiij. Respexit deus ad Abel et ad mune ra eius: et hoc remediū assumpsit christus quando est a parētibus presentatus in tem plo Luc.ij. Secundum remediū fuit sa crificium/et durauit a Noe vsque ad Abra am. hoc assumpsit dominus quando ma ter eius obtulit pro eo par turturum aut du os pullos columbarū: vt inde fieret sacri ficium. Tertium remediū fuit decima tio sicut habetur Geñ.xiiij. quod Abraam ob tulit decimas Melchisedech. hoc assum psit christus quando .xl. diebus et noctibus ieiunauit: quia enim nō habebat vnde sol ueret decimas rerum. salutem deo obtulit decimas dierum. Quartum remedium fuit circūcisio data Abrae Geñ.xvij. et du rauit vsque ad christuʒ. et hoc assumpsit ho die. Quintum remedium baptismus et hoc assumpsit a Joāne baptista Matthei ter tio. Et Luce tertio. Predicta habētur in legenda purificationis. ¶ Quarta ratio est vt arram nostre redēptionis hodie da ret. Recte fecit christus sicut mercator qui vadit ad nundinas emere preciosas mer ces magno precio. quod non statim soluit sed dat arram vt contractus firmetur. de inde statuto tempore soluit totum preci um. Jta christus in die conceptionis vel natiuitatis descendit de celis in vterū vir ginis vel in terram ad emendum precio sas margaritas id est aīmas humanas au fert huic mundo dicens mundo. Da mi hi animas: cetera tolle tibi. Genesis.xiiij. Precium redemptiōis fuit totus sanguis christi soluendus in die veneris sancta in mensa cambij: id est in arbore sancte crucis secundum diuinam ordinationem. Sed hodie dedit signum siue arram /tanquam strenam que hodie communiter datur. Sed nunquid ergo et nos non dabimus strenam sibi in pauperibus multo magis quam histrionibus et mimis qui faciunt mali natas et cetera. Dic vt expedit. In quo appa ruit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei: vt dicit apostolus ad Titum iij. Et habetur in epistola hodierna etc. ¶ Quinta ratio est vt approbaret circum cisionem quam ipse olim instituerat in le ge veteri. Ro.xv. Dico enim Jesum

habetur in.c. Translato.de constitutionibus. Et confirmat ratio: quia circuncisio fuit data Abrae i signũ fidei Abrae. Ro.iiij. Credidit Abraam deo: et imputatum est illi ad iustitiã. Et infra. Et signum accepit circuncisiõis signaculũ iustitie fidei que est i pputio &c. ergo quia signũ debet ꝓportionari et ꝯfigurari signato: tandiu debet durare signum q̃diu fides Abrae. Da exemplũ ꝺ signo frondium in taberna. Fides autẽ Abrae fuit de christo venturo: que fides chr̃o adueniẽte cessauit &c. Cõsequenter ergo debuit cessare fidei illi⁹ signum q̃d erat circũcisio. Et in signũ huius chr̃s in cruce dixit. Cõsummatũ est Jo.xix. Et velum templi chr̃o mortuo scissum est. Mat.xxvij. Ergo christiani liberi sũt a iugo legis &c. Nota moraliter cõtra feminas q̃ nutricie sunt filiorum iudeorum. Contra primum. Si iudeos. extra de iudeis.

¶ Nona ratio est vt nos ad moralem circuncisionẽ induceret. De qua Apostolus Col.ij. Si aũt circuncisi estis in chr̃o circũcisione nõ manufacta.i.carnali in expoliatione corpis carnis. Hac circũcisiõe quilibet nostrũ debet circũcidere oia mẽbra sua. Lingua ergo debet circuncidi ne loquatur mendacium neq; vana: quia corrumpunt bonos mores colloquia mala.j. Cor.xv. Itẽ, os et vox ne cantet vana &c. Nota hic contra repetrices &c. Unde et Moyses cõquestus est se esse in circũcisum labijs dicẽs. Et quomõ audiet me Pharao pſertim cũ circũcisus sum labijs. Exo.vj. Oculus debet esse circũcisus ne videat vana.ps. Auerte oculos meos ne videãt va.&c. Treñ.iij. Oculus meus dpre.est a. me. Auris circuncisa nõ audiat detractionẽ.ps. Et oppobriũ ñ accepit aduers⁹ pro. f. Manus circũcisa nõ percutiat: sed impleatur manus elemosyna et detur pauperibꝰ quia meli⁹ est facere serenã chr̃o q̃ alijs homini. Pes circũcisus nõ currat ad malũ: et sic de singulis mẽbris. Nõ solũ aũt membra corpalia debem⁹ circũcidere: sed etiam cogitatiões cordis. Un̄ Deut.x. Circũcidite ꝑ putia cordis vestri et ceruicẽ vr̃am ne iduretꝭ apl̄s: q: dñs de⁹ nr̄ ipe de⁹ deorum et dñs dñantiũ. Sed tñ pauci sũt qui se velint hoc mõ circũcidere a se vitia amputãdo. Contra q̃s Hiere.ix. Omnis autem dom⁹ israel incircũcisi sũt corde &c. Dic vt expedit. Ul' dic q̄ debem⁹ circũcidi in aia. Secũdo i corpe. Tertio in facultatibꝰ Primo in aia ſm quamlibet eius potentiam. Primo ergo in intellectu nos circũcidere debemus: abscidẽdo omnẽ errorem et supstitionẽ. Multe eñ supstitiones olim a gentilibꝰ fiebant hac die: que etiã a pluribus chr̃ianis hodie obseruant q̃d probibet.xxvj.q.vij.ca. Si q̃s Kl'as Januarij ritu paganorum colere vel aliq̃d plus noui facere ꝑpter nouũ annũ aut menses cum lampadibꝰ vl' epulis in domibꝰ ꝑparare ꝑ vicos et plateas cantores ac choros ducere pſumpserit: anathema sit. Itẽ Gal.iiij. Dies obseruatis et menses et tpa et annos timentes aũt vos ne forte sine cã laborauerim in vobis. Scd̄o in volũtate vt omnem amorẽ inordinatũ erga creaturã aliquã remoueat. Nã vt ait Aug. ad dñm in libro ꝯfes. Min⁹ te amat qui tecum aliq̃d: quod non ꝑpter te amat. Ideo Deut.x. Circũcidite preputia cordis vestri &c. Vide supra. Itẽ Hiere.iiij. Circũcidimini domino et auferre ꝑputia cordiũ vr̃orum: ne forte egrediat vt ignis indignatio mea et succendat: et ñ sit q̃ extinguat ꝑpter malitiã cogitationũ vr̃arum. Est eñ amor mũdi sicut viscus iplicans alas anie ne valeat ad celum aduolare. Item debet circũcidi memoria: vt nõ recordemur de iniurijs, primorum nobis illatis: sꝫ ꝺ bñficijs diuinis nobis collatis: ps. Memor fui dei et delectat⁹ sum &c. Debet tertio circũcidi hõ in corpe q̃ntum ad omẽs sensus: sicut habet.s. proximo sermo. par.vi. Quarto debet circũcidi hõ in facultatibꝰ, male ablata restituendo: quia peccatũ nõ dimittit nisi restituat ablatũ. Regla. peccatũ. li.b.v.j. Et.xiiij.q. vj. Si res. Itẽ supflua paupibꝰ erogando Luc.xj. Quod supest date elemosynam, Et ecce omnia munda sũt vobis. Amen.

¶ In festo Epiphanie Sermo. XVI.

Procidentes adorauerunt eũ. Mat.ij. Sermo noster erit de mõ ꝺ ...

christum adorare ad exemplū istoꝝ magorum: de quibꝰ dicit in themate. Saluteꝭ virgo. Pro declaratiōe thematis ꝛ introductione materie p̄dicande: formabo duas questiones. Primā p introductiōe sermonis. Secundā p p̄secutione. Prima ergo questio est ista. Utrū chr̄s sit adorandus adoratiōe latrie. Secūda questio erit quō chr̄s sit adorādus. ¶ Pro declaratione ergo p̄me questionis notādū q theologi distinguunt triplicē adoratiōnē. Prima dicit adoratio latrie. Secunda dulie. Tertia hyperdulie. Hic has duas p̄mas omissa tertia. Prima est reuerētia vel obsequium quevel qd debeꝭ soli deo ratione creationis ꝛ nulli alij. Unde potius debetur homo mortē subire q̄ tali adoratione creaturā aliquā adorare: sicut noluerunt adorare statuā Nabuchodonosor Daniel ꝛ tres pueri: ꝛ ideo fuerunt piecti in fornacē ignis. Dan. iij. Et Deut. vj. Unū deum adorabis ꝛ illi seruies. Et Matt. iiij. ¶ Scd̄a. s. dulia est reuerentia quedā siue honor qui exhibeꝭ dn̄o a seruo. Dulia eīm grece dicit seruitus latine: sed large sumendo est reuerentia quedā que cuilibet creature exhibeꝭ ratiōe cuiuscūq excellentie: puta potētie: sicē regibꝰ vel dignitatis sicut episcopis ꝛc̄. Et hec reuerentia debetur sanctis omnibꝰ ꝑpter excellentiā sanctitatis: propter hoc adoramus sanctos. Unde ꝛ Joānes adorare volebat angelum hac adoratiōe dulie. Apocal. vlti. Quāuis fuit ab eo phibitus triplici ratōe. Prima ad ostendendā dignitatē ipsius Joānis: que multis angelis dignior fuit. Scd̄a ad euitandā spēm idolatrie. Tertio ad ostendendā exaltationē humane nature sup angelos in homie assumpto. Hec Tho. in. iij. sentē. dis. ix. q. j. ar. ij. Tertia. s. hyperdulia est q̄dam reuerētia siue virtus qua exhibetur reuerētia creaturis que habēt quādā p̄rogatiuā sup alias: ꝛ specialē quandam ꝓpinquitatē ad deū. Et hec nulli scō debeꝭ: nisi vni. s. virgini Marie. De christo aūt videbiꝭ statim. Hoc p̄suppositō ad ꝓpositū questionis r̄ndeo fm̄ Thom. in. iij. sniaꝝ. dist. ix. q. j. ar. ij. potest chr̄s dupliciter p̄siderari. Uno modo inquātū deus. sic debeꝭ sibi adoratio latrie: qꝛ creator ...ā. j. Omīa p ipm̄ facta sunt. Gen. j In pncipio. s. in filio creauit deus celum ꝛ terrā. ps. Omīa in sapiētia fecisti. Secūdo modo pōt christus cōsiderari fm̄ humanitatē. Licet eīm realr humanitas illa nō sit separabilis a diuinitate: nisi in triduo quo chr̄s mortuus fuit in quo chr̄s nō fuit homo. Et ibo humanitas fuit separata a diuinitate: q̄uis diuinitus. ꝛ cū aia esset in limbo: ꝛ cū corpe in sepulchro tamen p intellectū separari pōt: ꝛ sic debꝫ intelligi q dr̄. Qd̄ semel assumpsit nunq̄ dimisit. Et tūc si p̄sideraꝭ illa humanitas de p se separata a verbo dei. ꝛ tūc debetur sibi non latria sed dulia. Uñ sup illud ps. Adorate scabellū pedū eius: dr̄ Glo. q caro chr̄i nō est adorāda illa adoratiōe latrie: q̄ soli deo debeꝭ. Exaltate dn̄m deum vestrū ꝛ adorate scabellū pedū eius: quoniā sanctū est. ps. xcviij. Si vo cōsideraꝭ illa humanitas vt vnita verbo: tūc debeꝭ honor ei latrie. Nā adorare carnē christi inquantū est vnita verbo: nihil aliud ē q̄ adorare verbū dei incarnatū: sicut adorare vestem regis: nihil aliud est q̄ adorare regem vestitū: fm̄ Tho. iij. pte. q. xxv. ar. ij. Et fm̄ hāc distinctionē debemus intelligere thema ꝓpositū. vel adoratiōe dulie vel latrie fm̄ determinationē p̄dictam. Et sic patet prima questio. Et vide etiam quod de hac materia latius scripsi in sermonibus quadragesimalibus de decem p̄ceptis decalogi in primo precepto sermo. ix. vbi agitur de adoratione deo exhibenda. ¶ Secūda questio p sermonis p̄secutione est: quomodo siue de quibꝰ rebꝰ sit christus adorandus. Circa huius questionis solutionem satis instruimur exemplo magorum qui christum adorauerunt hodierna festiuitate. Ubi nota q quattuor christo exhibuerunt.

Primo vocalem laudationem siue confessionem.

Scd̄o cordialē deuotiōem.

Tertio corpalē humiliatiōnē.

Quarto realē oblatōem.

¶ Et istis quattuor modis debemꝰ nos etiam christum adorare.

¶ Primo magi adorauerūt christū: tamē vocali cōfessione. Unde dixerūt. Ubi est qui natus est rex iudeoꝝ. vi. enim stellam eius in oriente ꝛc̄. Ubi cōfessi sunt ore eo

ram fidem christianã: quia tota fides con sistit in hũanitate et diuinitate chr̃i. Unde Athanasius i sym. Hec est aũt fides recta vt credamus et ɔfiteamur: quia dñs noster Jesus christ⁹ dei filius: deus ꝛ homo est. Humanitatẽ christi ɔfitentur cum dicunt. Ubi est q̃ natus est. Nasci em̃ tẽporaliter ptinet nõ ad deum sed ad hominẽ. diuinitatẽ: cum dicũt. Uenimus adorare eum. Item ɔfitentur regem cum dicunt. Rex iudeoꝝ: ecce vocalis cõfessio. Tripliciter ergo debem⁹ deo exhibere vocalem laudationẽ fm q tria debem⁹ deo: sc3 fidelitatem/reuerentiã/ꝛ obsequium. Primo ergo fideliter ɔfitendo. Scd̃o reuerentialiter de eo loquẽdo. Tertio obsequialiter de eo collaudãdo. De scd̃o dic contra piuros/ɔtra blasphemos/cũ si nomen regis blasphemaret/acriter puniretur/s3 secus si nomen dei: quilibet habet aduocatu3 ꝛ defensorem in h mundo preter christũ ꝛc̃. Dic vt expedit. De tertio dic vt hic dicit. De primo vero dic q quilibet debet cõfiteri fidem ore. Rom.x. Corde creditur ad iustitiam ore autẽ ɔfessio fit ad salutem. maxime aũt fieri debet cum homo est proximus ad vidẽdũ christũ in morte/sicut fecerunt magi cum essent prope bethleem Sic ꝛ nos cum ore debem⁹ laudare chr̃m ps. Uoce mea ad dñm clamaui. Et h est quandoq necessariũ sicut clericis beneficiatis vel in sacris ɔstitutis. vt in c. d cele. miss. Quandoq vero nõ est necessariũ: sed vtile sc3 ad puocandã ꝛ excitandam deuotionẽ ex ipa voce/ꝛ clamore: quia multotiens mens tepida excitatur. Nota exemplum de illo q̃ bene cãtabat qui ibat quãq ad locum solitariũ ꝛ ex ipsa dulcedine vocis sue cantando excitabat ad amore3 dei: adeo q effectus est seruus dei relicto mundo. Unde ꝛ de Aug. legimus. Flebat aũt vberrime in hymnis et canticis suaue sonantis ecclesie vocib: vehemẽter affectus Nec mirũ cum etiam ad voces auium etiã excitat deuotio: quandoq ad sonu3 cithare vel organi. Nota de Dauid: q ad sonũ psalterij excitabat in eo spiritussctũs. Itẽ ad tactum cythare Dauid descebat Saul non vexabatur a spiritu malo. j. Reg. xvj. Ide3 de sono campane. Hinc. eccl'ia ordinauit cant⁹ ecclasticos. ps. Cantate dño ꝛ benedicite nomini ei⁹ ꝛc̃. Sic faciebãt pueri dñm laudantes et di. Osanna filio Dauid benedict⁹ qui venit in nomie dñi. Matth. xxj. Ideo di Osee vl. Omnẽ aufer iniquitatẽ ꝛ accipe bonu3 ꝛ reddemus vitulos labioꝝ nostroꝝ. Et vide q̃d notat Glo. in Cle. pma de cele. miss. super verbo Fructus labioꝝ ꝛc̃. Item in Clemẽ. Si dñm. de reliquijs ꝛ vene. sanc. in Glo. magna in septimo mẽbro. Item quod notãt canoniste in ca. Dolentes. de cele. miss.

¶ Scd̃o ergo ꝛc̃. Magi em̃ cũ maxima deuotiõe adorare christũ quesierũt: quesitum inuenerũt: ꝛ inuentum adorauerũt Quod pat3: quia signũ maxime deuotõis est inquisitio dei: ꝛ quanto magis res inqritur/tanto maioris amoris signũ ostẽdit Inquisitio ei oritur ex fide ꝛ amore: ꝛ sic isti magi ꝛ credebãt in chr̃m: ꝛ diligebãt. Unde ad visionẽ stelle dicit. Uidẽtes aũt stellam gauisi sunt gaudio magno valde. Si ad visionẽ stelle tantũ gauisi sũt quantum gauisi sunt ad visionẽ christi/qui erat finis ipsoꝝ: quia ꝑter quod vnũquodq ꝛ illud magis. Primo ergo notatur causa gaudij cũ dicit. Gauisi sunt. Secundo notatur forma gaudij cũ dicit: Gaudio. Tertio notatur obiectũ gaudij quod erat stella christi dum dicit. Magno. Quarto notatur quantitas gaudij dum dicit Ualde. quod gaudiũ etiã fuit signũ maxime deuotionis et conculcat euangelista quattuor verba. Primo gauisi sũt. Secũdo gaudio. Tertio magno. Quarto valde. Et h ꝑter quattuor d quib gaudebãt. Primo quidẽ gauisi sũt. Quia fm Chryf. spes eorum decepta non erat: sed amplius confirmata q tanti itineris nõ sine causa receperunt laborem. Secundo gaudio: quia secundũ Glo. gaudio gaudet qui ꝑter deũ gaudet qui est verum gaudium eius. Tertio magno: quia fm Glo. de magno gaudebãt: q d signo christi nati. Quarto valde: q̃a fm Chryf. dignitas tunc nati reg excedebat mensuram omniũ mundialiu3 reru3. Uel ideo dic̃ valde: quia mag gaudent homines de rebus perditis et recuperatis q̃ꝫ de semper possessis. Patet ergo quomodo obtulerunt magi christo cordialem deuotionem. Sic ꝛ nos ipsum adorare debemus cordialiter: quia de⁹ pncipalr

vult a nobis cor. Prouer.xxiij. Fili prebe mihi cor tuū. alioqn paꝝ valet orō et adoratio. Unā dn̄s cum ꝓpheta arguit iudeos q̄ in hoc d̄fectu erant/dicens. Popul⁹ hic labijs me honorat/cor autē eoꝝ longe ē a me. Esa.xix. Et Mat.xv. Nota hic exemplū de illo heremita cui apparēs diabolus in specie angeli lucis: dixit ei ꝙ de⁹ volebat ab eo. Dimidium lune totū cum principe rome. Ideo dic̄ dn̄s. Diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo/ex tota anima tua ⁊c̄. Matth.xxij.i.cū in intellectu/memoria ⁊ volūtate. Sic hodie sūt multi q̄ adorant christū non corde/sȝ ore: quia ore dicūt: Pater noster/⁊ cor est i foro. Versi. Os in choro ⁊ cor in foro. Uel est in coquina: vel q̄d peius est habēt rancorem ɔtra ꝓximū: ⁊ dicūt Pater noster ⁊ dimitte nobis debita nr̄a ⁊c̄. Nō sic faciebat David dicēs. Clamaui in toto corde meo exaudi me dn̄e. Nota Toto corde: nō eñ vult de⁹ partē cordis/sed totū ⁊c̄. Unā apostol⁹. Si orē lingua spūs meus orat: mens aūt mea sine fructu est. Quid ergo? Orabo spiritu/orabo ⁊ mente: psallā spiritu: psallam ⁊ mente. j. Cor.xiiij. Hinc ꝓcedit q: homines sine cordiali deuotōe stāt in ecc̄lia ꝙ statim tedio afficiunt̄: sȝ nō attediant̄ in theatris ⁊ ludēdo ⁊ detrahēdo et temp⁹ perdendo similes filijs israel q̄bȝ nausee erat manna: ⁊ d̄siderabāt porros ⁊ cepas. ⁊ allea cucumeres pepones egypti Nūc.xj. Sic etiā pauci delectant̄ d̄ libris sc̄tis ⁊ scripturis doctorū catholicoꝝ: sed querunt libros Tullij/Uirgilij/Senece et alioꝝ paganorū. Nota exemplū q̄d legitur in vitis patꝝ de sc̄tō Machario accedente ad ecc̄liaȝ vbi monachi dicebāt officiū: ⁊ cetera q̄ vidit mlt̄os in formis ethyopum demones: q̄ diuersa signa et figuras monachis psallentibȝ ostendebāt vt ipoꝝ mentes ab intentiōe officij diuerterēt. Jo Augustin⁹ in regula. Cum oratis deum: hoc versct̄ in corde q̄d ꝓfertur in ore ⁊c̄.

¶ Tertio adorauerunt christū magi cum corporis humiliatione: vnde dicit thema. Procidentes adorauerūt eum. Non dicit genuflectentes vel inclinantes. Sic etiaȝ et nos ad idem inducimur: nedum ipsorū exēplo sȝ etiā rōne. Nā homo est medius inter angelos et bruta animalia. Nam angeli solū sunt spirituales substātie sine corpore/nec sunt compositi ex materia et forma ⁊c̄. bruta etiā animalia sunt solum corporales siue materiales substātie sine aīa rationali ⁊ sine intellectu. Homo vero est cōpositus ex aīa seu itellectuali principio et corpore. Deus autē requirit a creatura vt cognoscat ⁊ adoret eū ſm qualitatē creature. Sic dn̄s vult recognosci a vasallis ꝓpter feudū q̄d dedit sibi diuersimode ſm qualitatē diuersoꝝ vasalloꝝ: et quantitatem rei date: q: plus exigit dn̄s a vasallo cui dedit comitatū q̄ȝ ab eo cui dedit soluȝ castrū ⁊c̄. q: cui plus dimittit̄ plus diligit id est diligere debet: ⁊ cui minus dimittit̄ minus diligit. Lu.xvij. Ab angelis ḡ de⁹ solū vult adorationē spiritualē scȝ motus reuerentialis mētis. Ab aīalibȝ vero brutis vult solū gestus corꝑis reuerētiales/ sic̄ fecerūt bos et asin⁹: q̄n adorauerūt chr̄m in p̄sepio: q̄ solum flexerūt genua: sed interius nō cog̃scebant cognitiōe itellectuali: sed cognitiōe naturali equiuoce loquēdo bene cognoscebāt: iuxta q̄ḋ loquit̄ Esa.j. Cognouit bos possessorē suū/et asin⁹ presepe dn̄i sui. Item Abacuc.iij. In medio duoꝝ aīaliūȝ cognosceris. Nec intelligebant sicut nec asina Balaam ⁊c̄. Sȝ a nobis vult vtrūq̄: scȝ adorari a nobis in aīa et in corꝑe. Autoritas. Uenit hora i qua veri adorātes adorabunt patrē in spiritu et v̄itate. Nā pater tales querit q̄ adorēt eum in spiritu ⁊ veritate oportet adorare. Joan.iiij. Nota Uenit hora. s. tēꝑe legis gratie ⁊c̄. In spiritu: quantū ad aīam. Et veritate. s. quātuȝ ad corp⁹: q: tūc est veritas: q̄n corpus cōformat̄ anime et menti. Et subdit rationem. Spiritus est deus ⁊c̄ Debemus autem tria facere in hac humiliatione corꝑali: videlicet primo humiliare oculos ad exemplū Publicani: qui nō audebat nec oc̄los ad celū leuare. Lu.xviij

Secundo humiliare genua et dextrum et sinistrū ad exemplum Stephani: q̄ positis genibus orabat ⁊c̄. Act.vij. Tertio humiliare totum corpus ad exemplū christi: qui procidit in faciem suaȝ ⁊c̄. Matth. xxvj. Et ad exemplū magoꝝ qui ꝓcidentes adorauerūt eum. Hoc etiam christus docuit nos exemplo. Lu.xxij. Positis genibus orabat dicens. Pater si vis transfer

a me calicem istum. Mattheus dicit. Et
pgressus pusillum procidit in faciem suaz
orans zc. Matth.xxvj. Sic etiam fecit il
le cecus a natiuitate quez christus illumi
nauit. de quo scribit Joā.ix. q christus di
xit illi. Tu credis in filium dei? Respōdit
ille et dixit. Quis est dñe vt credaz in eū?
Respondit Jesus. Et vidisti eum et qui
loquit tecuz ipse est. At ille ait. Credo do
mine: et pcidens adorauit eum. Et nota:
q chr̄s quādo adorauit dicit scriptura po
sitis genib9. nam ambo genua debēt ante
deum flecti. Dominis tempalib9 est flectē
dum genu sinistrū tātum in signū q sunt
domini solum corporū/ et i signum domi
ni tempalis ad mortificandū nō ad viuifi
candū: quia hoc ē pprium dei. Deut.xxx
ij. Ego occidam et ego viuere faciaz. Itē
j.Reg.ij. Domin9 mortificat et viuificat
deducit ad inferos z reducit. Prelatis aūt
spiritualib9 genu dextrum tm̄/eo q habēt
dominiū sup animā tantū: deo aūt vtrūq
genu: quia habet dominiū sup animas et
corpa. Ideo dicit Rom.xiiij. Viuo ego
dicit domin9; quia mihi flectetur ōme ge
nu. et omnis lingua ɔfitebitur deo. Nota
contra illos q quando vident corpus chr̄i
nō flectunt genua aut vnū tm̄ aut cum ca
pite cooperto zc. cum tamē si regi loque
rentur vtrūq genu flecterēt zc. Hic vt ex
pedit. ¶ Quarto adorauerūt christū ma
gi cum reali oblatiōe: quia obtulerunt ei
munera aurum/thus/et myrrhā: apertis
thesauris suis. Et intellige q qlibet ipsorū
obtulit pdicta tria munera. Munera autē
ista fuerunt cōmendabilia multiplici rōe.
¶ Primo ratōe pciositatis: qz ō thesaurz
Secundo pueniōnis: quia obtulerunt.
Quarto ratōe liberalitatis: quia munera
nō mutuum: nō debita. Quinto ratione
significatiōis: quia aurum/thus/z myr
rham. Glo. fidem suam mysticis pferunt
muneribus. Aurum regi/thus deo/myr
rha mortali. Fecerunt ipsi sicut faciūt va
salli quando nouus rex intrat in regnum
quia omnes vasalli offerunt ei tributa et
munera fm decentiam regie maiestatis.
Sic in proposito zc. Sic z nos zc. Hono
ra dominum de tua substantia. Prouerb.
iij. Et huius ratio est: ad recognoscendum
q omnia bona temporalia ab ipso recepi
mus. Contra hoc multi faciunt. Quidaz
enim nihil donant deo nisi verba: sed do
na nec sibi nec proximis dant: sed christus
eos punit: quia quod non dant christo ac
cipit fiscus. Nota contra illos qui nō dāt
elemosynā etiam predicatori zc. nec aliis
pauperib9: sed mundo multo expendūt ad
cōuiuia zc. Item p carne ad luxuriandū.
Item p diabolo ad faciendum vindictaz
zc. vel ad ludum taxillorū. Et est magna
pditio: sicut si vasallus qui fecit homagiū
dño nō redderet ei seruitium et tributū: sz
eius inimico: certe magna proditio esset z
mereret priuari feudo qd habet a domio
iuxta notata in ca. De forma.xxij.q.v. De
bemus ergo dare tria bona i elemosynas.
signata p tria munera magorum. videlicz
bona fortune signata per aurum. bona na
ture signata per myrrham: que conseruat
naturam a putrefactōe: bona gratie signa
ta per thus. Nota de studio zc. Quidam
so dant dño aliena: quia subtraxit/dedit
pauperibus zc. expoliant pauperes et ve
stiunt altaria. Contra quod dicitur Eccl
xxxiiij. Qui offert sacrificium ex substātia
pauperum: quasi qui victimat filiū in cō
spectu patris sui. Ideo dicitur Prouerb.
iij. Honora dominū d tua substātia. Qui
dam autē dant deo peiora. Verbi gratia:
si habet vinuz triste vel aliquod aliud cor
ruptum dant pauperibus. Sic de filiis si
habent aliquem cecum vel claudū vel spu
rium faciūt clericum zc. sed bonuz tenent
pro se. Tales incidunt in iudicium repro
batiōis Cain qui offerebat peiora de fru
ctibus. Unde Augusti.xv. de ciui. dei.c.
vij. sed Abel de adipe pinguium: ideo di
cit scriptura. Respexit deus ad Abel z ad
munera eius: ad Cain autem et ad mune
ra eius nō respexit Gen.iiij. Quidam so
nō solum de suis bonis nō dant: sed aufe
runt res diuinas ab ecclesiis zc. Item au
ferunt id quod dei.s. festa: qz in ipsis labo
rant/et isti sūt peiores iudeis et saracenis
qui festa sua custodiūt: sed christiani nō zc
Nota cōtra illos qui in trapetis laborat
ri faciunt in dñica sed nō in sabbato: quia
iudei nolunt laborare zc. Isti tales aufe
runt partem deo: qz de septem dieb9 fecit
deus partes septem. vnā reseruauit p se et
sex dedit nobis: nos aūt nō sum9 ɔtēti: sed

volumus auferre partē deo.i.diē dominicā q̄ est vna de septem dieb9 hebdomade. Nota etiā ꝯtra sartores q̄ in dieb9 dñicis laborāt de nocte vsq̧ ꝓpe diem: sic etiā in die natalis dñi ꝛc. Itē cōtra corbiserios. Itē cōtra barbitonsores ꝛc. Ido frangēti fidē/fides frangatur eidē ꝛc. Deus enim aufert partē nostrā: vel breuiādo vitā. ps. Viri sanguinū ꝛ do. nō di. di. s. vel immittendo infirmitates: in quib9 hoies expendunt decuplū quā lucrati fuerint. Vel famē/vel latrones/vel pyratas/vel alias aduersitates: q2 si tu facis guerrā cōtra deū ipse defendit se cum sagittis suis ꝛc. Ido adoremus dñm sicut adorauerūt magi ꝛc.

¶ Notandū q̧ oim hoim dantium ꝛ non dantiū elemosynas est decuplex differētia ꝛ vltima est bona. Quidā em̄ p̄mo nō dāt nec facta nec verba: sed tacēt cum pauper petāt ꝛ aspectant. Contra qđ dicitur Prouerb. xxj. Qui obturat aurē ad clamorem pauperis: ꝛ ipse clamabit ꝛ n̄ exaudietur. Quidam ꝛ scđo dāt verba mala iniuriādo pauperib9: vel eos mittendo cum diabolo ꝛc. sic faciet eis christus in iudicio: q2 mittet eos cum diabolo ꝛc. Quidā ꝛ tertio dāt bona verba: sed facta minime: cū tamē ꝓ mūdo vel ꝓ carne luxuriādo: vel ꝓ conuiuijs multa expendent. Nota contra illos qui ꝓmittūt dare elemosynā: sed tñ postea decipiūt: qđ videtur mortale peccatū: quia dixit lex: q̧ graue est fidē fallere. l. j. ff. de cōstituta pecunia. Et in c. Antigonus. extra de pactis. Quidā ꝛ quarto cū impetu ire. sicut fecit q̄dam qui ꝓiecit panem cū ira in faciē pauperis. sed pauper qui bene sciebat ludere ad pilam: accipiens cū manu dixit. Amore dei sit. Quidā ꝛ quinto dāt peiora pauperib9: ꝛ meliora ꝛ optima quecq̧ retinēt ꝓ se. Ido cadūt in iudiciū Cain ꝛc. Vide s̄. Quidā ꝛ sexto dant pauperib9 de alienis: q2 faciūt furta/vsuras ꝛc. ꝛ de illis dant elemosynas. Cōtra qđ dicitur Eccli. xxxiiij. Qui offert sacrificiū ex substantia pauperū: quasi qui victimat filiū in ꝯspectu patris. Ideo dicitur Prouer. iij. Honora dñm d̄ tua substātia. Quidā ꝛ septimo dant ex vana glia ꝛc. Matt. vj. Amen dico vobis receperūt mercedē suā. Cum facis elemosynam noli tuba canere ante te sicut hypocrite faciūt. Et infra. Te aūt faciēte elemosynā ne. si. tua q̄d faciat dextera tua. Quidam ꝛ octauo dant modicū cum possint multū dare: ꝯtra qđ fecit illa vidua que posuit duo era in gazophylatio. Lu. xxj. Ido Tob. iiij. Quō potueris esto misericos. Si multum tibi fuerit: abundanter tribue. Si exiguū tibi fuerit etiā exiguū libēter impartiri stude. Quidā ꝛ nono: ꝛ sunt pessimi: non solum nō dant sua pauperib9: sed ipsos paupes p̄dantur. ꝛ bona ecclastica: ꝛ res diuinas. in hoc iudicio sunt oēs artifices q̄ laborāt in dieb9 festiuis ꝛc. Dic vt s̄. in fine predicti s̄monis. In hoc etiā iudicio sunt heredes q̄ bona testatoris ꝛ legata relicta pauperib9 occupāt: sed sic fiet eis. Item Esa. xxxiij. Ve q̄ p̄daris: nōne ꝛ ipse p̄daberis. Per regulā iuris. Qđ q̄sq̧ iuris in alium statuit: ipse eodē iure vtatur. Quidam ꝛ decimo dant multū cū bona intentiōe ꝛ deuotōe. isti imitantur Magos ꝛc. Et ido de9 mittet eis stellā. i. angelū q̄ illuminet eos ꝛ perducat ad videndū chrm̄ in glia. Quidā ꝛ vndecimo dant cū acidia ꝛ tristitia quasi coacti. Cōtra q̄s apls. ij. Cor. ix. Vnusquisq̧ ꝓut destinauit in corde suo: nō ex tristitia aut ex neg. Hilarē em̄ datorē diligit deus. Quō aūt ꝛ cū quib9 circūstātijs debeat fieri elemosyna: notatur in ps. Dispsit dedit pauperib9: iustitia eius manet in seculū seculi. De quo vide post festū Trinita. Sermo. xiiij. parte. j.

¶ In festo sctī Antonij abbatis. Sermo. XVII.

Certamen forte dedit illi vt vinceret. Sap. x. Pro declaratiōe nota q̧ in scriptura ꝛ experientia inuenitur q̧ p̄sens vita ē nō nisi campus p̄lij. ꝛ quātū ad corpus et quantū ad animā. Primo quantū ad corpus a tp̄e ꝯceptionis: q2 quattuor qualitates corpis ꝯtinue bellānt: scȝ calor cum frigiditate, ꝛ siccitas cum humiditate q̄usq̧ interficiant hominē. Idē etiā est exēplū. Corpus em̄ semp est in miserijs: laborū: infirmitatū: piculoꝝ: paupertatum ꝛc. guerraꝝ ꝛc. Itē cū ꝓximis ad inuicē detrahendo/iniuriādo/insidiādo ꝛc. Ido de

¶ Quantū ad primuʒ ⁊c̄. Sicut pictor q̄ depingit ad exēplar alteri⁹ figure:sic be ata Agatha pingebat vitā suam ad simi dinē vite chr̄i. Primo em̄ respiciebat faciē chr̄i.i.principiū vite sue q̄ cum esset infini tus in magnitudie voluit angustari i par ua cella vteri virginalis ⁊c. sic ip̄a dimisit palatiū p̄ris ⁊ ornamēta ⁊c̄. ⁊ restrinxit se in quadā parua domo ⁊c̄. Itē sicut chr̄s fuit castus:Ita beata Agatha vitabat fa miliaritates ⁊c̄.et ꝟba inutilia:q2 corrū punt bonos mores colloq̄a mala.j.Cor. xv. Itē sicut chr̄s tenuit asperā vitā ieiu nādo/ nō comedēdo carnes.nisi isto agno pascali.ita btā Agatha q2 ꝟrginitas abs q̄ꝫ abstinētia suari nō pōt. Item sic chr̄us voluit esse paup̄:ita btā Agatha dādo pa trimoniū paup̄ibꝫ ⁊ viuebat ꝓprijs mani bus:sciens illud. Si vis p̄fect⁹ esse vade ⁊ vende oīa que habes ⁊c. Mat.x. Itē sic chr̄s fuit diligēs laborādo/p̄dicando ⁊c̄. ita btā Agatha ꝯfitebat̄ qualibet hebdo mada:cōicabat:orabat ⁊c̄.ergo. Silis est hoi patrifamilias. Moralit̄. sic debemus chr̄m imitari in p̄dictis virtutibꝫ ⁊c̄. Dic vt expedit. Christ⁹ passus ē ꝓ nobis. No bis relinquēs exemplū:vt seq̄mini vesti gia ei⁹. Qui cū malediceret̄/nō maledice bat ⁊c̄.j.Pet.ij. Nota iuxta illud.j.Cor. xv. Qualis terren⁹ tales ⁊ terreni.⁊ qual̄ celestis/tales ⁊ celestes. Igit̄ sicut porta uimus imaginē terreni .portem⁹ et ima ginē celestis. Et h̄ faciunt electi:iuxta il lud. Ro.viij. Quos p̄sciuit ⁊ p̄destinauit cōformes fieri imaginis filij sui:vt sit ip̄e p̄mogenit⁹ in mltis fratribꝫ. Quantū ad scd̄m ⁊c̄.in fructuosa p̄dicatōe. Christ⁹ p̄ dicauit in domo vna cuiusdā meretric̄ʒ.i. in iudea. Nō sum missus.s̄ ꝑsonaliter:nisi ad oues q̄ perierunt domus israel. Mat.xv Synagoga em̄ fuit meretrix:q2 repudia uit virum suū messiam:⁊ adhesit adultero diabolo.sic btā Agatha p̄dicauit in domo vni⁹ meretric̄ʒ. Affrodisie ⁊ filiabꝫ suis ⁊c̄ Uel dic q̄ sicut chr̄s fuit tentat⁹ a diabo lo triplici tentatione:sic btā Agatha fuit tentata a ministra diaboli Affrodisia tri plici tētatiōe blandicijs.minis ⁊ malis ex emplis:vt ibi d̄r. Dic quō Quintian⁹ cō perta fama Agathe. volēs ip̄aʒ ad sui vo luntatē adducere posuit ea i domo Affro disie/q̄ fuit meretrix. Q2 g̃ Quintianus erat sup̄bꝫ p̄quirebat eam vt sonaret in au ribꝫ vulgi:q̄ tāt⁹ esseʒ q̄ adiūgebat sibi no biles. Et q2 erat libidios⁹ ꝯcupiscebat eā ⁊ q2 auar⁹ ad facultates ei⁹ suspirabat:et q2 idolatra:chr̄i nomē audire nō poterat. Quintian⁹ villan⁹ ⁊ sup̄bꝫ:Agatha nobi lis ⁊ humilis. Quintian⁹ luxurios⁹:Aga tha casta ⁊ pulchra. Quintia.auar⁹. Aga tha diues ⁊ liberalis. Quītian⁹ idolatra: Agatha chr̄ianissima ⁊ sctā. Uide infra. Cum g̃ btā Agatha esset in domo Affro disie:tribꝫ modis Affrodisia conata ē sub uertere Agathā. Primo ꝟbis blādis. Se cundo minis eā iclinare nitebat̄ ad volūta tē Quītiani. Tertio exēpla malis.s.in idu mentʒ ⁊ ornamētis in comestiōe. Sʒ ꝯtra p̄ma.i.verba p̄dicabat btā Agatha dicēs. Uerba vr̄a nō sūt nisi vent⁹/ꝓmissiōes vt pluuia. Mine ꝟo quasi flumina. Ego aūt firmata i petra fortissima nihil timeo. Cō tra facta p̄dicabat factʒ:q2 induebat se vi libꝫ:dicēs illis. O miser quātū ꝯstabat vo bis ⁊c̄.⁊ orabat. Itē comedebat panem ⁊ aquā ⁊c̄. Ille comedebāt gallinas:Aga tha ieiunabat. Ille induebant̄ purpura et scarlato:Agatha ꝟo vilibꝫ. Ille cantabāt Agatha orabat. Ille ridebāt:Agatha fle bat. Ille tripudiabāt. sʒ Agatha genufle xa ⁊c̄. Moraliter.nota ꝯ meretrices noto rias q̄ nō stāt in lupanari/q̄ corrūpunt ci uitatē.⁊ iō nō sūt sustinēde Itē nota ꝯ for nicationē simplicē:quā dicūt aliq̄ non esse pcc̄m mortale:heresis est:⁊ cum scribis ⁊ phariseis ⁊c̄. Dic vt expedit. ¶ Dico ter tio.⁊c.In sua disputatōe. Chr̄s em̄ dispu tabat cū diabolo ⁊ vicit eū. Mat.iiij. Sic btā Agatha disputauit cū mistro diaboli .s.Quītiano et vicit eū:q̄ graui⁹ tentat se pi⁹ q̄ꝫ diabol⁹:q2 mal⁹ hō peior est q̄ꝫ dia bol⁹ ꝓportionabilit̄. Triplicē g̃ disputatio

onē habuit cū eo Prima vbis. Scda vbis & factis. Tertia tormētis. Prima fuit verbalis &c. Dic quō Affrodisia vidēs cōstantiā btē Agathe dixit Quintiano. Facilius possent saxa moliri. Tūc Quintian⁹ fecit eā ad se adduci &c. Et interrogauit eā. Cuius cōditiōis es? Scda disputatio: q: Quintian⁹ vidēs se cōfusum in pma disputatiōe minat⁹ est ei di. Elige aut diuersas penas incurrere: aut dijs sacrificare. Rndit Agatha. Si vxor tua talis qlis dea tua Ven⁹ &c. & sic cōfusus: in scda iussit eā mitti i carcerē dicēs. Cogita tecū vt possis euadere. At illa Tu minister sathane cogita & penite vt possis euadere penam eternā. Tertia disputatio fuit nō rōnib⁹: sed tormētis &c. Dic historiā vsq ad torturā mamillarū exclusiue. Moralr tres disputationes etiā debem⁹ nos vincere. Prima est cōtra tractores q deridēt bonos &c. Ista disputatio vincit cogitādo verbū chri. Bti eritis cū maledixerit vobis hoies &c. Mat. v. Scda est cōtra carnē q pugnat delectatiōnib⁹ infirmitatib⁹ &c. & hec vincit cogitādo verbū apli di. Per multas tribulatiōes oportet vos intrare i regnū dei. Act. xiiij. Tertia est cōtra diabolū q tentat de fide & alijs. et hec vincit cogitando verbū Petri di. Fratres sobrij estote &c. cui resistite fortes in fide. j. Pet. v. Et humiliādo intellectū ad ea que sūt fidei. ¶ Dico. iiij. In sua passiōe. Chrs em in nocte passiōis cū oraret et gutte sanguinis defluerēt/venit angelus cōfortās eū &c. Lu. xxij. Nō q indigeret/lz exhibuit famulatū obitū dño suo Sic btā Agatha fuit torta i mamillis &c. Dic historiā & tota sanguinolēta reposita fuit in carcere &c. Et cū oraret circa mediam noctē appuit ei senex: qdam cum qdā luminis portatore &c. Senex erat aplus Petrus portator lo credit fuisse angelus &c. Dic historiā. Et nota q excellētior Petrus apls fuit angelo: & ideo in h chrs cōcessit plus Agathe q sibi. ¶ Dico quinto &c. In sua diffinitiōe. Chrs em in cruce & fact⁹ est terremot⁹ clamando. In manus tuas pr cōmēdo spm meū/& cū lachrymis expirauit. Auctoritas. Cū clamore valido et lachrymis offerēs exaudit⁹ est pro sua reuerentia. Heb. v. Sic btā Agatha. Dic quō sequēti die cū pstrata fuissz corā Quintiano/et videret eam sanatā/admirās qsiuit q̄s eā sanauit. Agatha respōdit. Dns Jesus chrs q est salus mea. Indignatus Quintian⁹: q: adhuc Jesū noiaret de cōsilio duoꝝ fecit eā sup acutissimas testas & carbones volutari &c. Et statim mot⁹ est locus et pars parietis corruēs, oppressit cōsiliarios &c. et omni ciuitate cōmota &c. sed pri⁹ dixit ei: vt deos adoraret &c. Cui Agatha. Verba tua fatua sūt: et vana ac rem maculātia & iniqua. Miser sine sensu et intellectu: quomō vis vt lapidē adorez et chrm deū celi dimittaz. Quintian⁹ dixit. Iterū tu chrm audes noiare/quē ego nolo audire. Agatha dixit. Quādiu vixero: chrm corde et labijs inuocabo. Quin. Nūc videbo si chrs te curabit. Et iussit testas fractas spargi &c. Et iussit ea in carcere reponi. Dic quō beata aūt Agatha cū in carcere rogaret dnm regratiādo &c. Dicēs. In man⁹ tuas dñe &c. Expirauit &c. Silis est ergo hoi paterfamilias. ¶ Dico sexto &c. In ei⁹ tumulatiōe seu sepultura. Chrs em lz habuerit mortē crudelē et ignominiosaz: tñ habuit sepulturā gliosaz Dicat quō Esa. xj. Et erit sepulchrū eius gliosum. ita btā Agatha postq fuit mortua xpiani receperūt corpus eius & cum balsamo/et myrrha/et aloe honorifice portauerūt ad ecclam/et clerici cantabāt nō requiē: sed gaudeam⁹ &c. Et ecce quidam iuuenis &c. Dic historiaz. Nota. Mentē sctām. s. habuit. Spontaneā sup. martyrio se exhibuit. Honorē deo sup: dedit. Et patrie liberationē: sup. acqsiuit. Nota hic de eructuatione ignis montis Ethne &c. Et tunc ergo tam iudei q gentiles ceperunt venerari sepulchrū ei⁹: silis est q homini patrifa. Moraliter. ista qttuor debemus nos habere. Primo mentē sctām. s. mūdaz a malis cogitatiōib⁹ statim expellendo &c Omni custodia serua cor tuū: q: ex ipo vita pcedit: scz si bñ custodiat. alias more. Prouer. iiij. Secūdo spontaneā. s. ad faciendū penitentiā non coactā: sicilli d̄ inferno: vt d̄: Sap. v. Nō ex tristitia aut ex necessitate. Hilarē em datorez diligit deus. Ideo. j. Pet. v. Nō coacte sed spontanee: sup. penitentiā faciam⁹. Tertio honorem deo. s. cū intentiōe deū honorādi faciamus bona opa. Sic luceat lux vestra &c. Mat.

v. Siue manducatis siue bibetis: vel aliud qd facietis: omia in gliã dei facite. j. Cor. x. Et. j. Pet. v. In oibus honorificet deus. Quarto patrie liberationẽ. iuuãdo cõitatem vt liberet ab oneribus: orando p cõitate zc. sicut vnũ qdq3 mẽbrũ adiuuat totũ corpus. Ideo debemus orare p ecclia z pro statu spũali z tpali. Nota cõtra officiales qui preponunt vtilitatez priuatam bono reipublice zc.

In festo trãslatõis bea. Agathe vginis et mar. Ser. XXV

SUrge prope ra amica mea et veni. Cañ. ij. Appropriate sũt verba christi ad beatã Agathã existentẽ in Byzantio seu Cõstanstinopoli quãtũ ad corpus cui dixit chrũs. O amica mea surge de byzantio seu cõstantinopoli. Et veni. s. in ciuitatẽ Cathanie: in q̃ fuisti martyrio coronata. Vocat aũt ipsam amicã pter pfectam obedientiã quã ipa exhibuit voluntati diuine. Jo. xv. Vos amici mei estis: si feceritis q̃ pcipio vobis. Sermo g̃ noster erit de trãslatione eius. ¶ Pro fundamẽto smonis in quo agit de translatiõe beate Agathe quã deus amicã vocat. Oritur theologicalis questio. ¶ Querit. vtrũ deus equalit dilexerit beata Agathã: z alias mulieres. Arguit q nõ: Deus nõ oẽs diligit: sed quibusdã irascit: beate Agathe nõ. Item ait mgr sniaz. in. iij. dist. xxxij. Cũq3 eius dilectio sit imutabilis z eterna: aliũ tñ magis: alium minus diligit. sequit. Item ait Scotus in. iij. ibidẽ. q. j. Nõ oibus dat equalia. dedit em̃ bona Agathe que non dedit alijs mulieribus. Igit zc. In oppositũ. Deus oia itelligit equaliter: scz p vnam rõnez formalẽ. igit a simili diligit. Itẽ Aug. ait. Incõprehensibilis est dilectio dei atq3 imutabilis: qr deus in vnũ quodq3 istorum amat qd fecit. ergo deus equalit dilexit: alias mlieres sic Agathã. z sic q̃stio manet ab vtraq3 dubia. Ad questionem respondendũ est sm Scotũ in. iij. sentẽ. dist. xxxij q. j. q eq̃litas in deo in diligẽdo cõsiderat dupliciter. Primo mõ cõparando actum ad agens z sic ad q̃stionẽ dicit q deus equaliter dilexit Agathã z alias mulieres et de tali eq̃litate intelligitur argumentuz. In oppositũ qr i do nõ reperiunt illa opposita scz eq̃litas et ineq̃litas cũ sit imutabilis z contrariorũ isusceptibilis. Ideo dicit magister sententiaz vbi sup. Deus oẽs creaturas suas diligit: sequit. Alio mõ comparando actũ ad cõnotata siue ad ea super que transit. z sic ad q̃stionem dicitur q deus nõ eq̃liter Agatham dilexit et alias mulieres z similiter oia: qr illa volita sunt eq̃lia vel ineq̃lia bona sunt eis volita et etiã quia sm quẽdã ordinez transit sup illa. Nã omnis rõnabiliter volẽs vult primo finẽ, z secũdo illud qd imediate attingit finẽ et tertio alia que remotius sunt ordinata ad attingẽduz finẽ. Cuz igit deus rõnabilissime velit: licet nõ diuersis actibus sed tm̃ vno incõplexũ illo diuersimode tẽdit sup obiecta ordinate: Primo ergo vult finez z hoc est actus suus pfectus z volũtas eius pfecta. Secũdo vult illa que imediate ordinant in ipm et que imediate attigunt ipsuz: scz pdestinando electos et volendo alios diligere. Tertio vult illa que sunt necessaria ad attingeduz illũ finem: scz bona gratie. Quarto vult pt illas alia q̃ remotiora: puta hũc modu sensibilẽ: et sic patet ieq̃litas volibiliũ cõtrũ ad ipa volita, z vt transit super obiecta. iõ argumẽtũ in oppositũ intelligit de q̃litate vt est actus opantis nõ aũt vt trãsit sup obiecta: puta sup beataz Agatham quã deus merito amicã vocat. Juxta verba preassumpta. zc.

¶ Salutet virgo. Pro cõplemẽto sermonis. Nota q̃druplicẽ trãslatiõez sanctoz.

Prima est trãslatio spiritualis.

Secunda est translatio celestialis.

Tertia est translatio corporalis

Quarta est translatio localis.

¶ Et de quarta fit festũ hodie: cõuis de q̃libet posset thema itelligi. In q̃libet ãt dicemus q̃ttuor puncta z sic erũt xvj.

¶ Prima translatio ẽ spũalis: qñ scz peccator cõuertit ad pniam: tũc de morte culpe trãsfert aia ad vitam grẽ. De hac loquit. Jo. dicẽs. Nos scimus quoniã translati sumus de morte ad vitã qm̃ diligimus fratres j. Jo. iij. Nota quoniã diligimus. Mediũ ergo pter quod trãsfert hõ de morte cul

pe.ad vitā gratie ē charitas siue amor dī
z primi:q2 si sine amore ē: viuēs ē mortu⁹
Ibidē. Qui non diligit manet in morte.
Est aūt notandū q per hanc translationē
trāsfertur homo ō quadruplici miseria ad
quadruplicē felicitatē. Prima miseria pec
catoris maxia est. quia est inimic⁹ dei. ps.
Odisti oēs qui opant iniqtatem zc. Itē.
Sap. xiiij. Similit odio sunt deo impius
z impietas ei⁹. Uide quātū habz de⁹ odio
pctm: q2 ppter pctm delendū z occidēduz
voluit de⁹ vnigenitū filiū suū cū illo occi-
dere. Esa. liij. Propt scel⁹ populi mei per
cussi eū. Itē. Ro. viij. Misit de⁹ filiū suū
in silitudinē carnis peccati: vt de peccato
dānaret pctm. Sed per hāc trāslationem
acquirit homo amicitiaz dei: que ē maxia
felicitas. Prouer. xxij. Qui diligit cordis
mūditiā ppt grāz labior suor hēbit ami-
cū regez. Nota cordis mūditiā. i. ptritiōez
cordis vl penitētiā p quā mūdat cor a pra
uis cōcupiscētijs z pctis. Propter grāz la
bior suor. i. pfessionē peccatorū habebit
amicū regē. i. chrm. Secūda miseria pecca
toris est: q2 peccator est seruus pcti et di-
aboli. Ioā. viij. Qui facit pctm seruus est
peccati. A quo eñ qs superatus est eius z
seruus est. ij. Pet. ij. Magna miseria ē ee
seruū hominis. z quanto vilior patronus
tāto vilior seru⁹: sed quid vilius peccato:
erga maxima miseria z vilitas est esse ser-
uum peccati. Ab hac miseria ergo trāsfert
homo in nobilitatē z felicitatē libertatis.
ij. Cor. iij. Ubi spūs dñi: ibi libertas. Itē
Io. viij. Si fili⁹ vos liberauerit vere libe
ri eritis. Tertia miseria ē: q2 pctōr est pci-
sus a corpore mystico ecclesie p gladiū pcti
mortalis z iō nulli⁹ boni qd fit in ecclia
pticeps ē q2 vita caret. Sed p hāc transla
tionē psequit ecclie vnitatē et psequenter
vtilitatē et bonis ei⁹. ps. Participē me fac
de⁹ omniū timētiū te et custodientiū mā-
data tua. Da silitudinē de corpe vero in q
act⁹ vni⁹ membri prodest alijs membris
corpori vnitis: nō autez a corpe separatis.
Quarta miseria ē: q2 oia bona opera pri⁹
facta mortificant: et que postea fiunt in
peccato mortua nascunt. j. Cor. xiij. Si de
dero oēs facultates meas in cibos paupe
rum. Et si dedero corpus meū: ita vt arde
am. charitatē autē nō habuero nihil mihi
prodest. Quā magna miseria esset vnius
mercatoris: si qcquid congregauit in. xxx.
annis pderet i naufragio vni⁹ hore. zc.
Sed p hāc trāslationē cōseqtur homo in-
cōparabiles z iestimabiles diuitias. s. vir
tutes theologicas. z morales. z dona spūs
sctī. et gratiaz gratū facientē: qua adiut⁹
dādo potū aq frigide merek vitā eternaz.
Math. x. Quicūqz potū dederit vni ex
minimis istis calicē aq frigide. Amē dico
vobis nō pdet mercedez suā. ¶ Secunda
trāslatio est celestialis qñ. s. aīa egredit de
corpe trāsfert in celū de q loquit aplus. ij.
Cor. iij. Nos vero oēs reuelata facie glo
riā dñi speculātes in eādē imaginē trāsfor
mamur a claritate fidei in claritatē visio-
nis tanqz a spū dñi. Per hāc aūt trāslatio
nē a qdruplici miseria trāsferimur in qdru
plicē felicitatē. Prima miseria ē impfecta
cognitio quā p fidem habem⁹. de q trāsfe
rimur ad claritatē visiōis diuine: q2 ibi vi-
debim⁹ eū sicuti est. j. Io. iij. De hac dicit
Apls. j. Cor. xiij. Videm⁹ nunc p speculū
in enigmate: tunc aūt facie ad faciē. Secū
da miseria est: q2 hic speramus z nō tene
m⁹ z est magna afflictio desiderātis care-
re desiderata: qbus dr Prouer. xiij. Spes
que differt affligit aiaz. Sed ab hac mi-
seria transfertur aia ad felicitatē tentiōis:
q2 ibi tenebit firmiter deum. Canti. iij. In
ueni quā diligit aia mea: tenui eū nec di-
mittam. Et sunt verba aie cōprehendētis
deū. j. Cor. ix. Sic currite vt cprehendat
tis. Tertia miseria est ō passione plurima
rū tribulationū quib3 diuersimode affli-
gimur i hac vita. s. infirmitatū/ pecuniar
guerrar/ tētationū: a qb3 etiaz electi dei
non sunt exempti: sic patet de Iob. Thob
bia. Aplis. quor vn⁹ dicebat ifelix ego ho
mo qs me liberabit de corpe mortis hui⁹.
Ro. vij. Et si qñ aliqd dulcedinis vtrūqz
gustamus: multis tamē ē admixta amari
tudinib3: iuxta illō. Prouerb. xiiij. Risus
dolore miscebitur: et extrema gaudij lu-
ctus occupat. Itez Boeti⁹. Omnis dul-
cedo felicitatis humane multis amaritu-
dinibus est respersa. Ab hac ergo miseria
transferemur ad felicitatem fruitionis di-
uine: quia ineffabili dulcedie delectamur
vtpote haurientes ipsam de ipso fonte bo
nitatz. psalmista Satiabor cum apperue

rit gl'ia tua. Quarta miseria est incertitudinis: q2 semp sum9 dubij ambulātes inter scyllā met9: z charybdim spei seu psūptionis. Vñ Eccli.ix.dr. Sunt iusti atq3 sapiētes z opa ei9 in manu dei: z tñ nescit homo vtrū amore vel odio dignus sit: sed oīa in futurū fuanť incerta. Ab hac autē miseria trāsferť aīa in certitudinē z securitatē glie. Matt.xxv. Ibūt iusti in vitā eternā. ¶ Tertia translatio est corpalis qñ.s. corpa defunctoꝝ sctōꝝ resurgēt z de morte trāsferenť ad vitā: iuxta illō Joā. Venit hora in q̄ oēs q̄ in monumētis sūt: audiēt vocē filij dei. Et pcedēt q̄ bona fecerūt in resur. vite. q̄ vo mala egerūt in resur. iudicij. In hac aūt trāslatōe trāsferēť electi a q̄druplici miseria ad q̄druplicem gl'iam. Primo trāsferenť a miseria passibilitatis: ad gl'iam ipassibilitatis z imortalitatis. Scdo a miseria obscuritatis ad gloriā claritatis. Tertio a miseria pōderositatis ad gl'iam agilitatis. Quarto a miseria grossicie: ad gliaz subtilitatis. De oib9 his q̄ttuor est vna autoritas aplī.j. Cor.xv. Sic erit resurrectio mortuoꝝ: seminať corpus in corruptōe: surget i icorruptōe. ecce pma. Seminať in ignobilitate: surget in glia: ecce scda. Semiať in ifirmitate: surget i vtute: ecce tertia. Semiať corp9 aiale: surget corp9 spūale: ecce q̄rta. ¶ Quarta trāslatio est localis. s. qñ corp9 vni9 scti trāsferť de vno loco ad aliū. Et hoc repiť tripľr factū. Vno mō q corp9 vni9 sancti viui trāsferať ad aliū locū misterio angeloꝝ: sicut fuit corp9 Enoch qō fuit trāslatū viuū ad padisuz terrestrem: sicut legiť Geñ.v. et Eccli.xx. Enoch placuit deo z trāslat9 est. Sic z de Helia legiť.iiij. Regū.ij. Sic z Abac. de iudea fuit trāslat9 in babyloniā misterio angeli ad lacū Danielis Dañ.xiiij. Scdo mō q corp9 vni9 scti mortui trāsferť ad aliū locū ex dispositiōe sua quā fecit dū viuebat. sicut legiť d Joseph q̄ dixit frib9 suis veniēs ad mortē Post mortē meā de9 visitabit vos: asportate vobiscū ossa mea de loco isto. Gene. vlti. q sic postea factū ē. Tertio mō ɔtingit q post mortē corp9 vni9 scti de vno loco trāsferať ad aliū ex diuina dispositiōe p man9 angeloꝝ vel hoim. Sicut legiť d beato Mattheo: cui9 corpus est Salerni, Bti vo Bartholomei corp9 qō fuit martyrizatū in India / fuit trāslatū Beneuētū: vbi nūc est. Beati vo Andree corp9 d Achaia: fuit trāslatū Cōstātinopolim. vñ fuit trāslatū amalphij vbi nunc requiescit. Sic corp9 btē Catarine d Alexādria vbi passa ē: fuit trāslatū misterio āgeloꝝ i mōte finai. Hoc mō fuit trāslatū corp9 beate z gl'iose vginis z martyris Agathe. d Cōstātinopoli Cathaniā ex dispōne diuina reuelatū cuidā militi gallico nomie Gislibertus: q̄ adiūcto sibi socio q̄dā calabro noie Gostelmus rē pegerūt. aspirante illis nutu diuio: sicut in hystoria legiť. In Cōstātinopoli aūt de Cathania trāstulit q̄dā capitane9 imparoris Cōstātinopolitani noie Maniachi z c. Et q̄ oñdiť manifeste maxia dilectō Agathe vgis z martyris gl'iose ad ciuitatē Cathanie: q2 vix de alio sctō legiť hoc. btā Lucia fuit passa Siracusis: z tñ noluit q corpus suū esset ibi z c. ¶ Norādū āt, p latiori materia q ppť q̄ttuor rōnes facim9 festū d trāslatiōe corpoꝝ sctōꝝ. z illa honorifice veneramur z in venerabili loco ponim9. Prima rō ē: q2 fuerunt tēpla dei.j. Cor.iij. Tēplū dei estis vos. Jtē Joā.xiiij. Si q̄s diligit me fmo. meū fuabit z pr̄ me9 diliget eū z ad eū veniem9: z māsionē apō eū faciemus. Et iō sicut dignū est q tēplū dei veneremur. ps Domū tuā decet sanctitudo dñe in lōgi. dieꝝ: sic dignū est corpa venerari. Ecōtra corpa petōꝝ fuerūt tēpla diaboli z iō debēt ad foueas pjici vt asini sepeliri: iuxta illō Hiere.xxij. Sepultura aśni sepelieť: putrefact9 z piectus extra portas hierl'm. Sic sepult9 ē i iferno q̄ntū ad animā et q̄ntū ad corp9 extra eccl'iaz p demones. Quidā eps Mediolanēsis: q̄ mortuus ē Janue. de q̄ dr Greg.i.iiij. dial. q sepult9 fuit i ecclia: z de nocte visi sunt duo spūs nigri ad sepulchrū ei9: q̄ exhumātes eū: z ad foueas pjciētes: sepelierūt ibi eū manib9 z pedib9 ligatis. fuerat eñ lubric9 hō. Sciēs g̃ q̄ fuerūt tēpla spūsscti debeť honor et reuerētia etiā quantū ad corpora mortua. Secūda ratio est: q2 corpora sanctoꝝ nō solū fuerūt tēpla spūsancti dū essent viua: sed etiā tunc quādo sunt mortua est in eis aliquid diuinū. Et hoc patet per effectum. Unde scribiť.iiij. Regū

xiij. q mortuus tangens ossa Helisei revixit. q est opus solius dei. Unde et experimento sepius probatum est multa miracula fieri divina potentia ad contactum corporum sanctorum mortuorum: et etiam sine cotactu eorum tamen meritis. Unde dicit Aug. q in translatione reliquiarum beati Stephani in quadam ecclesia prope Carthaginem: septuagita duo fuerunt a variis languoribus liberati. Et in ventione sui corporis similiter fuerunt. Sic etiam legitur in translatione virginis gloriose Agathe. Dic aliquod exemplum etc. Dic etiam exemplum qd refert Greg. in. iiij. dia. de ecclesia arianorum que cum dedicari debuit fuerunt introducte ibi reliquie sancti Sebastiani et beate Agathe martyris. ex quorum merito diabolus inde fuit expulsus sensibiliter in forma porci etc. Propter hoc ergo debemus magnam reverentiam sctorum corporibus etiam mortuis exhibere. Et contrarium facere displicet valde deo. Nota exemplum de Oza q tetigit archam dei: et statim cecidit mortuus. ij. Reg. vj. Item exemplum de illa muliere que cum esset polluta precedenti nocte de viro de mane ivit ad dedicationem oratorij scti Sebastiani et tetigit reliquias eius. et invasa est a diabolo. Ideo dicitur in psal. Nolite tangere christos meos. Ex hoc ergo nota moraliter tria. Primum pertinet ad spem. Scdm ad charitatem. Tertium ad fidem. Primo cum multa solicitudine/devotione/et reverentia: debemus ad sanctorum corpora et reliquias accedere ab eis maxima beneficia recepturi. Nam si clericus de hybernia et anglia et dacia ad curiam romanam accedit aliquod beneficium petiturus. si mercator mare et aridam circuit aliquid lucraturus: quanto magis nos accedere debemus ad sanctorum reliquias sempiterna beneficia recepturi. Scdo modo moraliter: q ex hoc facto debemus ardentissime accendi inflamari ad sancte et virtuose vivendum. Si enim deus virtutem et reverentiam confert ossibus mortuorum: quid facit animabus in celo viventibus? Quid etiam faciet corporibus gloriosis? Ideo apls nos exhortans: ait. Deponentes omne pondus et circumstans nos peccatum: per patientiam curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Jesum: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem/confusione contempta: atque in dextera dei sedet. Heb. xij. Tertio nota moraliter q in hoc facto fides nostra mirabiliter roboratur. Nam si ossa arida et incinerata resuscitant mortuos manifestum est divinam virtutem ibi latere. et consequenter ossa illa in gloria resurgent. alias divina virtus ibi non esset: quia non est deus mortuorum sed vivorum ut dicitur Mat. xxij. Ex hoc cogiscimus esse in celo immortales et beatos: sicut ex hoc arguit Gre. i. iiij dia. ubi sic ait de corporibus sctorum loquens. Ad extincta namque eorum corpora viventes egri veniunt et sanantur. periuri veniunt et a demonio vexantur. demoniaci veniunt et liberantur. leprosi veniunt et mundantur. deferuntur mortui et suscitantur. Pensa itaque eorum aie qualiter vivunt illic ubi vivunt: quorum hic et mortua corpora in tot miraculis vivunt. Si igitur vitam anime manentis in corpore: deprehendis ex motu membrorum: cur non perpendis vitam aie post corpus etiam per ossa mortua in virtute miraculorum. Hec ille. Et sic patet secunda ratio. Tertia ratio est: quia corpora sctorum fuerunt socij possessionum: quas in vita fecerunt. Quamvis enim aia in omni ope bono principalis existat: nihilominus tamen corpus sibi cooperatur: quia ut dicit phs. Operatio est coniuncti. Aie autem sanctorum post exitum a corporibus statim premiantur in celis. Ergo dignum est q corpa eorum hic nobiscum remanentia honorifice veneremur. Unde. ij. Cor. j. Scientes quoniam sicut socij passionum estis: sic eritis et consolationis. Item Lu. xxij. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis: et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum ut edatis et bibatis super mensam me. in re. meo. Et ideo sicut in ecclesia triumphanti corpora sctorum quattuor dotes habebunt: sic ecclesia militans ipsa in quattuor honorat. Primo: quia ipsa tanque res sacras in ecclesia sepelit. Secundo eis venerabile officium facit. Tertio eorum opera predicari mandat. Quarto quia ad ipsa accedentibus et venerantibus indulgentiam largitur et donat. Si autem queris cur corpa sctorum incinerantur que fuerunt socij passionum et participes bonorum operum cum aie statim evolent ad gloriam: dicendum: quia aia traxit corpus ad bona opera: corpus autem suprebellavit et induxit aiam ad malum et a bono retraxit: propter qd dicebat Apls. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem Video autem aliam legem in membris meis re

pugnantē legi mentis mee ꝛ captiuantē me in lege pcti. Infelix ego hō quis me liberabit ḋ corpe mortꝭ huiꝰ: Rom.vij. Idcirco deus iudicat corpus itinerari: vt qḋ semꝑ voluerit viuere in delitijs a vermibꝰ comedat: ꝛ qḋ voluit ꝑesse sub terra ponatur: ꝛ qḋ congregauit diuitias in modico cilicio inuoluat. Si aūt inueniret corpus ꝙ aie in bono nō ↄtradiceret: nec eā inclinaret ad malū: nō putrefieret i morte ipm diuina grā ↄseruante: sic fuit corpus chri. ps. Qm nō derelinques aīaꝫ meā iinferno nec dabis scīm tuum videre corruptionē. Et etiā ipa credit ecclia ḋ corpe virginis gloriose. Quarta ratio est: qꝛ corpa scōꝝ sunt cū magno honore et glīa surrectura. Quāuis em glīa ꝑncipaliter fit in aīa: tū gloria aie redūdabit in corpus sic lumē in laterna: et habebit qttuor dotes sic supra dictū est ꝛc. Da simitudinē: si qs crederet aliquē futuꝝ papā quantā ei reuerētiā exhiberet: Sicut faciūt clerici q magnā exhibent reuerentiā cardinalibꝰ: qꝛ ipos ꝓpapari sperāt. Quāta ergo reuerētia est danda corporibꝰ scōꝝ ꝛc. Ergo ꝛc.

De scā Eulalia. Ser. XXVI

Diligā te domine, fortitudo mea. psal.xvij.

¶ Pro fundamēto ſmonis q̄ est de scā Eulalia virgine. orit theologicalis questio. ¶ Querit: vtrū scā Eulalia melius ꝛ nobiliꝰ fecerit/seruando virginitatē ꝙ̄ matrimoniū cōtrahendo: Arguit ꝙ non: ois hō faciens: ħ est ꝙ de precepto legis nature ꝛ legis diuine meliꝰ facit/ꝙ̄ hō faciens ↄtra illa pcepta: sed obseruatio ꝟginitatis est ↄtra pceptū legis nature/cōtractꝰ matrimonij nō: patet pꝫbus v. de aīalibꝰ. Natura petit generationē in indiuiduoꝝ ꝓpter ↄseruatione suaꝝ specierū ꝛ cōtra pceptū legis diuine. Gen.j. Crescite ꝛ multiplicamini ꝛ replete terrā. g̃ scā Eulalia meliꝰ ꝛ nobiliꝰ nō fecit obſuādo ꝟginitatē ꝙ̄ mrimoniū ↄtrahēdo. In oppositū. Amb.li.de ꝟginitate. Bona ↄtinētia cōiugalis/melior cōtinentia vidualis: optima mūdicia ꝟginalis. Igit scā Eulalia meliꝰ ꝛ nobiliꝰ fecit seruādo ꝟginitatē ꝙ̄ matrimoniū ↄtrahendo: ꝛ sic q̄stio mānet ꝑ vtraqꝫ pte dubia. Ad q̄stionē rñdendum est ſm Rich. de mediauilla. iiij. sen. dist.xxxiij.ar.iij.q.ij. ꝙ status mrimōij/ꝛ status ꝟginitatꝭ capiunt dupliciter. Primō mō vt referunt ad idē. s. ad tēpus legꝭ scripture: ꝛ sic ad dubiuꝫ dꝛ ꝙ si scā Eulalia fuisset i tali tpe meliꝰ fecisset ↄhēdo matrimoniū ꝙ̄ ꝟginitatē obſuando: ꝛ taliter intelligit argumentuꝫ: qꝛ ait Rich. ibidem. Maioris meriti fuit statꝰ ↄiugalis ꝙ̄ status ob oīm venerea delectatōe abstinētiū. ideo dꝛ Mat.xxj. Christꝰ maledixit ficulnee: qꝛ sine fructu. ideo ait Aristo. in ethi. bonū quanto cōius tanto diuiniꝰ. Matrimoniū est ordinatū ad bonū cōe: scꝫ ad mītiplicandū genꝰ humanū. Virginitas ꝓ est bonū pticulare. C. ḋ penis. l. sancimꝰ. pena nō daꝰ nisi ꝑ pctō. Tho. in. iiij. xviij. dist.ar.j. pena imponebat apud romanos ſuantibꝰ ꝟginitatē. ꝛ q vitā celibem ducebant. sequit. Scōo mō statꝰ mrimonij: ꝛ statꝰ ꝟginitatꝭ capiunt: vt referunt ad diuersa tpa: scꝫ si referat statꝰ mrimonij ad tēpus legis scripte: ꝛ status ꝟginitatꝭ ad tēpus legis grē: ꝛ sic ad dubiū dꝛ ꝙ sancta Eulalia meliꝰ fecit ꝛ nobiliꝰ obſuādo ꝟginitatē ꝙ̄ mrimoniū ↄtrahēdo: ꝛ ħ ꝓpter tres ratiōes patentes.

Prima dꝛ rō difficultatis

Scōa dꝛ rō vtilitatꝭ

Tertia dꝛ rō ~~difficultatis. conformitatis~~

¶ Prima dꝛ ratio difficultatꝭ: vbi est maior difficultas: ibi rō virtutꝭ est maioris p̄mij. Sꝫ est maior difficultas ſuare ꝟginitatē ꝙ̄ hr̄e virum. Amb. in libro de ꝟginitate. Maior certe est victoria ꝟginū ꝙ̄ angeloꝝ. Hiero. in carne p̄ter carne viuere/nō terrena vita est/sꝫ celestꝭ. sequit. Scōa dꝛ rō vtilitatꝭ. Illud est nobiliꝰ ꝛ meliꝰ in q̄ est nobiliꝰ ꝛ melius premiū/ꝙ̄ illud in q̄ nō. Ita nobiliꝰ atqꝫ meliꝰ. sed in obſuatiōe ꝟginitaꝫ est nobiliꝰ et meliꝰ p̄miū ꝙ̄ in statu mrimonij: qꝛ virginibꝰ daꝰ maior fructꝰ: scꝫ centesimꝰ: ↄiugalis trigesimus. Prouerb.xx. Qui diligit cordis mūdiciā habet amicū regē. sequit. Tertia dꝛ rō conformitatꝭ: tanto aliqd ꝑfectiꝰ est q̄nto maior est/hꝫ ↄformitatē cū suo ꝑncipio: sꝫ status ꝟginitatꝭ hꝫ maiorē ↄformitatē cū ꝑncipio: scꝫ deo. sequit. Quē sūmope dilexit.

iuxta vba passumpta. Diligā. ¶ De sctā Eulalia nota legendā totā quā collige in trib9 punctis fm tres ei9 excellentias.

Primo notat charitas seu sanctitas diuinalis

Scdo firmitas virtualis.

Tertio sublimitas seu claritas supnat.

Potest addi quarto castitas ṽginalis: ⁊ sic sūt q̄ttuor excellentie: ⁊ in hoc fuit excellentior angelis: q2 virginitas est in carne corruptibili.

¶ Prima ḡ ⁊c. Charitas ad hoc vt sit vera: reqrit ɔcursum trium graduū. Primo cordis. Scdo oris. Tertio opis. Veritas em̄ est adequatio rei ad intellectū. Quando ḡ motus interior volūtatis discordat ab actib9 interiorib9: n̄ dicit veritas: s3 falsitas. Verbi grā. Si diceres alicui ꝙ eū diligis ⁊ vocas eū fratrem/ ⁊ dicis ei dulcia verba/ ⁊ intus in corde nō habes dilectionem: ecce falsitas. Talis charitas siue amor est hodie in multꝫ q̄ habēt mel i ore et fel in corde. Cōtra hoc dic̄ psal. Qui loquunt pacē cū pximo suo/ mala aūt i cordē eor̄. Da illis s3 opera ipor̄. ps. lxxvij. Item alibi. Et dilexerūt eum in ore suo: ⁊ lingua sua mētiti sūt ei. Oporter ḡ ꝙ verba ⁊ cor sint cōformia. Plus etiā requirit ꝙ opus exterius ɔformetur subueniendo pximis in necessitate: vt dr̄. j. Joā. iij. Si q̄s habuerit substantiā mūdi hui9/ ⁊ viderit fratrē suum necesse habere/ et clauserit viscera ab eo: quomō charitas dei manet in eo: Itaq3 filioli nō diligam9 verbo neq3 lingua/ s3 opere ⁊ veritate. Nota. Verbo/ id est interiori dilectiōe: quia verbū est cōceptus mentis: neq3 lingua/ scilicet tm̄: sed ope ⁊ veritate: tūc ḡ est vera charitas Sic ergo beata Eulalia diligebat deum corde/ ore/ et opere. Corde: q2 vt dicit legenda. Eulalia generꝫ alti et pulchritudine insignita. virgo humilis ⁊ deuota: toto corde suo vacabat in seruitio dn̄i nostri Jesu chr̄i. Nota: toto corde/ nō partē cordis dedit chr̄o: sed totū. Vn̄ dicit Mat. xxij. Diliges dn̄m deū tuum ex toto corde tuo ⁊c. Nota cōtra illos q̄ volunt cū deo diligere alia pter deum: sc3 aurum/ argētum. ceteraq3 tempalia. ⁊ sic inferunt non modicam iniuriā deo: quia faciunt illum socium auri et argenti vel hmōi in regno cordis sui: cum tn̄ nulla sit pacifica possessio. quando duo reges sunt in vno regno. Vn̄ Luca. Nulla fides regni socijs: oisq3 potestas Impatiens consortis erit. Sic etiam ostendit in ore. Unde erat in quadam possessione: parum distante a ciuitate Barchinone. vbi quotidie cū suis puellis domesticꝫ laudibus diuinis vacabat et hymnis. Dic practice quomodo surgebat ad matutinas. vnde propter suas virtutes et humilitatem a parentibus diligebatur. ¶ Tertio ostendit opere. Jeiunando/ penitentiam agendo: et alia bona opera faciendo/ et quod excellentius est desiderabat martyrium pati pro christo. quod est excellētius opus charitatꝫ: iuxta illud Joannis. xiiij. Maiorem charitatem nemo habet vt animam suam ponat quis p amicis suis. Et desiderium eius fuit adimpletum: vt infra patebit. ps. Desideriū anime eius tribuisti ei domine: et voluntate labiorum eius non fraudasti eū.

¶ Secundo firmitas virtualis. Et hoc ostenditur in eius martyrio. Ubi Nota quomodo temporibus eius venit Datianus vicarius imperatoris Diocletiani ad partes illas. et iussit omnes christianos perquiri vt idolis sacrificarent/ aut diuersa tormenta subirent vsq3 ad mortem: qd audiens beata Eulalia gauisa est et gratias agebat deo/ quia videbat de proximo suo esse: vt suum desiderium adimpleretur. Cunq3 parentes et amici viderent eā sic alacrem et sentirent hoc: timebant valde/ quid nam beata Eulalia factura esset cunq3 illam de hoc interrogarent: nemini dicebat propositum suum. Adueniente ergo nocte in primo gallorum cantu recessit a domo patris et accessit ad ciuitatem. Barchinone: quam cum ingressa esset audiuit crudele edictum Datiani preconizari: ꝙ omnes christiani aut idolis sacrificarent/ aut mortem per diuersa tormenta subirent. Tunc ergo feruore diuino accensa ⁊ mota accessit cōstanter ad Datianum: ⁊ eum redarguit de trib9. Primum de quo redarguit: erat malū: secundum peius: tertium pessimū. Primo ꝙ cum sederet in alta sede potestatis non recordabatur/ ꝙ de9 erat creator suus. scdo dixit q̄re nō vererꝫ honorē deo debitū idolis exhibe

re: in quibus demões ptinerent. Tertio q peius est etiã chrianos q sunt veri adoratores vnius diuini numinis idola adorare cõpellis. Cui Datian⁹ ait. Que es tu q nõ iussa ad iudicis tribunal accessisti: et deos nros blasphemasti/ imperatoribus detraxisti/ ac mihi nõ leuẽ iniuriaz intulisti: Tu q tã stulte loqueris: et tã psumptuose ad tribunal meu aduenisti: Cui Eulalia. Ego sum inqt Eulalia ancilla Jesu chri: cui⁹ fide et spe firmata veni ad increpandũ te q relinqs deuz/ adoras idola et alios adorare cõpellis: ppter qd deus cõdẽnabit te et sequaces tuos. Tũc Datianus furori repletus dedit sibi duplex martyriũ. Primo nanqz iussit beatã Eulaliã manibus ligari: et acerbe p suos mistros a tergo flagellari. q dũ fieret dixit Datianus. Nũc vbi est deus tuus vt liberet te: in cuius noie venisti ad me arguẽdũ. Sz si vis liberari: dic q ignorãs quanta esset potestas iudicis et dominij tpalis hoc fecisti. Cui Eulalia. Reprobe pses cur mihi suggeris vt mentiar: cũ mẽdaces inferni ignibus crucient: Si ei deos tuos demões nominaui nil temere ptuli. Nolo mẽtiri: qz imo scio quanta est tpalis potestas: qz modica ẽ et vana et nullius momẽti: sicut vter plenus vẽto. Potestas aũt dei et dñi nostri Jesu chri est infinita et nunqz finitur: qua potestate ipe pdẽnabit te et oẽs idolatras. Anteqz tamẽ sibi inferri faceret scdm martyriuz pses iniunxit militibus vt eã blãdis monitis immutare niterent. Qd cũ milites fecissent: nec id pagere valerẽt: iussit Datianus sibi secundũ martyriũ inferri qd fuit hoc: qz affigit in eculeo et ex vngulata ferreis pectinibus vsqz ad ossa penetrãtibus torquet diutissime et facibus accẽsis pice et oleo delinitis eius latera ptinue exurunt. Cui Datianus etiam impioperãs dicebat. Vbi est deus tuus: Sacrifica dijs et viues. Cui eulalia. Christus deus me⁹ mecũ est. Sed tu indign⁹ es illũ videre. Tũc pses rabie plen⁹ fecit ignẽ copiosum accẽdi: et faces ardẽtes circa latus eius apponi. Eulalia aũt cantabat dicẽs. Ecce eñi deus adiuuat me etc. Et rogauit dñm vt ignis ille extingueretur vt credẽtes videãt: et laudẽt potentiaz dñi nri Jesu christi. Oratiõe aute cõpleta flamme extincte sunt. Datianus autẽ fecit ignẽ iterũ accẽdi: et oleũ supinfundi. sed flãma accẽsa cõburebat mistros. et pre nimio terrore ceciderũt in terrã. Et tũc btã Eulalia emisit spũm. Premissa oratione hac iube me deus suscipi i pace in requiẽ beatoz faciens mecũ signũ in bonũ vt videntes tuã potẽtiã bñdicãt. Patz ergo ei⁹ firmitas prualis: ido dicit Can. vlti. Fortis est vt mors dilectio. Et infra. Aque mlte nõ poterũt extinguere charitatem: nec flumia obruẽt illã. Itẽ Rom. viij. Quis nos separabit a charitate chri: etc. Est eñi firmitas qdã vitiosa q dr ptinacia: qñ hõ est durus/ qñ nõ oprz et vbi nõ oportet. Sic firmitas virtuosa est qñ ẽ firm⁹: vbi oportet et qñ oportet: vicz p virtute seruanda. Matth. v. Beati q psecutionem patiunt ppter iustitiã. Itẽ Eccli. xviij. Pro iustitia agonizare p aia tua: et vsqz ad mor. certa p iustitia. ¶ Tertia excellẽtia est sublimitas supnalis. Hãc õndit de⁹ in signũ magni pmij sui. Triplex autẽ signũ õndit deus indicatiuũ glie sue. Primũ est: quia statim postqz beata Eulalia emisit spũm visa fuit colũba de ore ei⁹ exiens: q in celũ ascẽdit. De quo ipl's ibi existẽs mirat⁹ est valde: et chriani ibi existentes letati sunt valde et grãs egerũt dño q dignos fecerat habere pciuẽ eoz aduocatã in celo. Secundũ signũ mirabile fuit: qz post ei⁹ mortẽ Datianus nec sic satiatus iussit corp⁹ btẽ Eulalie tãdiu in patibulo suspendi et custodiri: donec aues illd deuorarẽt. Sz deus misit nubẽ quãdã cũ magna niuiuz copia de celo q corpus operuit adeo vt custodes illud videre nõ possent: sed pterriti se elongauerunt et alonge custodiebant Post triduũ vo chriani deuote venerũt et corpus illd susceperũt custodibus nihil sentientibus sed dormiẽtibus. Inuolutũqz pannis lineis pciosis vngẽtis vnxerũt illud: et sepelierũt in basilica sancte Marie in sepulchro marmoreo sb terre visceribus. Tertiũ signũ fuit: qz inter chrianos illos erat btũs Felix q in pfessiõe diligebat sincere beatã Eulaliã: et vidẽs corpus suũ dixit. O mirabilis puella tu meruisti obtinere palmã martyrij por nobis ppter amorem dñi nostri Jesu chri. Et tũc btã Eulalia iam diu mortua orerisit. de quo oẽs mira

ri sunt et gauisi valde: ceperunt cantare. Clamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos: et sic reuerentissime corpus illud sacrum sepelierunt: quod modo est in ciuitate Barchinone. Rogemus ergo dominum etc. ¶ Passa est autem beata Eulalia in ciuitate Barchinone. xij. februarij. Anno domini. cclxvij. sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus. Legitur in legenda beate Eulalie: quod quadam de nocte egrediens ciuitatem Barchinone. Cum peruenisset ad quendam locum qui collis de celata dicitur. Inuenit ibi equitantium armatorum innumerabilem aciem: qui quasi turbati inter se: nunc hinc: nunc inde per iter publicum discurrebant. Audiuitque vnum dicentem eorum duci. Quid moramur. Intremus hanc vrbem peccatricem: et eam funditus deleamus. Cui dux dixit. Nunquid vides quod illa inuicta Eulalia in medio vie eum crucis vexillo obuiam nobis exit? Non est nobis possibile vt militem celestem potissime tanti meriti superemus. Ille autem vir hec videns forti animo effectus talia verba dixit vni ex illis. Qui estis vos: et quid queritis in hoc loco? Cui ille. Ciues sumus inferni qui cupimus hanc vrbem subuertere: sed vnica dei virgo Eulalia nomine: cuius corpus in hac vrbe est tumulatum a multo tempore citra a nostro desiderio nos repellit. Et confestim ab oculis itinerantis tota euanuit acies armatorum. Ille autem qui hec vidit quibusdam sibi charis hec retulit. Sed ne detractoribus videretur delirus: multis dissimulando subticuit.

¶ In cathedra sancti Petri. Sermo. XXVII.

Ego dico tibi quia tu es Petrus. Matth. xvj. Festum hodiernum dicitur de cathedra sancti Petri. Non est: quia hodie fuit inthronizatus. Quando aliquis eligitur in episcopum vel papam ponitur cum mitra in capite. Sic factum fuit de beato Petro apostolo: quem christus eligit in papam et vicarium suum vt post suam passionem et resurrectionem confirmaret eum dicens. Pasce agnos meos. Ioan. xxj. Restabat ergo vt inthronizaretur tanquam vicarius christi: cui christus commisit potestatem diuinam et suis successoribus: et hodie fuit inthronizatus, et de hoc facimus festum hodie, et de hoc etiam erit sermo noster: sed prius salutetur virgo gloriosa etc. Ego dico tibi etc. ¶ Pro fundamento sermonis in quo agitur de cathedra sancti Petri: oritur theologicalis questio. ¶ Queritur. Vtrum sanctus Petrus apostolus fuerit a deo siue christo magis dilectus: et arguitur quod non. Sanctus Joannes euangelista fuit magis familiaris cum christo: quia dormiuit in gremio suo: etiam suam in mortis articulo matrem commendauit: etiam quia sibi reuelauit secreta que Petro reuelauit. Sequitur in oppositum amare aliquem est ei velle bonum: sed christus maiora dona dedit Petro quam alijs: ergo sanctus Petrus fuit a deo siue christo magis dilectus. et hec questio manet pro vtraque parte dubia. Ad questionem respondendum est secundum Sco. in. iij. dist. xxxij. q. j. quod dilectio dei siue christi considerantur dupliciter. Primo vt est actus operantis: et sic ad dubium dicitur quod deus siue christus non magis dilexit Petrum quam alios apostolos: quia deus non suscipit magis neque minus. Secundo dilectio dei consideratur: vt transit super obiecta: et quantum ad bona volita ipsis dilectis. Ideo dicit Sco. ibidem quod deus non vult non predestinatis tanta bona quanta predestinatis: nec illis quibus dicitur irasci vult tantum bonum quantum vult illis quibus non dicitur irasci: et sic ad dubium dicitur quod deus siue christus hoc modo magis dilexit sanctum Petrum. et sic a deo siue christo sanctus petrus fuit magis dilectus inter ceteros apostolos. et hoc propter quatuor que post hac declarabuntur obnixe: et sic de alijs.

Primo propter fidei confessionem.
Secundo propter ecclesie gubernationem.
Tertio propter peccati deplorationem.
Quarto propter miraculorum coruscationem.

¶ Primo propter fidei confessionem quam sanctus Petrus confessus est. dicendo tu es christus sine qua impossibile est deo placere. Paulus ad Hebreos. xj. sine fide impossibile est placere deo. Tho. ij. ij. q. iij. cum confessio fidei cadat sub preceptis affirmatiuis que non obligant ad semper: sed pro loco et tempore. Ideo pro loco et tempore obligatur homo ad confessionem huius: quam sanctus Petrus habuit confitendo diuinitatem et humanitatem simul, cum dicit christo hoc quod habetur Mat. x. tu es christus filius dei viui. sequitur. Secundo propter ecclesie gubernationem quam christus Petro contulit dicendo, tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam

meam. Tertio propter peccati deploratio nem: cum christus dicit Petro: tibi dabo claues regni celorum. sequitur. Quarto propter miraculorum coruscationem: quia in die Pentecostes tria milia hominum sanctus Petrus sua predicatione conuertit. sequitur. Et licet christus ostenderit maiorem familiaritatem sancto Joanne euangeliste loquendo de familiaritate in ostensione: non tamen in donorum communicatione: et sic habetur solutio argumenti: quia maiora dona dedit Petro: vt patet. Iuxta verba preassumpta: et sic de aliis. ¶ Pro introductione materie et verborum thematis declaratione. Notandum quod hoc nomen Petrus habet quattuor interpretationes: que conueniunt quattuor cathedris: in quibus beatus Petrus fuit inthronizatus: et sunt he.

Primo Petrus interpretatur dissoluens.
Secundo Petrus interpretatur agnitus.
Tertio Petrus interpretatur discalciatus
Quarto Petrus interpretatur agnoscens


¶ Iuxta has quattuor interpretationes sunt quattuor cathedre Petri. Prima est cathedra presidentie vniuersalis. Secunda est cathedra sanctimonie spiritualis. Tertia est cathedra sapientie theologicalis. Quarta est cathedra eminentie iudicialis/al's supernalis. Primam cathedram accepit in hierusalem. Secundam in antiochia. Tertiam rome. Quartam in vita beata. Prime cathedre correspondet prima interpretatio. Secunda secunde etc. Quia propter primam cathedram Petrus dicitur dissoluens: propter secundam agnitus. propter tertiam discalciatus: propter quartam agnoscens. Ideo dicit thema. Ego dico tibi: quia tu es Petrus. ¶ Dico primo: quod prima cathedra in qua beatus Petrus fuit inthronizatus dicitur de presidentia vniuersali. Nota duplicem presidentiam scilicet particularem et vniuersalem. Prima est presidentia primatum/patriarcharum/archiepiscoporum/abbatum/priorum/rectorum/qui solum in suis diocesibus/vel ecclesiis suis president. Sed presidentia vniuersalis est: quando non solum in vna diocesi seu ecclesia: sed in vniuerso mundo presidet. Talis est presidentia papalis: et talis est presidentia beati Petri. Et sic deus dominus est mundi vniuersaliter: ita et suus vicarius a quo nullus est exemptus. Ideo dicit textus. ix. q. iij. Decreto. Et ca. Qui se scit. quod reliquae ecclesie preter ecclesiam romanam sunt vocate in partem solicitudinis/non in plenitudinem potestatis. Concordat textus in. c. Ad honorem. de vsu pallij. Et in. c. Proposuisti. de concess. preben. Hanc autem presidentiam vniuersalem recepit Petrus quo ad septem in Cesarea Philippi: in qua christus sibi promisit presidentiam vniuersalem. sicut narrat euangelium hodiernum dicens. Venit Jesus in partes cesaree Philippi. Et interrogauit discipulos suos di. Quem dicunt homines esse filium hominis: Sed quo ad rem recepit post christi resurrectionem dicente domino. Pasce agnos meos etc. Joan. xxj. Ubi nota quare christus eum interrogauit. Amas me etc. vj. q. j. Imitare. Et xxv. q. j. Diuinis. Nota quomodo domini debent exemplo christi interrogare quid dicitur de eis: quasi dicendo. Uos qui vaditis per viam et loquimini cum gentibus. dicite mihi quid dicunt de me. Item quod discipuli debet dicere: quid dicitur de magistris: et vasalli de dominis: quia multi defectus in dominis corrigerentur/qui palliantur et ignorantur a dominis ex fallaci adulatione vasallorum. Nota exemplum quando magister Jordanus iuit ad visitandum imperatorem Federicum accersitus ab eo etc. legitur in libro de vitis fratrum nostrorum. Nota ibi. Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. In quo ostenditur onus quod portat prelatus. s. papa: episcopus: abbas etc. qui abbas etc. qui in iudicio habent reddere rationem et computum de omnibus animabus sibi commissis. Et ista ratione antiquitus fugiebant: sicut et quilibet debet hodie fugere et inuitus eligi. vij. q. j. In scripturis. C. de epi. et cle. l. Si quenquam. Et ad Heb. v. Nec quisquam sibi sumat honorem: sed qui vocatur a deo tanquam Aaron. Sed modo non cogitant onus: sed redditus. ideo quilibet ingerit se. Dic quod quilibet prelatus debet esse vt petra firma in fide: et fortis in sanctitate vite/in deuotione/in scientia: quia vt dicitur totum edificium ecclesie militantis fundatur supra petram prelati. Secundo nota ibi. Et tibi dabo claues regni celorum. Officium clauium est claudere et aperire. Hoc officium deus dedit b. Petro et suis veris successoribus.

Et a papa deriuat ad sacerdotes q̄ aperiunt absoluendo a peccatis: ꝛ claudunt qñ non absoluūt peccatorē: ex triplici defectu peccatoris. Primo si nō ꝓponit abstinere a pctis omnib⁹ mortalib⁹. tūc em̄ dicit falsa pnia de pe. di. v. Falsas. q: als nō aperiret: ꝛ lꝫ de facto absoluet: nihil valeret. Tunc em̄ q: non absoluet a christo ñ pōt vere absolui a sacerdote. vñ Gre. i homel. xxvij. ꝛ habet in decretis. xj. q. iij. Tūc vera est absolutio psidētis: cū interni. sequit. arbitriū iudicꝫ: qd bene quadriduani mortui resuscitatio illa significat: que videlicꝫ demonstrat: q: prius dñs mortuū suscitauit ꝛ viuificauit dicēs. Lazare veni foras ꝛ postmodū is qui viuus fuerat egressus a discipulis est solutus: sicut scriptum est. Hec ille. Scdo q: peccator nō vult remittere iniurias: q: qādiu in vulnere est sagitta nunq̄ vulneratus potest consequi sanitatē. Matth. vj. Si dimiseritis hominib⁹ pctā eoꝝ: dimittet ꝛ vobis peccata vestra. Si aūt nō dimiseritꝫ hominib⁹: nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Tertio si peccator nō vult restituere vsuras vl' furta: q: tunc ꝯfessor nō potest aperire: q: peccatū nō dimittit/ nisi restituat ablatū. regula. Peccatuꝫ. li. vj. Et. xiiij. q. vj. Si res. Ideo de quolibet prelato pōt intelligi verbum. Esa. Et dabo clauem domus Dauid. i. christi de genere Dauid sup humerum ei⁹ ꝛ aperiet ꝛ nō erit qui claudat: ꝛ claudet ꝛ non erit qui aperiat. Esa. xxij. Tertio nota. Et quodcūq̄ ligaueris sup terrā erit ligatū ꝛ in celis: q: supposito recto hic in terra vsu clauiū deus illud approbat/ aliter non. Et q̄dcūq̄ solueris super terram erit solutū ꝛ in celis. In oīni ꝯfessione: nisi cōfessor sit vna bestia: debet ligare ꝛ soluere: hoc veꝝ/ vbi cōtritēs est cōtritus. Hinc potes q̄rere: vtrū indulgētie date ab ecclīa prosint animab⁹ que sūt in purgatorio. De q̄ vide quod scripsi in sermo. quadragesimalib⁹. d̄ peccatis in genere articulo. iiij. Ubi agitur de peccato veniali: vbi agitur de indulgētijs. Hic quomodo qlibet peccator est ligatus tot vinculis: quot habet peccata mortalia in mēbris p̄ que peccauit. Auctoritas. Iniq̄tates sue capiūt impiū: ꝛ funib⁹ pctoꝝ suoꝝ quisq̄ ꝯstringit. Prouerb. v. Sed in absolutione a cōfessore soluunt. deinde ꝯfessor debet ligare peccatorē nō malo vinculo: sꝫ vinculo penitētie quā sibi debet dare: fm peccata q̄ seruanda est diuinar als peccator damnaret. De h̄ dixit christ⁹ cōfessorib⁹. Amen dico vobis. Quecūq̄ ligaueritis sup terrā erūt ligata ꝛ i celis. Et quecūq̄ solueritis sup terrā/ erūt soluta ꝛ in celis. Mat. xiij. Ecce potestas vniuersalis psidentie: in q̄ fuit btūs Petr⁹ inthronizat⁹ ꝛ potuit dicere. Qñ p̄cedebam ad portaꝫ ciuitatꝫ in platea parabāt mihi cathedraꝫ Iob. xxix. Porta ciuitatis pōt dici absolutio sacramētalis/ p̄ quā secure p̄ portā peccator ingredit ciuitatē ecclīe militantis p̄ grē acquisitionē: et ecclīe triūphantis per glorie adeptionē. ps. Hec porta dñi iusti itrabūt in eā: iusti. i. iustificati. Nota. In platea. Platon grece idē est q̄ latitudo: latitudine: scilicꝫ latitudo ecclīe ꝛ vniuersalis p̄sidentie. Parabūt m hi. i. verba christi cōferentꝫ sibi ptātē ꝛ auctoritatē diuinā: ꝛ sꝫ hāc primā cathedraꝫ seu auctoritatē dicit Petr⁹. i. dissoluēs: iuxta ꝓphetiā Esa. lviij Dissolue colligationes impietatis/ solue fasciculos deprimētes: dimitte eos q̄ confracti sūt liberos: ꝛ omne onus disrumpe. Et ideo dicit thema. Ego dico tibi: q: tu es Petr⁹. i. dissoluēs. s. vincula pctoꝝ auctoritate aplīca/ siue potestate presidentie vniuersalis. Ido ecclesia docet nos orare ipm. Solue iubēte deo culparū Petre catenas. Qui facꝫ vt pateāt celestia regna beatꝫ. ¶ Scda cathedra b. petri i q̄ fuit inthronizat⁹ est d̄ scrimonia spūali. In hac fuit ithronizat⁹ i ciuitate Antiochie/ que erat caput toti⁹ Syrie: ad quā vēit b. Pe. cū suis discipulis. postq̄ q̄nq̄ ānis vs⁹ fuit p̄ma cathedra in hierlm: ꝛ ibi chrīm p̄dicauit ꝛ miracl'a fec. Tūc Theoph: l⁹ p̄nceps ꝛ vniuers⁹ pp̄ls Anthiochie: ꝛ q̄plꝰs alij in dño crediderūt. ꝛ gl'iosam ecclīaꝫ fabricauerūt. In cui⁹ medio excelsaꝫ cathedrā collocauerūt: ꝛ Petrum ibi exaltauerunt/ vt possit ab oib⁹ audiri: ꝛ videri. in q̄ septē annis sedit: sed anq̄ in hac cathedra essꝫ exaltat⁹ duplici ignominia fuit affectus primo. s. rasione capitis. scdo in carceratione. ex quo ex defectu cibi ꝛ pot⁹ pene cōsumpt⁹ ē. Sꝫ postmodū dñs ipm liberauit p̄ misteriū Pauli. Hic vt in legēda. Ecce

quomodo fuit ithronizat⁹ i cathedra san
ctimonie spūalis. Et fuit completa in eo
ꝓphia Dauid di. Cōfiteant dn̄o misericor
die eius/ ꝛ mirabilia eius filijs hoim. Et
exaltēt eū in eccl'ia plebis. Et in cathedra
senioꝝ laudent eū. ps. cvj. Nota. Miseri-
cordie ei⁹. s. beati Petri/ qn̄ sanauit i noie
dn̄i om̄es infirmos anthiochie: ecce mira-
bilia ei⁹. Et misc̄die ei⁹ pascendo populū
pabulo verbi dei. ꝓpter q̄d exultauerūt eū
in cathedra senioꝝ. s. patriarchaꝝ ꝛ ꝓpha-
rū: ipm̄ scīm̄ hominē reputātes. Huic ca-
thedre cōuenit secunda interp̄tatio huius
nois Petr⁹. i. agnit⁹. Cum em̄ eū p̄mo
repulissent tanq̄ magū3. tādē agnita ei⁹
virtute ꝛ sanctitate: ꝓpter ꝟtutes ei⁹ ꝛ mi-
rabilia ipsum postea reuerētissime suscepe
runt: q̄si dicētes. Scim⁹ q: a deo venisti
magister. Itē alibi. Magister scim⁹ q: ve
rax es ꝛ viā dī in veritate doces. Matth.
xxij. Nemo em̄ potest hec signa facere/ que
tu facis/ nisi fuerit deus cū eo. Joā. iij. Jō
dicit thema. Ego dico tibi q: tu es Petr⁹
id est agnitus. ¶ Tertia cathedra in qua
beatus Petrus fuit/ ithronizat⁹ est ꝺ sapi
entia theologicali: quando fuit magister
in theologia: hāc recepit rome. Postq̄ em̄
ꝑ septem annos fuit i ciuitate Antiochie
iuit romam/ que tūc florebat dn̄io totius
mundi ꝛ i sciētia phoꝝ. et ibi beat⁹ Petr⁹
meruit legere theologiam: ꝛ extirpare q̄t-
tuor errores phoꝝ: nō ꝓp̄ria voluntate vl'
motu: sed inspirante/ vl' iubente dn̄o. Vn̄
scribit Marcell⁹ vniuersis episcopis per
anthiocenā ꝯstitutis. et habet in decretis
xxiiij. q. j. Rogamus. Eius. s. Petri em̄ se-
des p̄mit⁹ apud vos fuit: q̄ postea iubē-
te dn̄o romā trāslata est: cui adminiculan
te grā diuina hodierna p̄sidimus die ꝛc̄.
Ratio aūt hui⁹ translatiōis ponit. vij. q.
j. Mutatiōes. vbi d̄r. Petr⁹ scīūs mgr̄ nr̄
ꝛ princeps apl'oꝛum de antiochia ciuitate
translat⁹ est romā vtilitatis causa: vt ibi-
dē poti⁹ ꝓficere posset. Ex p̄dictis nota ꝙ
papa nō posset hodie mutare sedem de ro
ma in aliā3 ciuitatē. De q̄ vide ꝑ archi. in
proemio sexti libri in p̄ncipio: vbi agit sup
verbo. Dispo. itiōe incōmutabili. ꝛc̄. No-
ta q̄ttuor erroꝛes phoꝝ. Prim⁹ ꝙ sicut nō
erat nisi vn⁹ de⁹. Ita nō erat nisi vna pso
na. Ita ꝙ negabāt trinitatē. Sed contra
hoc beat⁹ Petr⁹ in sua cathedra docebat
di. Tres sūt q̄ testi. dāt in celo/ pater/ ver
bū/ ꝛ spūsscīūs/ ꝛ hi tres vnū sūt. j. Joā. v
Secund⁹ erroꝛ erat ꝯtra chr̄i incarnatio-
nē dicētiū: ꝙ impossibile erat ꝙ eadē ꝑso
na esset de⁹ ꝛ hō. Ratio q: finiti ad infini
tū nulla ꝓpoꝛtio. S3 btūs Petr⁹ in cathe
dra theologicali ꝯtradicebat: dicēs. ꝙ li-
cet finiti ad ifinitū n̄ sit ꝓpoꝛtio quātitat3
alias equalitatis: tn̄ est ibi ꝓpoꝛtio causa
litatis. q: fili⁹ dei i sua diuinitate sustinet
illā humanitatē ꝛ est causa ipsi⁹. Tertius
erroꝛ ꝯ chr̄i passionē di. Frustra fit ꝑ plura
q̄d potest fieri ꝑ paucioꝛa. S3 Petrus de
clarauit quō christ⁹ voluit sic facere seruā
do oꝛdine iustitie ꝛ misc̄die. ꝛ ideo voluit
capi ꝛ ligari: vt sibi credētes ꝛ obediētes
essent a pcti soluti et liberi. Quart⁹ erroꝛ
ꝯtra sacrificiū altaris di. ꝙ locus ꝛ locatū
debet ꝓpoꝛtionari ꝛ adequari. Et Petrus
declarauit quomō h̄ est veꝝ naturalit̄. sed
nō supnaturaliter. Sic in hoc sacramento
ꝯsiderata diuina potestate: q̄ potest plus
q̄ nos possim⁹ itelligere ꝛc̄. Et in hac ca
thedra btūs Petr⁹ sedit vigintiquinq̄ an
nis. de hac cathedra auctoꝛitas figurati-
ua: Dauid sedens in cathedra sapientissi-
mus iter tres. ij. Reg. xxiij. Nota Dauid
sc3 fortis ꝛ robust⁹: ecce Petr⁹ sapiētissim⁹
Inter tres sc3 sectas phoꝝ: sc3 Stoicoꝛū
Epicureoꝝ/ ꝛ Peripateticoꝛum: de quib⁹
Act. x. Huic cathedre ꝯuenit tertia inter-
p̄tatio hui⁹ nois Petrus. i. discalciās. s.
sotulares argumētoꝝ dictoꝝ phoꝝ. Et fu
it cōpleta illa ꝓphetia: Solue calciamēta
de pedib⁹ tuis. Terra em̄ in qua stas scīā
est. Exo. iij. Nota ꝺ pedib⁹ tuis. s. discipu
lis te audiētib⁹. Terra em̄ in q̄ stas sc3 ro-
ma scīā ē: ꝓpter sanguinē martyꝝ ibi effu
sum. Nota hic miraculū de illo scīō papa
q̄ cuidā episcopo petēti reliq̄as ꝓ sua eccle
sia dedit pugillum terre: quā vilipendēte
episcopo ꝺ terra sicca exiuit sanguis. Jdō
dixit christ⁹ Petro. Ego dico tibi: q: tu es
Petr⁹. i. discalciās. Quarta cathedra btī
Petri est de eminētia iudiciali. In hac fu
it ithronizat⁹ i celo: qn̄ migrauit: et eius
aīa fuit collocata i cathedra gloꝛie: s3 ꝑfe
cti⁹ ea3 recipiet in die iudicij: qn̄ in aīa ꝛ
coꝛpoꝛe iudicabit cum christo. Unde ipso
querente a christo. Ecce nos reliquimus

oia et secuti sum⁹ te: quid ergo erit nobis: Rndit cbris. Amē dico vobis q vos q̄ reliquistis oia et secuti estis me: in regeneratione: cū sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebitis z vos sup sedes .xij. Lucas vero dicit sedebitis super thronos Luc.xxij. Idem ē. Huic cathedre pͣuenit. Quarta interptatio nois Petr⁹. i. agnoscēs qz tūc. s. in die iudicij cognoscet esse cōpletas omnes pmissiões cbri: tūc etiā cognoscet omnia bona et mala omniū. Tunc poterit dicere beat⁹ Petrus. Nūc cognosco sicut et cognitus sum. j. Cor.xiij. Sed et nūc agnoscit pfecte deū vides eum per essentiã: in cui⁹ visione cõsistit essentialiter vita beata: iuxta illō Jo.xvij.. Hec est aūt vita etna: vt cogno. te solū verū deuz et quē mi. Jesū chrm. Et iō dixit sibi chrs Quia tu es Petr⁹. i. cognoscens scz gloriã paradisi Ad quã nos perducat. zč.

In festo btī Matthie aplī. Sermo.XXVIII



Episcopatuz eius accipiat alr. Origina liter. ps. cviij. Transũptiue aũt in epistola hodierne tertiumna que est Actuum. j Pro sermonis fundamēto in quo agitur de prelatiõe oritr theologicalr qstio. Querit. an lz appetere plationē: Argūit q sic. lz appetere bonū opus z laudabile z statū pfectiorez. sed platio est huiusmōi. j. ad Tim.iij. qui episcopatū desiderat bonū opus desiderat. patet iterū. laudabile est desiderare statū religiõis: igit et statū episcopat⁹/q̄a ē pfectior. Grē. laudabile aliqñ fuit episcopatū querere. igit in oppositũz Pau. v. ad Heb. Nec quisqȝ sumit. i. sumere seu pcurare debz sibi honorē. i. illō opus pastorale cui ē honor annex⁹ ergo nō licz appetere plationē z sic questio manet p vtraqȝ parte dubia. Ad qstionē fm doctores sup. ij. sen. q in epatu tria ↄsiderari possunt.

Primum est pncipale z finale id est episcopalis opatio: q̄ pmo z vtilitati itēdit.

Secūdū est altitudo grad⁹ super familia domini sui.

Tertiū consequēter se habēs ad hec est bonor /reuerētia z sufficiētia tpaliū. appetere epatū qͣtū ad tertiū est illicitū: qz vel ad cupiditatē vel ambitionē ptinet /et sic qͣtū ad scdm/ qz est psumptuosū. appetere aūt pdesse primis ē q̄dem fructuosum fm se sed tñ videt psumptuosūz q q̄s appetat pȝ esse vt psit subditis: nisi manifesta necessitate iminēte: qz hoc pdesse habet anextam celsitudinē gradus. ad epm ptinet esse pfectiorē z alios ad pfectionem adducere: ad qō req̄ it esse pfectū: reputare aūt pfectū ē psumptuosū: sed nō iminēte necessitate vt ait Gre. in pastorali: q tunc laudabile erat epatū q̄rere qñ p hūc quēqȝ dubium non erat ad supplicia grauiora puenire z nē inueniebat q̄ on⁹ sumeret. nec etiā psumptuosuz est appetere talia opa facere si cū ↄtingat in tali officio esse z esse dignū ad talē plationē exequēdā. z fm deū et vt q̄s pdesse possit pxio. g̃ z talē habuit Mathias iuxta vba pasupra. Episcopatū. et sic de alijs. In vbis ppositis z in tota epla hodierna fit mētio pncipaliter de duobus videlicz. Primo d Jude apostote idigna platiõe: cu dicit. Epatū ei⁹. s. iude. Scdo de Matthie apli digna subrogatiõe cū dicit: accipiat alr. s. Matthias. Circa pmū nota q platus indign⁹ depoñi dz fm iura. Ideo ex q̄ Judas fuit indign⁹ platus deponi debuit a platura. Notādū aūt q pter qͣttuor causas prelatus fit indign⁹ platiõe: z ↄñter fit dignus priuatione siue depositione. pter quas etiā Judas deponi debuit. Et sunt iste vicz.

Primo pter homicidij imanitatē.

Scdo pter hereticā prauitatē.

Tertio pter symoniacā infectionē

Quarto pter enormē dilapidationē.

Primo g̃ pter homicidiū et maxie qñ ē notoriū: vt pbat in c. vl. de tēp. ordi. Et in c. Inquisitiõis. extra de accusatiõibȝ. Et nota i c. Ex tenore. e. t. Judas aūt homicidiū cõmisit qñ di filiū interfici pcurauit Et istud homicidiū fuit notoriū: vt dicit in epla hodierna. Et notū factū ē oibȝ habitātibȝ hierlm. Quāuis āt de notorio multiplex differētia siue distinctio habeat: vt notāt canoniste in. c. Vēra. de coba. cle. et multi. Et. ij. q. j. Manifesta. Tñ qͣtum ad ppositū ptinet. est notādū q triplex est notoriū videlicz presumpti/facti/z iuris. No

torium p̄sūpti estq̄n ex p̄sumptōe violenta insurgit manifestatio seu probatio delicti vel alteri⁹ rei:sicut ē paternitas ꝛ filiatio ff. de in ius voc. l. Quia semꝑ. ff. de cōdi. ꝛ dmon. Et notat glo. in c. Cū cōtumatia. de he. li. vj. Notoriū facti est qn̄ sic manifestū est factū q̄ n̄ pōt aliqua tergiuersatōe celari. vt in c. fi. de cohabi. cleri. et mulie. Notoriū iuris est qn̄ ꝑ sniam vel cōfessio/ nē in iure factā ɔstat d̄ delicto: vt notatur in dicto. c. fi. Homicidiū ḡ iude fuit noto/ riū p̄dictis trib⁹ modis. Primo quidē ꝑ p̄sumptionē violentā: qn̄ cū inimicis capi/ talib⁹ chr̄i secretū cōcilīū init. Mat. xxvj Tūc abijt vnus d̄ duodecim q̄ dicebat iu das scarioth ad prin. sacer. et ait il. Quid vultis mihi dare: ꝛ ego vobis eū tradam: Scd̄o ꝑ facti euidentiā: qn̄ venit cū turba cū gladijs ꝛ fustib⁹ cōp̄rehēdens eum. Et quāuis eū osculat⁹ esset: tn̄ nulla potuit ter giuersatiōe celare: qn̄ chr̄i morte tractaue rit. Vn̄ dn̄s dixit ei. Iuda osculo filiū ho/ minis tradis. Tertio per ꝓpriā ɔfessionē ꝑ quā fit notoriū iuris/qn̄ homicidiū suū manifestauit dicēs. Peccaui tradens san/ guinē iustū. Mat. xxvij. Et ista ɔfessio fa cta est in iudicio. i. corā p̄ncipib⁹ sacerdotū q̄ quāuis mali tn̄ iudices erant. vt ꝓbat in decretis. distin. xciij. Dn̄s noster. Scd̄o prelat⁹ deponi d3 ꝓpter hereticā prauitatē ꝛ papa. xl. di. Si papa. ꝓpter h̄esiā Iudas debuit remoueri. Ipse eni p̄mo fidē chr̄i recepit: sed ab ea postmodum p̄uaricatus fuit. Vn̄ dr̄ in ep̄la hodierna. De q̄ p̄ua/ ricat⁹ est iudas: vt abiret i locū suū. i. in i/ fernū: q̄ est loc⁹ sibi cōgruus triplici rōne.

Nam infern⁹ est locus fetoris
Est locus ardoris
Est locus horroris

¶ Est locus fetoris Esa. xxxix. De cada/ ueribus eoꝝ ascendet fetor/ꝛ h̄ maxime erit post diē iudicij: post q̄d oīa ornamēta ele/ mentoꝝ descēdēt in infernū. Ex quib⁹ in/ tollerabilis fetor orietur. ꝛ h̄ competit iude rōne inuidie. Vn̄ sup illud. Jo. xij. Qua/ re h̄ vnguentū non vēnijt. ccc. denarijs ꝛc dicit glo. Bono odore morit. Scd̄o infer nus est loc⁹ ardoris. ps. Pluet sup pec. la/ queos: ignis/sulphur/ꝛ sp̄us p̄cellaꝝ pars calicis eoꝝ. ps. c. Et ideo sibi cōpetit rōne auaritie ardentē. Joā. xij. Fur erat ꝛ locu/ los hn̄s. ea q̄ mittebāt portabat. Tertio est locus horroris. Job. xij. Vbi null⁹ or/ do/s3 sempitern⁹ horror inhabitat. idō sibi cōpe tit rōne ꝓditiōis p̄fecte: ex q̄ tant⁹ horror totū mūdū ɔcussit/q̄ sol obscurat⁹ fuit/ter ra tremuit/lapides scissi sūt/monumenta aperta sūt. ¶ Tertio deponi d3 p̄lat⁹ ꝓpt̄ simoniacā ifectiōē. xv. q. iij. Sane. ꝛ extra de accusatōib⁹. Inq̄sitiōis. Sic et Judas fuit symoniac⁹: q2 vēdidit chr̄m ꝓ. xxx. de/ narijs. j. q. j. Que studet. Notaudu3 tn̄ q̄ simonia est volūtas emēdi vł vendēdi sp̄i/ ritualia. q̄ sūt i triplici differētia. Quedā eni st̄ sp̄ualib⁹ annexa/sic patronat⁹. Que dā pure sp̄ualia: vt sūt eccl'e sacramenta. Quedā diuina: sic sūt sp̄ūsc̄i dona/ pctōꝝ remissio/ miraculoꝝ oꝑatio/ ꝛ hmōi: vēde re aūt sp̄ualib⁹ annexa est simonia magna Vendere ꝟo sp̄ualia pure est maior: ven/ dere aūt diuina est maxima. In chr̄o autē fuit q̄ddā annexū. s. ei⁹ caro q̄ mediātē aīa fuit deitati ɔiūcta. Fuit q̄ddā sp̄uale pu/ rū. s. ei⁹ aīa. Fuit q̄ddā diuinū. s. ei⁹ diuini tas beata. Judas ḡ vendendo chr̄m pessi/ mā simonia cōmisit: q2 vēdidit corp⁹ chr̄i ꝛ aīā ꝛ diuinitatē. et idō meruit deponi ab ap̄lica dignitate. ¶ Quarto debuit depo/ ni ꝓpt̄ enormē dilapidationē. Quattuor aūt modis p̄lat⁹ dilapidator dici p̄t. Vno mō: q2 bona eccl'e indebite cōsumit. Se/ cundo: qn̄ ea ꝑ negligentiam perire sinit. Tertio: qn̄ sp̄ualia negligit. Vn̄ dicit te/ xtus. S3 di. Si q̄s ep̄us fornicatiōi p̄sby/ teroꝝ diaconoꝝ: vel crimē incestus in sua parrhochia p̄cio vel p̄cib⁹ interueniēte cō senserit: vł cōmissū auctoritate officij sui nō ipugnauerit: ab officio suspendat. glo. suspendat. i. deponat. j. q. iij. Siq̄s ep̄us. al's esset ɔtra. xj. q. iij. Tenugualdū. Ad idē fac. xviij. q. ij. Siq̄s abbas. vbi h̄r q̄ p̄lat⁹ ꝓpt̄ negligentiā pōt deponi. Quarto: qn̄ malo exēplo gregē corrupit. Istis q̄tuor modis Judas dilapidator fuit. Prio: q2 bona chr̄i/ꝛ ɔuēt⁹ ap̄lici indebite ɔsume/ bat. Vn̄ dr̄ Joā. xij. q̄ fur erat/ ꝛ loculos hn̄s q̄ mittebant asportabat. Scd̄o in ꝓ/ curādo negligēs erat. Vn̄ cū chr̄s dixisset ei. Qd̄ facis fac cito: q̄dā crediderūt q̄ di/ xisset ei. Eme q̄ opus sūt nobis ad diem fe stū: aut q̄ egenis aliq̄d daret. Ex q̄ habet q̄ Judas nihil portauerat, nec ꝓ die festo

nec p pauperib⁹. Tertio spūalia negligebat q2 de pauperib⁹ nō curabat Ioā.xij. Hoc aūt dixit nō q2 d egenis ptineret ad eū. Quarto aplos quātū in se erat malo exēplo corrumpebat. Vn̄ postq̄ ab aplis exiuit dixit chrs. Ioā.xiij. Nunc clarificat⁹ est fili⁹ hois. Erat ei Iudas cū aplis sic diabol⁹ cū angelis: lupus cū agnis: accipiter cu3 columbis. 7 io collegiū aplor̄ n̄ erat clar̄: sed ipso recedente clarificatum est in eo.

¶ Circa scdm qd tangit in themate vic3 de Matthie apli digna subrogatiōe. Est notandū: q subrogatio ista fuit facta p electionem que in epla euangelica tripliciter commendatur.

Primo ex pte modi eligendi
Scdo ex parte electi
Tertio ex parte eligentiū.

¶ Primo g̃ cōmendat ex parte eligentiū qui fuerūt apli/q fuerūt magne auctoritatis. Nā fuerūt pncipes mūdi/ianitores celi/7 iudices seculi. ps. Principes pplor̄ cōgregati sūt.s. ad faciendū.s. Matthie electionē. Ecce q2 sūt pncipes mōi. Quoniā dii fortes terre. Ecce q2 erūt iudices secli. Vehemēter eleuati sūt.s. vt sint ianitores celi. Et alij sanctissimi viri 7 mlieres que erant cū eis inter q̃s etiā fuit beata virgo Secūdo ex parte modi eligendi. Tria em̄ interuenerāt in electōe sua. Prio apostolica exhortatio. Scdo deuota oro. Tertio sortiū emissio. Primo g̃. aplica exhortatio q2 Petrus q erat vicarius chri. 7 io ad eū ptinebat pmo loqui. Primo pdicauit exhortando vt pcederet ad electionē. Vnde dixit: Viri fres oportet ipleri scripturam quā pdixit spiritussc̄us p os Dauid d Iuda 7c. vsq3. Et statuerunt duos 7c. Scdo deuota oro. Vn̄ dr̄. Et orantes dixerunt. Tu dn̄e q corda nosti oim/ostēde quē elegeris ex his duob⁹ vnū accipere locū ministerij hui⁹ et aplat⁹: de q̃ preuaricat⁹ est Iudas vt abiret in locū suum. Ex quo habemus exemplū: q semper in electōib⁹ fiendis debet premitti oro 7 inuocatio spiritussctī: a quo filij dei aguntur. Tertio sortium emissio. Vnde dicitur. Et dederunt ei sortes/et sors cecidit super Matthiam Nota q sors dicitur mltipliciter: sicut notat Glo. in proemio. Clemētinar̄. sup v̄bo Sortis: vbi sic dr̄. Sors sumit p fortuna vel euentu. xxvj.q.ij. Sors. Alibi pro sortilegio de sortil.c.j. Alibi pro capitali. de vsuris.c.j.7.ij. Alibi p parte vel portiōe: de pben. Cū sm̄.xxj.di. Cleros. Quia āt ex h mōi exēplo possent mlti trahi ad vtendū sortib⁹. Ideo notandū circa hāc materiā q sicut dicit Tho. ij.ij.q.xcv. Sortes pprie dicunt cū aliqd fit vt p ei⁹ aduentū: aliqn̄ occultū innotescat. Et quidē si q̄rat per sortes: qd cui sit exhibendu3: vocatur sors diuisoria. Si vero querat quid agere oporteat: vocat ɔsultoria. Si vero querat qd futurū/vocat diuinatoria. Et st̄ sortes mltiplices: puta p ptractiōe pūctor̄/vel p ɔsiderationē figurar̄ q̄ prouenit ex plūbo liquefacto in aquā piecto: vel ex qbusdam cedulis scriptis in occulto repositis ɔsiderādo quis quā accipiat: vl ex festucis ineqlib⁹: quis quā accipiat minorē vel maiorē: vel ex piectione taxillor̄ quis plura puncta pijciat: vel etiā cōsiderando/quid aperiendo librum occurrat 7 huiusmodi. Euentus aūt sortiū potest expectari a triplici causa: qūa vel ex dispositiōe corporū celestium: vel ex fortuna: vel ex causa spirituali. Si aūt expectet a dispositiōe corpor̄ celestium: ita q ea intentione fiant/quasi actus humani qui requirunt ad sortes sm dispositionē3 stellarum sortiant effectum est opinio falsa: 7 p cōseqns ex suggestiōe demonū: 7 sic est superstitio. Si aūt expectetur euentus sortium ex fortuna.i. a casu quod videtur habere locum in sorte diuisoria: nō videtur esse petm̄: nisi forte pp̄ vitium vanitatis: sicut si aliqui non valentes concorditer diuidere. velint vti sortib⁹ ad diuisionē/quasi fortune exponentes q̄s quā partē acipiat. Si vero expectet euentus a causa spirituali hec est duplex. quia vel a diabolo vel a deo. Si a diabolo supstitiosum est 7 illicitum. Et he sortes sunt que prohibētur per canones. Vnde Leo papa. Sortes quibus vos cuncta vestris discrimatis pnintijs: quas patres dānauerunt/nihil aliud q̄ diuinationes 7 maleficia esse decernimus. xxvj.q.v. Sortes. et est mortale peccatum: quia prohibent in di.c. sub pena excōmunicatiōis: q̄ nō nisi p mortali ferri deb3. xj.q.iij. Nemo episcoporum. Nec est verum q quedam sortes qb⁹ aliq vtunt: sint ab apostolis institu-

te.xxvj.q.j.c.j. Si aũt expectet carũ euẽt⁹ a deo: tũc ẽm se nõ est malũ vt[illegible] hmõi sorti bus. Vñ Prouer.xvj. Sortes mittũtur i sinũ z a domino tẽperant. Et de his in telligit illud Aug.xvj.q.j.c. Sortes. vbi dt q sors nõ est alquid mali: sed in re dubia diuinã indicãs volũtatẽ. Et tales fuerunt sortes quib⁹ vsi sunt patres: vt Josue in dep̃hẽsiõe Jonathe sup̃ Saul.j.Reg.xiiij. et Jonas. Itẽ Zacharias sorte exijt vt incẽsũ poneret Luc.j. Et sic Matthias sorte elect⁹ est vt hic dicit. Debent tñ q̃ttuor circũstantie iteruenire: quarũ vna si deficiat peccatũ esset. Primo q nõ fiant sine necessitate: quia aliter ptineret ad tentationẽ dei: Secũdo q fiat cũ reuerentia. Vñ dicit Beda q apli p̃miserũt orõnem in electiõe Matthie p sortes. Tertio q diuina oracula scz sortiũ: ad secularia negocia et vanitatẽ hui⁹ vite: nõ cõuertant ẽm Aug.xvj.q.j. Hi qui. Quarto q nõ mittant sortes i electionib⁹ ecclesiasticis: que fieri debent ex inspiratiõe spũssctĩ. Nec obstat q dicit hic de Matthia: q: fuit hoc ex p̃uilegio speciali ẽm Hier. q̃ dt hic q p̃uilegia paucoꝝ cõem legẽ nõ faciũt. Diony. vo aliter intelligit sortes istas que ɔtingerunt i electiõe Matthie. dicit ẽ sibi videri q illa sors nihil aliud fuerit nisi quidaz splendor et radi⁹ diuinit⁹ sup Matthiã emissus: p quẽ ipse ostendebat i aplñ assumẽdus. Secus aũt est in secularib⁹ dignitatib⁹ q̃ ad terrena disponenda ordinant: in quarũ electione plures vtunt sortib⁹ sicut et intẽpori aliũ rerũ diuisione. Et vulgaliter dicunt scrutinia. Imminẽte ẽ necessitate licitũ est diuinũ iudiciuz iplorare p sortes cũ reuerẽtia. Et ponit Aug. exẽplũ. Cuz tpe psecutionis esset disceptatio inter mistros dei q̃ debeant fugere ne oẽs occidant: et sic ecclesia deserat/ z q̃ remanere/ ad ɔsolationẽ alioꝝ/ si nõ põt alio mõ determinari. dicit i hmõi posse vti sortib⁹. Ad sortes etiã ptinet vulgaris purgatio scz p iudiciũ ferri cãdẽtis vel aque bulientis. Vñ p̃hibet.ij.q.v. Consuluisti. Et extra. de purgatiõe vulgari.p totũ. Et sic patet hec materia. Tertio cõmẽdat electio ex psona electi: q̃ quadruplicit laudat.

Primo de morũ maturitate.
Secũdo de scientie veritate.
Tertio de vite sanctitate.
Quarto de cõstantie firmitate.

¶ Primo ergo ɔmendat de morũ maturitate. dũ dicit in epla: Oportz ergo ex his viris q̃ nobiscũ sunt zc. Vir aũt maturitatẽ iportat. Magnũ aũt piculũ ẽ: qñ prelatus maturus nõ est Eccl.x. Ve terre: cuius rex puer est. ¶ Secũdo de sciẽtie veritate cũ dicit. Omni tpe q̃ intrauit et exiuit inter nos dñs Jesus incipiẽs a baptismate Joãnis vsq in diẽ qua assumptus ẽ a nobis. Null⁹ eñi alicui⁹ negotij plenã notitiã habere põt: nisi sciat eius p̃ncipiũ/ mediũ/ et finẽ. Matthias aũt sciuit chri p̃ncipiũ. Vñ dicit Oi tempe quo intrauit. s. p natiuitatẽ. Sciuit et finem. Ideo sequitur Et exiuit zc. p passionẽ Sciuit et mediũ. Vñ sequit. Incipiens a baptismate Johannis zc. ¶ Tertio de vite sctitate q notata cũ dicit. Qui nobiscũ sũt ɔgregati. Jn tam beata enim congregatione nullus potuisset habitare: nisi valde sanctus. Unde dicit Chrys. q quãdiu Judas fuit i collegio aploꝝ. diabol⁹ nõ fuit aus⁹ ipm inuadere: qñ aũt ab ipis recessit i ipm intrauit. Habuit aũt d hac sctitate testimoniũ a patre: q: Matthias paru⁹ interp̃tatur z ad patrẽ spectat puulos cõfouere. Mat.xviij. Nõ est volũtas patris mei vt pereat vnus ex pusill' istis. Habuit scdo testimoniũ a filio: q: cũ duos statuissent/ ipm chrs p̃celegit. Itẽ alibi dedit ei chrs testimoniuz qñ dixit Jo.xj. Nõne xij. hore sunt diei Jnter q̃s xij. horas lucis nõ intendebat chrs ãnumerare Judaz s3 Matthiã. Habuit tertio testimonium a spũsctõ: qui penteco sten grã sua ipsuz repleuit. Habuit quarto testimoniũ a toto collegio aploꝝ: q̃ cuz cũ Joseph statuerũt. Credẽdũ est eñi q si duos meliores habuisset/ ipsos statuisset. Nã tenent electores eligere meliorẽ omisso bono ẽm Tho. in quodã quolibe. qd intelligit de meliore ad platura. nõ aũt d meliore simplr: vt ipe Tho. dicit. alioqn peccant in foro ɔsciẽtie q̃uis in foro cõtentioso nõ casset electio. si eligat bonus p̃termisso meliore: vt notat. Glo.viij.q.j. Licz ergo. Et.xvj.q. vlti. Monasteriũ. Quinto habuit testimoniũ a miracul' que fecit. Nã cũ cẽtũ q̃nquagita hoies ex q̃dã potione toxicata fuissẽt toxicati/ oẽs sanauit: z

ad fidem ɔuertit. Itē demões expellebat et ad infernū mittebat. Itē quādaʒ potionē toxicatā totā bibit: ⁊ nullā lesionē intulit: iuxta illud Mar. vlti. Et si mortiferū quid bi. nō eis nocebit ¶ Quarto cōmendat de cōstantie firmitate dū dicit. Vir. i. virilis Dic hic martyriū qd multiplr legit. Alicubi eñ legit q̄ i pace quieuit. Alibi q̄ fune ad collū misso p ciuitatē sit tractus. Alibi q̄ fuit lapidat⁹ ⁊ securi excerebratus. Supponēdo tñ q̄ ad deuʒ migrauerit p viam martyrij. possum⁹ ista cōcordare (fm frēm Jacobū de voragine in sermone suo huius festi) et dicere q̄ p̄mo per ciuitatē tract⁹ fuit deinde crucifixus ⁊ ibi stans in cruce lapidat⁹ ⁊ securi percussus. Deo gratias Amen.

¶ In festo scti Thome de aquino doctore angelici ordinis p̄dicatorum. Ser. XXIX.

Antecedebat me ista sapientia. Sap. vij. Et in epistola huius festi ¶ Pro fundamēto sermonis qui est de scto Thoma de aquino/ qui in isto mūdo elegit vitā ɔtēplatiuam/ oritur theologicalis questio ¶ Queritur: vtrū vita ɔtēplatiua quā sapia regit potior sit actiua ⁊ melior quā scia dirigit: Arguitur q̄ nō. Oē bonuʒ tanto meli⁹ q̄nto cōmuni⁹: sʒ vita actiua cōmunior ē q̄ vita cōtēplatiua: ergo extat potior ⁊ melior. maior patet: qꝛ bonū cōmune diuini⁹ bono ꝑuo est. Phs. j. eth. Bonū gentis diuini⁹ est bono vni⁹ hois. Minor ꝓbat. vita ɔtēplatiua hñti soli se extēdit: actiua vero ad ciues. igit. In oppositū hr̄. Luc. x. Maria optimā p̄te elegit que nō auferet ab ea. habet Math. xvj. Si quis vult post me venire abneget semetipm ⁊ tollat crucē suā ⁊ sequat me. habet. Luc. vj. Beati pauperes spū q̄m vestrū est regnū dei. In quibꝫ dictis intelligit q̄ vita cōtēplatiua: q̄ vita contēplatiua quā sapiētia regit potior ē actiua: ⁊ melior quā scia dirigit. et sic q̄stio manet p vtraq̄ p̄te dubia. Ad q̄stionē respōdēdū ē fm Tho. ij. ij. q. clxxx. et fm Guil. vorilionē sup. iij. sen. di. xxxv. q̄ vita cōtēplatiua quā sapiētia regit. s. ingressus religiōis potior est ⁊ melior q̄ vita actiua quā sciētia dirigit: hoc ꝓpter tria.

Primo ꝓpter securitatē

Scdo ꝓpter acceptionē diuinā.

Tertio ꝓpter p̄miationē.

¶ Primo ꝓpter securitatē: quia sic secur⁹ ⁊ meli⁹ē eē i portu maris q̄ i mari sic securi⁹ est eē in religione q̄ in seculo ¶ Secūdo ꝓpter acceptionē diuinā. ille q̄ plura donat magis est acceptus alicui q̄ ille q̄ minora dat. Sed ille q̄ eligit vitā cōtēplatiuā religioneʒ ingrediendo dat magis deo q̄ ille q̄ elegit hāc vitā actiuaʒ: q̄a ex toto dat bona sua et seipm. igit. Anselm⁹ in libro de similitudinibꝫ. Qui dat arborē et fructum plus dat: q̄ qui dat solum fructum et non arborē: sequitur. ¶ Tertio propter maiorē p̄emiationem naʒ per ingressum religiōis cōsequitur quis remissioneʒ oim peccatorū. Nā habet Ecclesiastici xliiij. de Enoch. q̄ ad h̄ laborauit vt deo placeret et in paradisuʒ translat⁹ est. sequit. de ista eñ materia Vorolio pōit tres ɔclusiōes. Prima ē vita spūalis hois: in actiuā ⁊ cōtēplatiuā sufficientissime diuisa est. Inter quas contēplatiua est melior. Secunda ē vita ɔtēplatiua quā sapiētie donū dirigit potius in affectu q̄ in intellectu consistit. Tertia est vita actiua sciētie ordinata sic aspicit ad p̄imū: vt contēplatiue non repugnet. quibꝫ cōcludit vitaʒ contēplatiuā meliorē esse q̄ actiuā. Et ad argumētū dicitur q̄ licet actiua sit cōmunior q̄ contēplatiua: hoc nō est ex defectu contemplatiue: sʒ ciuiū/ q̄ ad eius altitudinē p̄ingere nequeūt. iō argumētū cōcludit. Ideo be. Thomas illā vitam eligendo sapiētiā habuit. Iuxta verba p̄assumpta. antecedebat ⁊ sic de alijs. ¶ Pro declaratiōe recipio p regula generali in scta theologia q̄ q̄n deus voluit mittere aliquē sanctū p generali mūdi illuminatiōe seu reformatiōe: consueuit diuina puidētia ipm sctm p̄mo ostēdere vel verbo ꝓphali vel signo diuinali: ⁊ hoc statim declarabit in q̄libet statu mundi: siue i lege nāe: siue scripture: siue grē. Et sic patet q̄ triplex est status mūdi. Prim⁹ est status legis nature. Secūdus scripture. Tertius gratie. Primo patet dicta regula i statu legis nature q̄ dicit lex nature: qꝛ hoies tunc gubernabāt se fm rationē naturalē: nō habētes legē scriptā in co

dictis sed i cordibus suis q̄ dicit lex nature: fm quā se gubernabāt: iuxta illud. Ro. ij. Et durauit vsq ad Moysē sez rc. Er trāsactis mille et q̄ngentis ānis cū multiplicaretur pctā in terra. de⁹ voluit mittere vnū hoiem ad illuminādū z reformādū mūdū sez Noe qui. c. ānis pdicauit penitētiā tam diu etiā durauit fabricatio arce. qz diluuium instabat: z tanta fuit malitia hoim: q infra centū annos nō cōuertit nisi. vij. psonas. s. vxorē suā z tres filios suos. z filiorū vxores. tamē anteq̄ ipm mitteret de⁹ pmōstrauit ipsum vbo pphali. Dicēte patre ipius Noe in ipositione nois. Iste cōsolabit nos ab opibus z laboribus manuū nostrarū i terra cui male dixit dñs Gen. v. Et iudei qui solū vadūt ad lrām exponūt istam consolationem fuisse: qz Noe prim⁹ inuenit: q terra coleret cū aialibus arando z c̄. Litteralis est expositio. Sed spūalis ē: q Noe cōsolaret eos dupli. Primo pdicādo spaciū pnie. c. annis ex parte dei. Scdo pmittēdo veniā ō pctis si vellēt cōuerti z c̄. Scdo patet dicta regula in lege scripture. sez tpe Moysi: qz lex nature non sufficiebat. Isto ergo tpe deus volēs mittere Moysem pmonstrauit ipm nō verbo pphali: sed signo diuinali. scz. qn ex ēs puerulus deposuit coronam de capite Pharaonis z c̄. Nota quō ād expimentū innocentie sue posuit sibi carbone ignitū in ōz z c̄. pter qd ipe dicebat dño. Domine nō sum eloquēs ab heri z nudius tertius et impeditioris et tardioris lingue sum Exo. iiij. dicūt. Glo. q illa deiectio corone fuit signū diuinū. s. q ipe Moyses esset futurus destructor Pharaonis er regni sui. z reformator populi israel. Carbo ignitus significabat legē quā deus in forma ignis sibi tradidit: z ipse Moyses ore suo pplo exposuit z publicauit. Tertio patet dicta regula i lege grē vt patz in Io. bap. quē de⁹ volens mittere vt omnes crederent p illū Io. j. Prenunciauit per angelū dicens Ne timeas Zacharia et cetera. Et vxor tua pariet tibi filiū z c̄. Luc. j. Item pnūciauit eū deus signo diuino: qn salutāte virgine Helizabet. Exultauit infans in vtero matris Luc. j. Et sic patet regula theologie de qua supra Et cōfirmat per textū iuris canonici in. c. Cum ex iniuncto. de hereticis. vbi d̄r q qui dicit se missum a deo oportet: q astruat illam inuisibilē missionē: vel p opationez miraculi: sicut legit de Moyse. Exo. vij. Uel p scripture testimoniū speciale sicut Io. ba. z c̄. declara. Mō ad ppositū de⁹ misit spālit sctm Thomā. ad illuminādū z informandū mūdum ex vite scitate z scientie claritate. Dices tu z nonne prius deus miserat alios sanctos docto. s. Hiero. August. z c̄. Pro respōsione nota: q doc. theologi sunt i triplici gradu. Quidā em̄ habuerūt magnā auctoritatē ex amissione dei. z etiā ex sigillo bone vite: sed nō habuerūt claritatem vt apli: euāgeliste: qz ad intelligēdū eos sunt necessarie glose z postille. intm: q ō dict̄ eorū heretici receperūt auctoritatē z c̄. Quidā vo doc. fuerūt habentes claritatē scie: qz clare posuerūt sciaz p distinctiōes / articulos z argumēta z c̄. sed nō habuerūt magnā auctoritatez vl ex defectu sigilli bone vite: vel qz si fuerūt bone vite nō sunt canonizati z c̄. In hoc tertio gradu est beat⁹ Tho. z c̄ qui fuit magne auctoritatz pter vite scitatem et magne claritatis intm: q m̄tas q̄stōes olim idetermiātas ab Aug. z alijs: ipe determinauit. Itē in multis i quibus Aug. z Hiero. videnf discordare cōcordauit z c̄. Mō ergo volens de⁹ seruare dictā regulā: anteq̄ mitteret sctm Thom. demōstrauit ipm verbo pphico. sicut Io. ba. Noe. Et signo diuino sicut Moysem. Pro pmo dicat quō ille sctūs heremita rebon⁹ z noie pnūciauit euz matri. s. Tho. z c̄. Et etiā nomē Thomas. i. abyssus scie. z c̄. Item oñdit eū p signū diuinū. Nā qn fuit natus z esset etatis vni⁹ anni nutrix inueuit in manu sua cartā salutatione angelicā cōtinērem z c̄. z nunq̄ fuit scitū vn̄ illā cartā habuerit. et intellexit ei⁹ mater q̄ erat multū spūal: q sibi fuit missa a vgine Maria z c̄. Magnū fuit signuz scie sue scitatis cuius fundamētū et pnciplū est filij dei incarnatio. Ideo de scia sua dixit thema. Antecedebat me. s. per verbum pphale z signum diuinale. Ista sapia quā habuit p mūdi illuminatōe z reformatōe. Patet thema. Nota q quattuor sūt signa seu effectus proprij vere sapie: que omnia fuerunt in beato Thoma.

Primū signū: est vitā ppriaz ad finē de

bitum ordinare.
Scd'z ē dei offensaz tot᷑ virib⁊ euitare.
Tertiū est pfectam doctrinā indoctis
proximis demonstrare. (pseuerātē
Quartū ē vsq᷑ ad mortez in bona vita
¶ Dico pmo ⁊c. Finis nr̄ est intelligere ⁊
amare deū. Vn̄ magister in .ij. sentē. Fecit
de⁹ rōnalē creaturā vt sūmū bonū intelli
geret. Vn̄ dicit ipe de⁹ Apoc. vlti. Ego
sum alpha ⁊ o: principiū ⁊ finis. Ad ipm
ergo debem⁹ ordinare finē: et tūc ē sapiēs
hō. Nō aūt est finis vī iste mūdus: q᷑ Nō
habem⁹ hic manētē ciuitatē: sed fu. inq̄.
Heb. vlti. Et iō q̄ ordinat vitā suā ad cō-
gregādū diuitias: honores ⁊c. isipiēs ē. No
ta q̄ finis hoim hodie ē mūd⁹. ⁊ ad hūc fi-
nē ordināt oia. Dic de mittētib⁊ filios ad
studiū iuris ciuil': vt habeāt honores: vel
canonici vt habeāt dignitates .epat⁹ ⁊c.
Sed tandem finis istoꝝ est interit⁹ ⁊ pdi
tio: q᷑ cū manib⁊ vacuis recedūt de mun-
do. Sap. iij. Infelix et vana spes illorū et
labores sine fructu et inutilia operaa coꝝ.
Ergo. Quicqd agis prudent' agas/ ⁊ re-
spice finem. Nota hic quō oēs hoies mun
di tam religiosi q̄ᵹ clerici q̄ᵹ laici debent or
dinare oia opa sua ad finē dei: ⁊ sic multa
opa essent meritoria q̄ nō sunt ꝓpter defe-
ctū finis. Dic practice d̄ opibus religioso
rū: clericoꝝ: et laicoꝝ put expedit: ⁊ istd̄ ē
signū magnū vere sapie. Ideo dicit Apl's
j. Coꝝ. x. Siue manducatis/ siue bibitis/
vel aliud qd facit᷑ oia in gloriā dei facite.
Item Aug. ix. de ciui. dei, ca. xxj. Non est
inquit vera sapia q̄ intētionē suā in his q̄
prudent' discernit gerit fortiter cohibet tē-
peranti⁹: iusteq᷑ distribuit: nō ad illū diri-
git finē. Vbi deus erit oia in oib⁊ eternita
te certa/ pace perfecta ⁊c. Dic vt expedit.
Istud signū sapie fuit in .s. Tho. q᷑ ordina
uit vitam suā ad finē debitū ⁊c. Dic quō
mater sua sciens ⁊ recordās de verbis he-
remite tradidit ipm lr̄is imbuēdū ⁊c. Dic
quomō pfecit in breui adeo q̄ in xij. anno
nō habebat parē in studio: ⁊ tūc fecit falla
cias ⁊c. Item quando debebat studere ⁊c.
Primo ponebat se in orone ⁊c. Vn̄ cū se-
mel disputaret qdam deuot⁹ religiosus cō
siderans et admirās tātam sapiaz in pue-
ro subito vidit radios splendoris ab ei⁹ fa-
cie pcedere. ⁊ totū mūdū illuminare. Post-
modū aūt volēs studere in theologia ⁊ vo
lens finē pdictū ꝯsequi. s. itelligēdi ⁊ amā
di deū elegit mediū ꝯueniēs et ꝯgruū ad
illi⁹ finis acqsitionē. Mediū aūt maxie cō
grū ē religio: iō itrauit ordinē pdicatoꝝ in
q̄ ordine maxie itelligit' ⁊ diligit' de⁹. Dic
modū ⁊ historiā ⁊c. Ecce quō ordiauit vi-
tā suā ad seruitū dei: nō ad tpalia. s. hono-
res: dignitates/ diuitias ⁊c. Et pōt dicere
illd̄. Optaui ⁊ dat⁹ est mihi sen⁹. Et inuo
caui ⁊ venit i me spūs sapie et pposui illā
regnis ⁊ sedib⁊: ⁊ diuitias nihil esse dixit i
ꝯparatiōe illi⁹: qm̄ oē auꝝ icōparatiōe illi⁹ ha
rena est exigua ⁊ tāq̄ᵹ lutū extimabit' argē
tū i cōspectu illi⁹. Sap. vij. Nota dat⁹ ē
mihi sēs⁹. s. ad itelligēdū phiaz. spūs sapie
. s. theologie. Regnis. i. dn̄ijs tpalib⁊. Et
sedib⁊. i. ecclasticis dignitatib⁊. Et nota q̄
d̄r. Dat⁹ ē mihi ⁊c. Nā ipse met dixit socio
suo secrete ⁊ papa refert i canonisatōe sua.
q̄ pl⁹ habuit d̄ scia a dō ifundēte q̄ᵹ inge-
nio pprio studēdo. ⁊ pz pmū signū ¶ Dico
scd̄o ⁊c. Dei offensaz tot᷑ virib⁊ declinare:
al's n̄ eēt hō sapiēs: q᷑ sapia ⁊ pcā n̄ pn̄t sil'
stare. In maliuolā aiaz n̄ introibit sapia:
nec habi. i cor. subdito pctis. Sap. j. Sed
scia sic. imo ē occasio pctōꝝ. Scia eīn iflat
j. Coꝝ. viij. Nota exm̄ de speculo maculato
⁊ imūdo/ i qd̄ nō itrat imago ⁊c. Beatus
Tho. hūit istū signū sapie: nō solū vitauit
pctā: q᷑ nūq̄ᵹ peccauit mortal'r: sȝ ēt vita-
bat illa q̄ ipedirent ꝟtutes ⁊c. Dic primo
quō mr̄ sua venit Neapoli vt videret euz
⁊c. Dic quō frēs ei⁹ carnales q̄ stabāt i cu
ria ipatoris Federici idignati sūt audiētes
ingressū ei⁹ ad religiōez mēdicantiū: ⁊ di
cebāt sic solēt dicere hodie. Si fr̄ nr̄ volu-
isset eē cleric⁹ potuissȝ episcopari: vl' mo
nach⁹ pcurauissem⁹ sibi magnā abbatiaz
⁊c. Sȝ nūc q᷑ itrauit i ordiez mēdicātiū i
dedec⁹ nr̄z ⁊c. Iō pcurauerūt isidias i via
⁊c. Dic historiam ⁊c. Dic quō posuerūt
eū in turri. Itē quō miserūt ei mlierez ⁊c.
Cū eēt tūc b. Tho. iuuenis. xv. vl'. xvj. an-
noꝝ ⁊c. Dic de cingl'o castitat᷑. Dic quō
istruxit sorores suas ⁊ ꝯuertit eas ad religio
nē ⁊c. Si ḡ sapia vera est vitare pctā: et
beatus Thomas vitauit peccata: ergo ve
re fuit sapiēs: ⁊ pōt de eo dici. Cor sapiēs
⁊ itelligibile abstinebat se a pctis: ⁊ i opib⁊
iustitie success⁹ habebit Ecc. iij. success⁹. i.
pfect⁹ vl' augmētū. ¶ Dico. tertio. ⁊c. Per
fectā doctrinā idoct᷑ demōstrare. s. vbo ⁊

exēplo et ista ē pfecta doctrina: sicut pdi‑
cator nunq faceret bonos discipulos si so
lo verbo doceret zc. sed etiam exeplo: Ita
pdicator ē pictor q pingit qnq imaginem
ptiarchaꝝ/quādo pdicat de misericordia.
z prophetaꝝ/quādo dicit de deuotione. z
apostoloꝝ qn de charitate. z martyrū: qn
de patiētia zc. Jō debet in exemplo pdica
re. Ideo dt scriptura. Vir sapiens erudit:
et fructus sensus illius fideles sunt. Eccl.
xxxvij. Nota. Erudit: scilicz verbo doctri‑
nali. z fruct⁹ zc. id est opa ↄcordantia ver
bis zc. Istud signuz habuit sanct⁹ Tho‑
mas. Dic pmo hic quomodo acqsiuit sci‑
entiā z quomodo vocabatur a studētibus
bos mutus zc. quia exemplo pmo pdica‑
uit alijs quō diligēda esset sapientia. Naz
ipse maxime dilexit eā. intātū q amore il‑
lius statim rapiebat. Docuit humilitatez
exemplo. Nota hic qn fuit ductus a quo‑
dā fratre cōuerso ad emendū pisces. Nota
hic de fistula i tibia zc. Et rapt⁹ nō sensit
cauteria. Itē d cādela que cōbussit sibi di
gitos z nihil sensit cū legeret librū Boe‑
tij d trinitate zc. Itē qn ad pces sororis iuit
ad ei⁹ castrū. z i camera fuisset rapt⁹ in cō
templatione: z soror credens ipm mortuū
qz nō respondebat. incepit clamare: sed so‑
cius fecit eā tacere dicēs sibi suā cōsuetudi
zc. Et sic stetit rapt⁹ p triduū/exēplo Pau
li. et tertia die dixit soci⁹ hoc nimis est. Et
ipe cuz sorore clamādo magister Thoma
zc. Reduxerūt eū ad se. Quib⁹ dixit Par‑
cat vob de⁹. Tā bonū prādiū abstulistz mi
hi zc. Itē fratres obseruātes eū orante vi‑
derūt aliquotiēs ipm eleuatuz a terra zc.
Secus de nobis qui in orōne cogitamus
de coquina zc. Corpus qd corrūpit aggra
uat aniam zc. Sap. ix. Itē apparebāt sibi
interdū aie de purgatorio et etiā sancti zc.
Dic de magistro Romano quē ipe dimi‑
serat Parisi⁹ vt regeret scholas suas quā‑
do iuit Neapolim: q mortu⁹ fuit nesciente
sancto Thoma: et cuz oraret apparuit sibi
aia eius dicēs: q fuerat. xv. dieb⁹ in purga
torio ꝓpt negligētiā quā habuit in qdam
testamenti executione sibi ab epō cōmissa
zc. Dic cōtra executores z heredes zc. A
quo frēs Tho. q̄siuit multa dubia de sta‑
tu suo z d scia si placebat do: z dixit q sic.
et cōtinuaret quia magna gloria erat sibi
parata. multas etiā alias quest. quesiuit z
ad e ēs respōdit. Dicat ēt de sorore sua de‑
functa q apparēs sibi: dixit q erat in pur‑
gatorio ꝓpter ornat⁹ z picturas zc. Et pe‑
tijt ab eo suffragia: que ab eo adiuta ite‑
rū apparuit sibi regratiās zc. Qui etiā q̄si
uit ab ea de sua vita z statu zc. Nota in q
dubio seu timore viuebant sctī: quanto ma
gs nos zc. Itē cū semel orasset p fratre suo
ab imparatore interfecto p defensione eccle
sie. zc Dic historiā zc Pater g de eius vita
spūali. Modo videam⁹ de eius doctrina
celestiali. Qñcūq volebat disputare/scri‑
bere/seu dictare: recurrebat ad orationez.
Itē qn sibi dubia occurrebāt stati ab an‑
gelo vel a Petro z Paulo ei visibilit appa
rētib⁹ de dubijs certificabatur. Semel ap
paruit sibi virgo cū filio in brachijs: q ait fi
lio. Fili declarez sibi h dubiū. Itē d crucifi
xo sibi loquēte zc. Ideo nullus debz dubi
tare de ei⁹ doctrina zc. Ideo libri ei⁹ sunt
ita p totuz mūdum multiplicati. Ideo de
ipso cantat hodie. Ipse tāq imbres emit
tet eloquia sapie sue. s. quārū ad doctrinaz
spūalē: palā faciet disciplinā doctrie sue. s.
quātū ad vitā spūalē. Collaudabūt mul‑
ti sapiaz ei⁹ z vsq i seculū n delebit. Eccl.
xxxix. ¶ Dico quarto pseuerare zc. Si‑
militudo detur de peregrinātib⁹ Romam
pro indulgētijs: et qn essent iuxta portam
vrbis Rome/redirēt zc. Sic multi incipi
unt pegrinare viā bonā euntes ad padisū:
z qn iuit ꝓpe portā/redeūt retro p petā zc. i
sipiētes sut hmōi. Sz sapia vā ē pseuerare
zc. Sapiaz nō vincit malitia. Ratio: atti
tigit ei a fine vsq ad finem fortit: et dispo‑
nit oia suauit. Sap. vij. z viij. c. Nota a fi
ne. scz itentionali quia intentio ē vn⁹ finis
id est vnus terminus scilicet a q in opera‑
tione: quia est principium: Vsq ad finez
s. executionis: quia quod est vltimū in exe
cutione est primum in intentiōe. Sic fe‑
cit beatus Tho. qui vsq ad mortem per‑
seuerauit zc. Dicat quō vocatus ad cocili
um dū esset in via declinauit ad monaste‑
riū fosse noue. et ibi mortu⁹ est zc. Et quō
apparuit cometa. Nota de reuelatione fa‑
cta fratri Alberto de Brixia: cui apparu‑
erunt sanctus August. z sanct⁹ Tho. zc.
vt in. ix. Rñsorio cantatur. Ideo perseue‑
rem⁹ exēplo suo i bona vita: da ñ q incepit

sed q̄ perseuerauerit saluus erit Matth.x. Ecce quare dicit sanct⁹ Tho. Antecedebat me ista sapientia.

¶ In festo beati Thome de aquino: Sermo.XXX.

Inuocaui et venit in me spūs sapiētie. Sap.vij. ꝛ in ep̄la hodierna. Vel fac introitū: ꝙ spiritus sapientie est spūssanct⁹: tū q꞉a sapia increata ꝓcedit. tum q꞉ sapientiā infundit: tum q꞉ in sapientib⁹ tm̄ habitat. Vel pro introitu quere vtrum oratio sit exaudibilis. Vide Tho:xxij.q.lxxxiij. ar.xv.ad fm. Vel ꝑ introitu quere q̄ differentia sit inter sapiam ꝛ sciam. Vide i sermone de btō Vincen. q̄ incipit Beat⁹ vir qui in sapientia morabitur. in introitu ꝛc̄.

¶ Pro declaratiōe thematis: q꞉ dicit Inuocaui. Est notandū: ꝙ in sacra theologia fuit quedā questio. ¶ Querit̄. Vtrū conueniens sit orare deu ꝑ aliquo bono impetrando. ¶ Ad questionē rñdendū est fm Tho.ij.ij.q.lxxxviij.ar.ij. fuit triplex error antiquoꝝ: scꝫ circa oratione. Quidā enim posuerūt ꝙ res humane nō regunt̄ diuina ꝓuidentia. ex quo sequit̄: vanū sit orare ꝛ omnino deū colere. De quib⁹ dicit̄ Mala.iij. Dixistis. Van⁹ est q̄ seruit deo. Et hui⁹ opiniōis fuerūt multi antiqui inter quos fuisse dicit̄ Tulli⁹. In quoꝝ ꝑsona loquit̄ Job.xxij. Nubes latibulū ei⁹: nec nostra ꝯsiderat: ꝛ circa cardines celi ꝑambulat. Itē Boeti⁹ in ꝑsona istoꝝ loquēs dicit. Omnia certo fine gubernās hoim solos inspicis actus. Sꝫ hec opinio est falsa q꞉ ꝑ hoc tolleret̄ p̄miatio bonoꝝ: ꝛ damnatio maloꝝ: ꝛ timor dei parit̄ ꝛ amor. Cōtra q̄d dr̄ Mat.xxv. Ibunt hi.s. damnati in supplicīū eternū: iusti aūt in vitā eternā Et p̄terea ex hac positiōe sequeret̄ ꝙ deus nō esset iust⁹. ex q̄ ꝑmitteret mlt̄a mala: q̄ in hoc mūdo fiūt / esse impunita: et mlt̄a bona irremunerata. Cōtra qd̄ dicit̄ i.ps. De⁹ iudex iust⁹ fortꝭ ꝛ patiēs ꝛc̄. Hiere. xj. Iust⁹ quidē tu es dn̄e ꝛc̄. Et vlteri⁹ re probat̄ ꝑ scripturā. Sap.viij.di. Sapientia attingit a fine vsqꝫ ad finem fortiter et disponit oia suauit̄. Nota A fine.i.a creaturis habentib⁹ soluꝫ esse. Vsqꝫ ad finē.i. vsqꝫ ad creaturas habētes etiā intellectū. ¶ Nota q̄nqꝫ grad⁹ creaturarū et vltima est q̄ habꝫ eē / viuere / sentire / ratiocinari / ꝛ intelligere. Scd̄a falsa opinio fuit ponentiū: oia etiā in reb⁹ humanis ex necessitate ꝯtingere: siue ex imutabilitate ꝓuidētie: siue ex necessitate itelleꝝ: siue ex cōnexione causaꝝ. Hic error destruit̄ rōne ꝛ auctoritate. Ratio ē quintuplex: quā scripsi i.lxx. par.iij.in.ij.q. Autoritas ponit̄ infra. Et fm hos etiā excludit̄ orōnis vtilitas. Huius opiniōis videt̄ eē Virgili⁹ q̄ ait. Desine fata deū flecti sꝑare p̄cando. Et huic errori etiā q̄dā chr̄iani innitunt̄ paganizātes q̄ dicūt. Quid oportꝫ orare: Quel che dio ha ordinato conuien che sia. Sed hec opinio falsa ē: q꞉ fm h̄ tolleret̄ libertas arbitrij in actib⁹ humanis: ꝛ ꝯsequent̄ tolleret̄ ratio meriti ꝛ demeriti: ꝛ virtutꝭ ꝛ vitij. Cōtra qd̄ sc̄ptura dic̄. De⁹ ab initio cōstituit hoiem: ꝛ reliq̄t eū in manu ꝯsilij sui Glo.j. in libertate arbitrij. Et.j. Añ hoiēꝫ vita ꝛ mors bonū ꝛ malū: qd̄ placuerit ei dabit̄ illi Eccī.xv. ꝛ ptꝫ scd̄a. Tertia falsa opinio fuit ponentiū q̄dē res hūanas diuina ꝓuidētia regi. ꝛ ꝙ res hūana nō ꝓuenit ex necessitate: ꝛ in h̄ bn̄: sꝫ dicebāt dispositionē diuine ꝓuidentie variabilē esse. ꝛ ꝙ orōnib⁹ ꝛ aliqs q̄ ad diuinū cultum ꝑtinēt dispositio diuine ꝓuidētie imutat̄. Sꝫ hec etiā opinio est falsa. Naꝫ vt dr̄ Mala.iij. Ego de⁹ ꝛ nō mutor. Stabilisqꝫ manens dans cūcta moueri. Nec obstat ꝙ dicit̄ de Ezechia ꝛ Niniue: q꞉ illa non fuit dei sn̄ia diffinitiua sꝫ cōminatiua: ꝛ tñ vera: q꞉ cū dixit Esaias Esa.xxxviij. Ezechie regi. Morieris tu ꝛ nō viues: loq̄t fm ordinē scd̄aꝝ causaꝝ fm q̄s debebat mori. Sic̄ si medic⁹ p̄diceret infirmū debere mori ꝯsiderata mortali infirmitate: ꝛ postea miraculose sanaret̄. nō dixit mendaciū: nec falsum medic⁹: q꞉ loq̄bat̄ fm ordinē cause secunde. Et sic etiā Jonas niniuitis dixit. Hinc ꝛ q̄draginta dies ꝛ Niniue subuertet̄: q꞉ ciuitas merebat̄ subuerti ex demeritis petōꝝ q̄ ibi fiebāt. Non g̃ fuit ꝓphetia illa fm determinationē siue diffinitionem p̄me cause.i.dei: sꝫ fm ordinē causaꝝ inferioꝝ.s. nature vel meriti: vt ponit Thom. ꝯtra.j.q.xix.ar.vij.ad fm Tho.in.iij.cōtra

gentiles.c.xciiij.q̄ttuor ponit opiniões er
roneas quorūdā circa orōnē videlicz Epi
cureorum/perипatheticorum.stoicorum/z egypti
orū.Primi.s.Epicurei negabāt oīno diui
nā puidentiā.Scdi.s.aliq̄ p'ipatheticorū
res hūanas diuie puidentie subtrahebāt.
Tertij.s.stoici oīno q̄dē puidētie subsunt:
sz ex necītate ɔtingere arbitrabant.Quar
ti.s.egyptij ecōtrario dicebāt diuinā dispo
sitione vertibilē orōnibꝫ.Sz pma opinio
est falsa:p illō Sap.viij.Sapiētia attin
git a fine zc.Scda opinio ē falsa:p id qō
habet hic in pma opiniōe:z sic reliquē re
probantur hic.Fides ḡ catholica tenet ꝙ
oēs regant puidētia diuina ɔ̄ primā opi
nionē epicureorum.Etiā act⁹ hūanos cōtra
secūdā p'ipatheticorum/nec ex necītate cōtin
gere ɔtra tertiā stoicorum:nec diuinā dispo
sitionē vertibilē ɔ̄ tertiā egyptiorum:sed re
manēte dispsitōe diuina incomutabili z li
bertate arbitrij:necāria est orō:nō vt mu
tet diuina dispositio/sz vt impleat zc̄.Est
ḡ accipiēda media via:vt z inducat orō
nis vtilitas.z tn̄ n̄ iponat necessitas rebꝫ
hūanis diuie puidētie subiectis:neqꝫ etiaz
diuinam puidētiā mutabilē existimem⁹.
Ad hui⁹ ḡ euidētiā fm Tho.ij.ij.q.lxxx
iij.ar.ij.ꝙ ex diuina puidētia n̄ solū dispo
nit q̄ effect⁹ fiāt:sz ēt ex q̄bꝫ causis:z q̄ or
dine pueniāt.Inter alīs aūt causas sunt z
q̄dā cāe act⁹ hūani:vn̄ oportz hoīes aliq̄
agere nō vt ex suis actibꝫ diuinā dispositi
onē imutēt:sed vt p act⁹ suos ipleant q̄s
dā effect⁹ fm ordinē a deo dispositū.Uer
bi grā:de⁹ disposuit Petrū saluari:Joan
nē Martinū zc̄.Ecce effect⁹.Sz ēt dispo
suit causas.s.Petrum p causaz elemosyne
Joannē p cām ieiunij zc̄.vn̄ Greg.in.iij.
dial.z.xxiij.q.iiij.Obtineri neq̄ꝫ pn̄tq̄ p
destinata nō fuerit:sed ea q̄ scti viri orādo
efficiūt:ita pdestinata sūt vt pcibꝫ obtine
ant.Nā ipa q̄qꝫ pennis regni pdestinatio
sic est ab oīpotenti deo disposita:vt ad h
electi ex labore pueniāt:q̄ten⁹ postulādo
mereant accipe qō eis oīpotens de⁹ an̄ se
cula disposuit donare.Et ɔcordat cū pdi
ctis ēt sentētia Socratis.De q̄ scribit Va
leri⁹ li.vij.c.ij.Socrates q̄si q̄ddā hūane
sapiētie terrestre oraculū nihil vltra peten
dū a dijs imortalibꝫ arbitrabat q̄ꝫ vt bona
tribuerēt zc̄.Sic etiā dicim⁹ in rebꝫ natu
ralibꝫ zc̄.Uide de h sic̄ scripsi in smonibꝫ
q̄dragesimalibꝫ de penitētia in smo.ꝺ ora
tiōis vtilitate.in introitu.Ad ppositū ergo
beat⁹ Tho.sciens ꝙ orō est necessaria ad
ɔsecutionē spūssancti z grē diuine.iō ora
uit instant de h z accepit.Ideo dicit ipse
in themate.Inuocaui zc̄.Pater thema.
Dices tu:sed q̄ro:q̄d iste spūssanct⁹ cōtu
lit beato Thome:Rn̄deo.quinqꝫ effect⁹:
fm ꝙ q̄nqꝫ sūt differentie sapientie:et sūt
iste:videlicet

Prima est sapiētia apostolica.
Scda est sapiētia angelica
Tertia est sapiētia philosophica.
Quarta est sapiētia theologica.
Quinta ē sapiētia heroica.i.diuina.

¶ Prima ɔsistit in voluntaria paupertate
Scda cōsistit in virginali puritate.Ter
tia consistit in diuinali charitate.Quarta
ɔsistit i integrali credulitate.Quinta cō
sistit in supernali claritate zc̄.

¶ Prima ḡ sapiētia dicit apostolica que
ɔsistit in eo q̄d dicit dn̄o Petr⁹.Ecce nos
reliquim⁹ oia z secuti sum⁹ te.Mat.xix.
¶ Et q2 oīa ista fuerūt in his z alijs apostolis:io marie honorādi sūt. io dr̄ thema Nimis zc̄. ¶ Prio g̃ debet alicui honor rōne sciētie. Uñ hoibꝫ sciētia p̄dit3 honorem exhibemꝰ/etiā si sint humilis ꝯditionis. Propter h̄ ꝑcepit deꝰ honorare senes. Leui.xix. Coram cano capite ꝯsurge. z honora ꝑsonā senis. Rō est:q2 vt plurimū in senis ē sapia:vt dr̄ Job.xij. Si g̃ debetur honor homini rōne sciētie/q̄nto mag3 apostolis:q̄ licet caruerūt acquisita/tñ habuerunt excellētissime scientiā ꝯ oibꝫ infusa3: q̄ est excellētior q̄3 acq̄sita quadrupliciter. Primo ꝓpter causam efficientez:q2 a deo infundit/z non ex actibꝫ humanis. Scdo ꝓpter causam formalē:quia grā cū ea dat. Tertio ꝓpter causa3 finalē:q2 ad vitā eternam ꝑducit:iuxta illud Ecci.vj. Sapientia doctrine fm nomē est eiꝰ/z nō est multis manifesta/qbꝫ autē agnita est ꝑmanet vsq3 ad ꝯspectum dei. Scientia ꝓo acquisita inflat.j.Cor.viij. Quarto ꝓpter cām materialē.i.subiectiuā:q2 sciēntia acq̄sita est cōis bonis et malis: sed sciētia infusa ē ꝓpria bonis. Und.j.Joā.ij. Unctionē zc̄. vt.s. Uñ dñs. Joā.xvj. Cum venerit ille spūs ꝟitatis docebit vos oēm veritatem. Itē.j.Joā.ij. Unctionē quā accepist3 ab eo maneat in vobis z nō necesse habet3 vt aliqs doceat vos/sed sicut vnctio eius docet vos de oibꝫ. Uñ qñ necesse fuiss3/apostoli ꝑ mūdm discurrētes/disputassent in oī sciētia cū īfidelibꝫ. Habuerūt eīn apli optimū mgrm christū qui eos docebat altissimā3 causam. Und Philippo interroganti. Dñe ostēde nobis patrē z sufficit nobis. Rñdit dñs. Philippe q̄ videt me/videt et patrē Jo.xiiij. S3 quare ꝑdicatores huiꝰ tpis parum faciūt fructū: Uide hoc infra immediate. ¶ Scdo debet alicui honor rōne potestatis:q2 non est ptās nisi a deo. Ro.xiij. Jubēte.s.vel sinente fm Augu. xxiij.q.j. Quid culpat. Hac rōne maximꝰ honor debet apostolis:qui habuerūt quadruplicem potestatem.

Primo ad ꝯsecrandū
Scdo ad soluendū z ligandū
Tertio ad ordinandū
Quarto ad miracula faciendū

¶ Prio g̃ ad cōsecrandū.s.corpꝰ christi q̄ ptās est incōpabilis/nec aliq̄ ptās terrena est eq̄lis ei:q2 oēs reges et ꝑncipes mōdi nō pñt trāsmutare vnā rem in aliā/nec facere vnā formicā/nc vnū foliū arboris: qnimo nec celest3 ptās ē eq̄lis huic. vnde nec

angeli nec archangeli possent trāsmutare vnā rem in aliā. Vñ dicit text⁹. xxvj q.v. epi. in fine. Quisquis credit posse fieri aliquā creaturā: aut in meli⁹/ aut in deteri⁹ imutari aut trāsformari in aliā spēm/ vel in aliā silitudinē: nisi ab ipso creatore/ qui oia fecit/ z p quē oia facta sūt: pculdubio infidelis est: z pagano deterior. Nota hic ptra mlieres q dicūt q alique mlieres cōuertunt in gattas: z dicunt strige zc. q2 h est ipossibile. Sed hec ptās transmutandi panē in corp⁹ christi fuit in aplis. Primo qn dñs dixit eis illa verba. Accipite z māducate/ h est copus meū zc. Et. j. Hoc facite in meā cōmemoratiōnē. Et in hac potestate habuit vnā excellentiā Jacob minor: q2 ipse prim⁹ inf aplos missam hierosolymis celebrauit/ vt dixi sup eodez festo q incipit. Ecce quō zc. Scōa ptās est ad soluendū z ligandū aiam: q2 principes mūdi possunt ligare corpora/ quod pñt facere etiaz oēs hoies: sed aiam soli apli ligant z soluūt. Vñ hec potestas incōpabilis est z in celo z in terra. Vñ nec angeli nec virgo Maria habent hanc ptātē vt in. c. Nota. de pe. z re. quāuis virgo p modum meriti orando possz ipetrare p aliquo zc. Et hāc ptātem acceperūt apli a dño post resurrectionē. Joā. xx. Insufflauit z dixit. Accipite spmscṫm: quorz remi. pec. re. e. q4 re. re. sunt: sed singl'ariter dedit Petro dicēs. Quecūq ligaueris sup terram zc. Mat. xvj. z. xxj. Innuo ad notanduz q hec potestas in Petro plenarie psistit. Ipse eīm sol⁹ habet plenitudinē potestatz: reliq vo apli fuerunt vocati in parte solicitudis ñ in plenitudiez potestatz vt dicī tex. q. q. vj. decreto. de vsu. pal. Ad honorē. de cocc f. pbē. Posuisti. z fm determinatiōez z iudicīū Petri. Hac ptāte debēt alij vti: vt dicī Tho. in. iiij. Quintimo pōt pnceps ecclesiastic⁹: sicut papa absoluere ab omī iurio impatorē z reges. Vñ Hiere j. Ecce constitui te sup gentes z regna: vt euellas et destruas. z dispdas z dissipes: et edifices z plantes: et tangit infra in tertia ptāte. Tertia ptās ad ordinandum q2 soli apli in q4 locū hodie epi successerūt: iuxta illō ps. Pro patrib tuis nati sīt tibi filij. lxviij di. q4 vices pñt ordinare clericos Vnō z papa pfirmat impatorē: vt in. c. Venerabilem. de elec. Item vngit eū pſecrat et coronat: vt in Cle. romani. de iu. iur. Et ipe impator iurat fidelitatē pape. lxiij. di. Tibi dño. Et nota quō accipit imperator triplicē coronā: vt notat Glo. in dicta cle. romani. sup verbo. Vestigijs. Pōt etiaz papa deponere impatorē: sicut deposuit d facto Cōstantinopolitanū/ z transtulit impiū ad germanos: vt in dicta cle. romani. Quarta ptās est admiracula faciēdū quā acceperunt a dño: sicut dicif Mat. x. Cōuocatz Jesus. xij. discipulis dedit illis potestatē spirituū imūdor vt ejicerent eos/ z curarent oēm languorē z oēm infirmitatē. Itē Mar. vlti. Signa eos qui credi. hec sequenf: in noie meo demonia ejicient. lin. lo. no. serp. tol. z si morti. qd bibe. ñ eis nocebit zc. Nota hic miracula Philippi pferts de dracone zc. sicut dī in legēda ¶ Tertio daf honor dignitati sicut epis etiā nullatensib zc. Hac rōe debetur honor maxim⁹ aplis. Que eīm maior dignitas aplatu: Vñ repbendit papa impatorē Cōstātinopolitanū zc. Vide d maio. z obe. Solite. Nec soluz bonis in dignitate positis: sz etiaz malis debef honor exēplo dñi/ q misit leprosz z leprosos ad sacerdotes: quos tñ sciebat esse sacrilegos Mat. viij. Et Lu. vij. Et notat Cyprian⁹. xciij. dist. dñs noster. Et Cōstantinū ēr legif dixisse. si pprijs ocul vidisse sacerdotē di aut aliquē eor q monastico habitu circūamiti sunt peccantez: chlamydē meā explicarem z cooperirez eū ne ab aliq videref zc. Sicut legif. lxxxvij. dist. in scripturz. Et eē plū etiā de eodē Cōstantino qn comburi mandauit libellos accusatorios ptra sacerdotes z episcopos. xj. q. j. Sacerdotib. Hac g rōne debef maxim⁹ honor aplis: q fuerunt in maxima dignitate. Vñ Jacobus fuit ordinat⁹ epš a Petro: z Jacobo maiore z Joāne. lxvj. di. Porro. ¶ Quarto debef honor nobilitati sicut filijs regūz z aliorū nobiliū. Et q maior nobilitas q in seruo dei: Vñ Agatha. Sūma ingenuitas est qua christi seruit⁹ cōprobaf. Vnō eccl'ia. Deus quē nosse viuere cui seruire regnare est. Ratio: quia regit passiōes suas. Vnde Claudian⁹. Si metuis: si plura cupis: si ducerz ira: Seruitij patiere iugum: tolerabis iniquas Interius leges:

tunc omnia sure tenebis: Cuz poteris rex esse tui. Ecce ergo si seruus dei tanta no/bilitate pfulget: quanto magis filij dei cu/iusmodi anthonomatice fuerũt? Unde de eis dicit in epl'a. Ecce quomõ computati sunt inter filios dei rc. Sap. v. In hac ãt seruitij dei nobilitate excellentiaz magnã habuit Philippus: q2 fuit primus apl'us a christo vocat⁹: sicut habet Ioã. j. Iacob9 aũt fuit cõsobrinus dñi z etiã ei simillim⁹ pter qd dicebat frater dñi rc. ¶ Quinto rc. Unñ phs. j. Ethi. dicit: q honor est re/uerentia exhibita in testimoniuz virtutis. Uirtuosos q honoramus quia eos deo si/miles videmus: Unñ phs. iij. x. Ethi. dicit q hõ sapiens est deo simillim⁹ z sibi aman/tissim⁹. Et quãto ergo magis honorandi sunt apli qui fuerũt vtuosiores z sanctio/res alijs? Unde sup illud Rom. viij. Nos ipi pmitias spiritus habentes. dicit Glo. Tpe prius z cetera abundantius. Nota h de virtute magna beati Jacobi minoris q dicebatur Jacob9 iustus: pter magnum culmẽ virtutz. Primo fuit virgo: z sic ha/buit virtutem castitatis. Scdo abstinen/tie: quia carnes nunq̃ manducauit. vinũ z siceram nõ bibit: ferrum in caput ei⁹ nõ ascendit rc: vt dr in legẽda. Tertio pter sanctitatẽ suam: ita vt omnes fimbria ve/stimenti eius certatim tangere cuperent. Quarto post mortem dñi fecit votum se nõ comesturũ/donec videret dñm a mor/tuis resurrexisse. Dic quõ apparuit ei dñs in die pasche rc. Item Egesippus dicit q ab vtero matris sanctificat⁹ fuit. Ultimo fuit mirabiliter pditus virtute fortitudi/nis z ɔstantie: q patet in martyrio. Dic q etiã martyrium et etiaz Philippi aplĩ. dic vt in legenda. Deo gr̃as. Amen.

¶ In festo Inuentionis scte crucis. Sermo. XLIIII.

Mihi absit glo/riari nisi in cruce Gal. v. Pro fundamẽto smonis in q̃ agit de inuentiõe scte crucis. oit theologicalis q̃stio de adoratiõe. ¶ Querit. Utrũ crux sit adorãda z siliter imagines sint adoran/de. Arguit q nõ. habet Exo. xx. in. j. man/dato. Nõ facies tibi imaginẽ neq3 sculpti/le/neq3 oẽm silitudinẽ rc. si q phibituz est imaginẽ fieri multo mag3 adorare. Item nulla creatura rõnalis est adorãda/crux ẽ hmõi: z silr imagines. igit. In oppositũ: si crux nõ esset adoranda frustra diceret. O crux aue spes vnica. z frustra poneret ima/gines in eccl'ia z adoraret. sed h est falsuz. igit crux est adorãda. z similit imagines. z sic q̃stio manet, p vtraq3 pte dubia. Ad q̃stionẽ rñdẽdũ est fz Bonauẽ. sup. iij. sen. di. ix. q crux chri est duplex. quedã dr vera crux: in q̃ saluator pependit z q̃ sanguine christi fuit irrigata. z hec cũ nõ sit creatu/ra rõnalis nõ est adoranda/nec latria/nec dulia/nec hyperdulia: sed tãq3 pciosissima re/liquia honore venera: õis est honoranda. et intelligit h de illa cruce vt est talis res seu lignuz: alie cruces autem inquantum cruces/z etiam vera crux representat seu significat saluatorẽ crucifixũ: vtraq3 adora/ri debet adoratiõe latrie: id est honore z re/uerentia in prestatiõe summe z infinite maiestatis. honorare em̃ crucẽ inquantuz signum: nihil aliud est nisi honorare cruci/fixum deum hominẽ p crucem representa/tum. Ideo habet. C. nemini liceat signuz saluatoris. l. vnica. ꝗ quis crucem vel ima/ginẽ saluatoris pede cõculcauerit in dere/stationẽ scz saluatorz: vltimo supplicio ple/ctatur. habet etiã. ff. ad. l. iuli. maiestatz. l. qui statuas. q cõflans imaginẽ vel statuã imperatoris/crimẽ lese maiestis incurrit: aut proijciens contra eam lutum/vel alio modo deturpans. igit crux christi est ado/randa referendo ipsam adorationem ad il/lum scz christum qui ea pependit. Et hec propter duo.

Primo inquantũ repsentat creaturam rõnalem. s. hominẽ chrm cui creature ra/tionali debet adoratio.

Secũdo modo inquantuz ei cõiungeret: q2 ipsa repsentat figurã christi extensi in ea. Et de imaginib9 dicit q sunt adorãde nõ referendo adoratiõnẽ ad materiã illaz sed ad res. s. sanctos quorum3 sanctorũ ta/les imagines sunt repsentatiue. et ad ar/gumentum dicitur q prohibituz fuit pro tempore in quo de⁹ naturam humanam nondũ assumpsit: sed nũc nõ phibet. Et ad scdam partẽ argumẽti dicitur q intel/

ligendū est. Referendo talē adorationem ad materiā z nō ad rē quā repsentat: quā adorare quisqs debet: qz p illū solū gliam habem⁹ eternā. Iuxta verba passumpta. z sic de alis. Et in ep̄la hodierna. Intēdo tractare istud verbū tripliciter.

Primo in psona chr̄i i cruce patiētis
Scd̄o i psona b. Helene crucē reqrētz
Tertio in psona cuiuslibet hominis ve rum credentis.

¶ Dico primo zc. Pro introductiōe sciendū q in chr̄o fuit q hō est duplex gloria. s. aie z corpis: diuersimode tñ: qz glia aime statim fuit in christo in instanti ɔceptiōis et vnione diuinitatz/quātā habet modo. Nō qz sine mēsura tūc accepit/nec potuit vltra augeri zc. Vidim⁹ gliam ei⁹ gliam qͣ̄si vnigeniti a p̄re zc. Io. j. Nō em̄ ad mēsurā dat ds̄ spm̄. s. chr̄o. Io. iij. Et hec glia aie chr̄i fuit sine merito suo nec potuit augeri: qz pfectū est cui nihil deest. gloriā vo corpis n̄ stati habuit chr̄s q̄ ɔsistit i qtuor dotib: scz ipassibilitate/subtilitate/agilitate/z claritate. Questio est hic qre elegit morté crucis z nō aliam. R̄n̄io. Inuenio in scriptura scrā q christ⁹ mltoties fuit in piculo mortz inter iudeos: sed nullus ali⁹ modus moriēdi sibi placuit nisi i cruce: qz alios modos moriendi vitauit z fugit. Fuit em̄ in piculo mortis

Primo p gladij incisionē.
Scd̄o p pcipitationē
Tertio p lapidationē
Quarto p venenationē.
Quinto p crucis affixionē.

¶ Dico primo zc. s. p gladij incisiōez. In h piculo fuit statim qn̄ fuit natus quādo Herodes fecit occidi oēs pueros i Bethleem Mat. ij. Dic historiā z poterat dicere pueros pcusserēt gladio z ego euasi sol⁹ Iob. j. Questio est h qre ista mors nō placuit chr̄o. R̄n̄. moralis. Ad instruendūz nos vt euitem⁹ mortē gladij spūalis. Nota hic q duo gladij vn⁹ tpalis/z alter spiritualis. Gladi⁹ tpalis est potestas tpalis De q̄ Ro. xiij. Si male feceris: time. Nō em̄ sine causa gladiū portat. Vn̄ dicūt legiste q merū impiū est habere gladij potestatē ad aimaduertēdū facinorosos hoies ff. de iurisdi. om. iudi. l. impiū. Gladi⁹ spiritualis est excōicatio q̄ pcedit ex potestate spirituali. De q̄ Apoc. j. et. xix. De ore ei⁹ exibat gladi⁹ ex vtraqz parte acut⁹. Nota Ex vtraqz pte. s. ad dclinādū a malo z ad faciēdū bonū. Prim⁹ gladi⁹ separat aiaz a corpore naturali. Scd̄s separat aiaz a corpore mystico qd̄ est eccl̄ia. Istū gladiū solus Petr⁹ portat. Symon Petr⁹ habens gladiū/eduxit eū: et pcussit pontificz suū/ et abscidit auriculaz ei⁹ dexterā. Ioā. xvj. Et Lu. xxij. Et dn̄s eū rephendit dicens. Mitte gladiū in vaginā zc. Ad innuēdū q iste gladi⁹ spūalis nō debz exerceri i corpore sed in aīa: in corpora vero seruus nisi vsqz ad sanguinis effusionez exclusiue: vt in. c. In archiepātu. de raptorib. Et in. c. Episcop⁹. ne clerici vel mona. li. vj. Nō quare sol⁹ Petr⁹ qz solus papa habet potestatē spiritualē pncipaliter et plenarie. Reliqui vero epi in parte solicitudinis sūt vocati nō in plenitudinē potestatz: de vsu pallij. c. ad honorē. De concess. pre. Propo suisti. Et. xcj. di. In nouo. Et di. xxij. Sacrosctā. Et iste gladi⁹ est maior pmo. Vide de maio. et obe. Solite. Iste g̃ gladi⁹ est multū cauend⁹: qz excōicatio est maior pena q̄ fit in eccl̄ia dei. xxiij. q. iij. Corripiantur. Et olim in eccl̄ia primitiua multū timebat: qz excōicatus ab aplis arripiebatur a diabolo: sicut dicūt Glo. sup illo verbo. j. Cor. v. Ego autē absens corpe: pñs autē spū: iudicaui hūc hoiez tradere sathane in interitū carnis vt spirit⁹ saluus fiat. Et ideo est valde timēda siue iusta siue in iusta. xj. q. iij. c. j. Nota hic aliquos effect⁹ excōicatiōis: de qb vide de rescriptis. c. j. lib. vj. Et de sen. excō. Decernim⁹. eodem lib. Hodie autē nihil timet: qz ista punitio nō statim seqt: Sz lento gradu ad vindictā sui diuina pcedit ira tarditatēqz supplicij grauitate cōpensat. Valeri⁹ pmo libro titulo d neglecta religiōe. Vn̄ Dauid Nisi ɔuersi fueritis gladiū suū vibrauit arcum suū tetendit. Nota arcū suum tetēdit qui quāto plus extendit tanto grauī⁹ pcutit zc. Fugite g̃ a facie gladij: qm̄ vltor iniq̄tatū gladi⁹ ē. Iob. xix. ¶ Scd̄o chr̄o fuit in piculo moriēdi p pcipitationē: vt pz Lu. iiij. s. in nazareth. Dic historiā: sz noluit mortē hac morte. ¶ Tertio fuit in piculo moriendi p lapidatiōez: et hoc bis. s. Primo quando dixit iudeis. Amen am en di-

eo vobis anteq̄ Abraaz fieret ego sum ꝛc̄ Joā.viij. Scḋo q̄n dixit. Ego et pr̄ vnuz sumus. Jo.x. Dic historiā. Quare noluit sic mori: Rn̄sio. vt instrueret nos euitare mortē lapidatōis: id est auaritie que indurat cor q̄si lapis circa indigētiā ꝓximi. Vn̄ de auaro dic̄ Job. Cor eius indurabit q̄si lapis et stringet quasi malleatoris incus. Job.xlj. Auari ḡ moriunt lapidati. Tot lapides sūt quot sunt modi auaritie. Primus ḡ lapis est rapina. Isto lapide moriuntur dn̄i regales et stipendiarij: ⁊ etiā aliqui nobiles et milites q̄ ꝓpter vanitates nolūt viuere ex stipendijs suis: iō oportz eos rapere: qꝛ nō seruant ꝯsilium Joānis bapti.di. Neminē cōcuciatis neqꝫ calumniatis. Et estote ꝯtenti stipendijs vr̄is. Lu.iij. Scḋs lapis est simonia: et isto lapidant p̄lati et clerici ꝛc. Dic vt expedit. Nota contra vendentes ius patronatus. Itē nota ꝙ auaritia seu tenacitas laicorū est causa simōie clericoꝝ. Rō: quia pro laboribꝫ clericoꝝ in administrādis sacramētis: laici nō dant aliq̄d stipendiū clericis. iō clerici paciscunt ante siue vadant ad sepeliendū siue ad aliq̄d aliud: et sic cōmittunt simoniā. Nota etiā hic ꝯtra vendentes altaria/ ⁊ sepulturas cōtra nolētes recipe aliq̄s in monasterijs nisi cum pacto. Tertius lapis est vsura siue mutuando. x. ꝑ.xij. siue vēdēdo ad spheram siue recipiendo fructus vel pignorare ꝛc. Quartus lapis est fraus in vēditiōibꝫ et emptiōibꝫ ꝛc̄ Quint⁹ est calūnia: isto lapide moriunt iuriste et aduocati ꝛc. Sextus est furtum ꝛc. Septim⁹ est detentio solidate vel decimarū ꝛc. Iō dicit scp̄tura. In via ruine .s.auaritie nō eas/ et nō offendes in lapides: nec pones aīe tue scādalū. Ecci.xxxij. ¶ Quarto fuit in ꝑiculo moriēdi ꝑ veneniatiōez ꝛc. Judei em̄ videntes ꝙ nō poterāt ip̄m p̄dictis modis occidere: ponebāt de arsenico seu toxico in cibū christi: vt ip̄z venenarent. Auctoritas. ꝓphetie in ꝑsona chr̄i di. Tu dn̄e demōstra. mihi ⁊ cognoui tu ostēdisti mihi studia eoꝝ: qꝛ sup me cogitauerūt cōsilia dicētes. Mittam⁹ lignū in panem eius/ et eradamus eum de terra viuentium: et nomen eius nō memoretur amplius. Hiere.xj. Nota lignuz.i.taxum que est arbor venenata: inde dicit toxicuz a mutata in o. Sed christ⁹ nolebat comedere de cibo venenato. Quare nō: Rn̄r. vt instrueret nos vitare mortē potionatā ex pctō luxurie in q̄ sub cibo dulci ponitur toxicū mortis. Sic faciūt illi q̄ volūt aliū toxicare: iō caueatis. Ideo Job. Nunq̄d pōt aliq̄s gustare: q̄d gustatū affert mortem Job.vj. quasi diceret nullus gustarz/ sciens hoc. ḡ ꝛc. ¶ Quinto fuit in periculo moriēdi ꝑ crucifixiōe... iste mod⁹ moriendi placuit sibi. imo v...t de galilea vsqꝫ in iudeam vt tali more ...reret: vt pꝫ Mat.xx. Ecce ascendim⁹ ...osolimā ꝛc Et in nocte passiōis huic ... crucis vltro se se christ⁹ obtulit di. ... querit ꝫ ꝛc. Ego sum. Joā.xix. Et dat̄ sentētia a Pilato nō appellauit nec excu... : sed baiulans sibi crucē exiuit in eum q̄ dicit caluarie locū Joā.xix. Quare iste ... moriēdi p̄e alijs placuit sibi: Rn̄r. duplex rō est Prima rō est litteralis. Scḋa est moralis Prima ḡ ratio lr̄alis est/ vt restitueret fructū subtractū ꝑ Adam et Euam ꝛc. Ipse em̄ est fructus d̄ q̄ dicit Marie virgini. Benedict⁹ fructus ventris tui. quando ḡ christus fuit in arbore crucis tunc fuit restitut⁹ fruct⁹ ꝛc. Que nō rapui/ tūc exoluebaz: et sic remissa iniuria reparauit nos in aīa et in corpe. Vide infra in sermōe ex altarōis. in introitu. Vel dic ꝙ ratio est q̄re acceptauit mortem crucis: vt instrueret nos ꝙ si volum⁹ saluari crucifigam⁹ nos in cruce penitētie ad exemplū christi. Penitentia em̄ est crux quedā p̄sertim illis q̄ nō sunt assueti ꝛc. Dic practice ꝛc. Ideo Apostol⁹. Qui christi sūt: carnem suam crucifixerūt cum vitijs/ et cōcupiscentijs. Gal.v. Et tunc sicut facti sum⁹ siles chr̄o in morte: ita erimus siles in gloria. Auctoritas. Si em̄ cōplantati facti sum⁹ similitudini mortis: simul et resurrectiōis erim⁹. hoc scientes: qꝛ vetus homo noster simul crucifixus est vt destruat corp⁹ pcti: vt vltra nō seruiam⁹ pctō. Qui em̄ mortu⁹ est iustificatus a peccato. Si autē mortui sumus cū christo: credim⁹: qꝛ simul viuem⁹ cū ipso. Ro.vj. Ideo dicit christ⁹. Mihi absit gloriari nisi in cruce. Quantum ad scḋꝫ hoc verbū ptractabit in ꝑsona scte Helene. Dicat historia quomodo inuenit sanctam crucem ꝛc. Ideo dicit ip̄a Mihi

absit gloriari nisi in cruce dñi ꝛc. Dicat hꝫ de virtute sancte crucꝫ ad sanādū īfirmos Figura habet de serpente eneo. Nū.xxj. Et ad cōprimēdū ꝛ fugandū diabolū nō solū a christianis: sꝫ etiā ab infidelib⁹. De christianis dic exemplū de sancta Justina et Cypriano ꝛc. Itē de sctō Christoforo. De infidelib⁹ da exemplū de illo iudeo q̄ quadā nocte dormiēs in templo quodā idolorū signauit se signo crucis ꝓpter timorem demonū ꝛc. de q̄ dixit demon. Uas vacuū sed signatū ꝛc. Greg. ponit in dialogo. Quantū ad tertiū verbū ꝓpositum exponet seu pertractabit in ꝑsona cuiuslibet hois bñ credentis qui digne debet dicere. Mihi absit gloriari nisi in cruce dñi. Rō: qꝛ antiquit⁹ ante crucem oēs quātūcūq̄ sancti ibant ad infernū: q̄ habet q̄ttuor loca ꝛc. ad quorū alterū ibat hō. ps. Quis ē homo qui viuet ꝛ nō videbit mortē: Eruet aiam suam de manu inferni. Nota hꝫ cōtra iudeos ꝛc. Gen. xxxvij. Descendā ad filiū meum lugens in infernū. Christ⁹ ꝓ mortu⁹ descendit ad inferos et captiuam adduxit captiuitatē redimēdo sctos pres qui erant in limbo patrum: q̄ dicit sinus Abrae: iuxta ꝓphiam Zacha. ix. Tu q̄q̄ in sanguine testamenti tui eduxisti victos de lacu in q̄ nō est aqua. Modo autē ver⁹ fidelis si moriť statim inueniť ianuam paradisi apertā virtute crucis chri. Ideo dr Raba. Crux chri clauis est paradisi. Jō Joā. iij. Sicut Moyses exal. serp. in deserto. Nume. xxj. Sic exaltari oportet filiū hois vt omnis qui credit in eū nō pereat: sed habeat vitam eternam. Quilibet ergo fidelis pōt dicere. Mihi absit gloriari nisi in cruce. Et ita cantam⁹ in missa hodie. Nos autē gloriari oportet in cruce dñi nostri Jesu christi: in quo est salus vita ꝛ resurrectio nostra ꝛc. Amen.

In festo corone domini. Sermo. xlv.

Coronam de spinis imposuerunt capiti eius. Joā. xix. Istud festū fit ab ordine nr̄o ꝛc. Sciendū ꝓ declaratione q̄ inter alias magnas reuelatiōes quas christus fecit btō Joanni euāgeliste in Apoc. fuit vna valde pulchra ō materia hodierna de qua ipse dic. Uidi celū apertū ꝛ ecce equ⁹ albꝰ: et q̄ sedebat sup eū vocabať fidelis et verax: ꝛ cū iustitia iudicat ꝛ pugnat. Oculi aūt ei⁹ sicut flāma ignis: et in capite ei⁹ diademata multa Apoc. xix. Hic sunt sex clausule. Pꝛima clausula ibi: Uidi celum apertū. ista celi apertura significat incarnationē chri: qꝛ tūc celū fuit apertū sicut qñ aliquis est liberalis ad dandū donū/ dr de co iste habet bursam apertā. Scda clausula: Et ecce equus albꝰ. Ecce ꝯuersatio eius. Equ⁹ significat corp⁹ christi/ albꝰ ꝑ serissimā puritatē: sup que sedebat illū gubernādo cū freno temperantie ꝛ cū calcarib⁹ amoris ꝛ timoris. Tertia ibi: Et q̄ sedebat sup eū vocabať fidelis et verax. Fidelis ad implendū ꝓmissiōes factas in veteri testamēto. Uerax quātū ad doctrinā euangelicam. Uñ apls. De⁹ fidelis est. seipm negare nō pōt. Quarta ibi: Et cū iustitia iudicat ꝛ pugnat. hoc in redemptiōe humani generꝫ: quā noluit facere ꝑ potentiam. sed ꝑ iustitiā Esa. lxiij. Ego q̄ loquor iustitiā et ꝓpitius sum ad saluandū. Quinta: Oculi aūt ei⁹ sicut flāma ignis. s. in eius gliosa resurrectiōe Oculi eīm chri/ sūt dona spūsscti/ que sunt septē. Apoc. v. Uidi agnū stantē tāq̄ occisum habentē cornua septē ꝛ oculos septē: q̄ sunt septē spūs⁹ dei missi in oēm terrā. Sexta: Et in capite ei⁹ diademata multa: ita gliosa coronatio.

¶ Pro fmōis fundamēto in q̄ agiť de corona chri quā iudei imposuerūt in passiōe Oriť theologicalis q̄stio de ipso christo.

¶ Queriť. Utrū christ⁹ meruerit oib⁹ nobis grām et gloriā. Arguiť q̄ nō. Pꝛemiū excedit meritū: et meritū ordinať ad premiū/ sicut ad finē: sed premiū aliorū oim ñ excedit meritū christi: igiť meritum christi nō ordinať ad aliud/ sicut ad finem: cū sit nobili⁹ q̄ illud. igiť. Item meritū christi fuit q̄dda bonū finitū/ cū fuerit ei⁹ s̄m naturam humanā: sꝫ petm̄ aliorū fuit infinitū malū: qꝛ tanta offensa et petm̄ quāt⁹ est ille q̄ offendiť: sꝫ ille est infinit⁹. s. deus. Igiť cū finitū nō sit ꝓportionabile cū infinito nullū meritū chri potuit mereri deletione offense. In oppositum. Leo papa in fmōe de natiuitate. Sicut a reatu nullus

liberū repperit:sic liberandis oib⁹ venit:ḡ christ⁹ meruit oib⁹ nobis gloriā et grām. ⁊ sic q̄stio manet p̄ vtraq3 pte dubia. Ad questionē respōdēdū est fm Scotū sup.iij senten.dist.xix.q.j.q meritū christi pōt du pliciter considerari.

Primo modo fm sufficientiā

Scdo mō fm efficatiā

¶ Primo mō meruit oib⁹ deletionez cul pe:⁊ collationē gratie ⁊ glie. Scdo mō n̄ q2 nō oēs ꝯsecuti sunt redemptionē q̄d fz sufficientiā oib⁹ deletionē culpe ⁊ collati onē gratie ⁊ glorie christ⁹ meruerit/patet per eundē Scotū. Meritū em̄ christi hz quandā infinitatez ex supposito christi q̄d elicebat ⁊ exercuit opationes illius natu re assumpte.et ideo vita illius suppositi et operatiōes:fuerunt bonum infinitū:ꝓpter quod ⁊ mors ⁊ operatio ⁊ alie opationes habuerunt quandā infinitatē:vt sufficerz infinitis peccatis delendis:et infinitꝭ gra tijs ⁊ glorijs ꝯferendis/quod quantū ad ef ficaciā nō meruerūt.patet p eundez/quia actus actiuoꝝ sunt in patiente:et disposi to ⁊ vnito agenti.ij.de aīa.sicut patet in agentib⁹ ⁊ patientib⁹ corpaliter.igitur sic erit in actione meritoria:quantū ad influ entiā in alios.Sed ꝯiunctio cū christo re quisita vt meritum christi/ valeat eis:ē p cognitionē ⁊ dilectionē:fm q hō disponit se ad gratiaz/cognoscendo ⁊ diligēdo deū: nō autē oēs sic se disponunt:quare nō oib⁹ meruit fm efficaciā.⁊ hanc opinionē acce pit Scotus a Tho.ij.pte summe.q.xlviij Dicit tn̄ Scotus ꝯtrariū.q vita chri fuit ita excellens vt haberet tantā infinitatez q̄ntū ad efficatiā sicut q̄ntū ad sufficiētiam. Et ad argumēti ptezꝑmā dr̄:q chrs me ruit fm portiōez īferiorē ⁊ nō supiorē. Jō p̄miū alioꝝ qd receperunt p̄ merito chri: fuit meli⁹ formalit q̄ aliqs actus merito rius portionis inferioris chri. ⁊ ponit ta le meritū christi ordinari ad p̄miū alioꝝ sicut ad finē sub fine. Ad scdam partē ar gumēti dicit q ⁊ si christi passio et meritū ipsius totū sit formaliter finitū:q2 tn̄ con iunctū p gratiā ⁊ gloriam obiecto infinito ideo potuit delere peccati reatum/⁊ pctm̄ nō erat infinitū intensiue:quia nō est po nendū summū malum:et lʒ et sit infinit⁹ tamē pctm̄ est infinitū referendo.lʒ tm̄ et quantū/ad formales ratiōes vtriusq3 insi formaliter.tamē actus peti mortalis est fi nitus.ideo christ⁹ p mortez nobis meruit gratiā:iuxta verba:⁊ sic de alijs. Inueni q ad similitudinem pape vel imperatoris christus habuit tres coronas

Prima fuit corona sapiētie diuinalis

Scda fuit corona penitētie corpalis

Tertia fuit corona p̄sidētie gn̄alis.

¶ Dico primo ⁊c̄. Corona sapientie diui nalis. Pro cui⁹ declaratiōe nota q sapien tia dr̄ corona triplici rōne. Prima q2 coro na portaf in capite:alr̄s nō diceref hō coro natus ⁊c̄. Sic sapientia ⁊c̄. Ideo dr̄ vul gariter de persona sapientie. O iste habet bonū caput.de ista corona dicif Eccl.xlv. Corona aurea sup caput eius expressa si gno sanctitatꝭ. Nota expssa signo sanctita tis. Aliq̄ habent coronā sapiētie in facul tate theologie vel iuris ciuilis vel decre taliū:vel phie:sed nō est expssa signo san ctitatis sed vanitatis:q: habet magnā sci entiā:sed malā ꝯscientiā ⁊c̄. De talib⁹ loq tur Apostol⁹ Rom̄.j. Cum em̄ cognouis sent deū nō sicut deum glorificauerūt/aut grās egerunt ⁊c̄. Scda ratio quia corona caret principio ⁊ fine quia finis vnitur p̄n cipio. Vn̄ dicif diadema/q̄si duo demens: scz fine ⁊ principiū. Sapiētie.est de⁹ fons sapientie verbū dei in excelsis. Omnis sa piētia a dn̄o deo est ⁊c̄. Eccl.j. Si ergo fi nis omnis studij ⁊ scientie debet esse deus secus de multis ⁊c̄. Dic practice in theolo gis quoꝝ multi student vt fiant magistri ⁊ ascendant ad grad⁹. Itē de canonistis q̄ student nō ad finē dei:sed ad habendū bn̄ ficia et platuras ⁊c̄. Itē de legistis ꝓpt ho norē et ꝯgregandas pecunias ⁊c̄. Princi piū ḡ scientie est deus q̄ dat eis intellectuz voluntatem ad studendū: memoriā, tem pus/libros ⁊c̄. Sed finis est ꝓpter mūdū: nō vnitur ergo finis principio:ideo nō est vera sapientia. Ideo Jacob⁹ Non est ista sapientia desursum descendēs..d est diui na:sed terrena/animalis ⁊ diabolica. Ja co.iij. Tertia ratio quia corona quibusda3 floribus eminet et ornaf ⁊c̄. Ecce triplex ratio quare sapientia diuina dicitur coro na. Ideo de hac sapientia diuina loquēs Salomon dic̄. Sapiētia dabit capiti tuo augmenta grāꝝ ⁊ corona inclyta proteget

te. Prouer. iiij. Ista ꝗ corona sapiētie fuit coronat⁹ chr̄s. Auctoritas. Egredimini ꝛ videte filie sion ꝛc. Cañ. iij. ꝛc. ¶ Dico scd̄o ꝙ christ⁹ fuit coronatus in h̄ mōo de corona penitentie corpalis. De hac loquit thema. Dixerūt em̄ iudei. Iste iesus facit se regē ꝗ imponam⁹ ei coronā ꝛc. Rō q̄re christus voluit hac corona coronari est: q꞉ ex pctō Ade/ ꝛ nr̄is/ duo mala incurrim⁹. Primo q꞉ eram⁹ ɔdemnati ad furcas infer ni/ in qb꞉ debebam⁹ suspendi. Scd̄o q꞉ ꝑdidim⁹ coronam glorie paradisi. Sicut ꝗ ꝑpter primū malū christ⁹ voluit crucifigi: sic ꝑpter recuꝑatiōeȝ corone glorie/ voluit coronari. Iō cantat ecclīa. Coronat regeȝ oim/ corona cōtumelie/ cui⁹ nobis e ꝑpo/ brū corona ɔfert glie. Moraliter. si volumus obtinere coronā glie ꝑmissam nobis a chr̄o: oportet in h̄ mōo nos coronari corona spinaꝝ q̄ttuor gn̄a spinaꝝ ɔtinentē. Anteri⁹ ɔsiderādo cū ɔtritiōe memoriaȝ pctō ꝝ. Cōtritio dr̄ spina q̄ pungit. ps̄. Cōuersus sum in erūna mea dū cōfigit spina. Cū hac spina debemus pungi de p̄teritis peccatis. Iō Esa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudie anime mee. Posteri⁹ bona q̄ omisim⁹: vel cogitādo penas inferni quas meruim⁹ in inferno Bonū erat ei si natus non fuisset hō ille. Mat. xxvj. Dextrorsuȝ cogitādo bona que peccando ꝑdidim⁹. Sinistrorsuȝ cogitando iudicium gn̄ale: in q̄ dicent montib꞉ cadite sup nos ꝛc. Apoc. vj. Nota hic miraculū de illo iuuene scutifero male vite ꝛc. q̄ somniauit quadā nocte ꝙ fuit tract⁹ ad iudiciū: in q̄ videbat christū ꝛ ꝟginē ꝛ oēs sanctos: ꝛ corā eo ducebant aie iudicāde: ꝛ christ⁹ quasdā iudicabat in paradisū/ q̄sdā vt irent ad purgatoriū/ quasdā ad infernū crudelissime a demonib꞉ tractādas ꝛc. Iuuenis h̄ videns dicebat intra se. O miser qd̄ dicamq̄n me interrogabit: ꝛc. Et cū fuisset vocat⁹ dixit ei chr̄s/ qs es tu: Redde ratione vite tue. Tūc excitat⁹ iuuenis ad h̄ verbū effect⁹ est tot⁹ canus ꝛc. ꝛ tūc dimisit vanitates: ꝛ recepit ciliciuȝ: ꝛ magnā penitentiā fecit: ꝛ bon⁹ ꝛ scr̄us effect⁹ est ꝛc. Iste ꝗ fuit coronat⁹ corona spinarū De talib꞉ ꝗ dixit christ⁹. Sicut liliū int spinas: sic amica mea inter filias Cantico. ij. ¶ Dico tertio ꝙ christ⁹ fuit coronat⁹ de corona ꝓuidētie generalis: quā sibi meruit ꝑ passiōis acq̄siuit. Data ē mihi ptās ois in celo ꝛ in terra. Mat. vlt. ꝛ Phil. ij. Humiliauit semetipm̄ fac. obe. ꝛc. Et seq̄t. Propter qd̄ de⁹ exaltauit illū: et dedit illi nomē ꝛc. Dauid. Minuisti eū paulominus ab angelis glīa ꝛ honore coronasti eū ꝛc. vsq꞉. q̄ ꝑambulāt semitas mar. Nota Minuisti ꝛc. nō dignitate vel honore vel scīa: sed natura. Vel/ nō mēte ſ꞉ carne: q̄a fuit passibilis ꝛ h̄ nō diu: ſ꞉ ad modicū vsq꞉ ad resurrectionē. Glīa/ in resurrectiōe ꝛ honore/ in ascensiōe. Vel glīa. i. claritate immortalitat. ꝛ honore. s. diuini nois: q̄a dedit nomē q̄d est sup oē nomē ꝛc. Passionis em̄ merito oēs creature sr̄ sibi subiecte Et ponit Dauid q̄nq꞉ differētias creaturaꝝ. Primo oues. i. ꝑsonas simplices q̄ habent ɔditiōes ou:s ꝛc. Dic ꝛc. Scd̄o boues. i. ꝑsonas vite aplīce: habētes duo cornua. s. bone vite ꝛ vere doctrine. Ideo dt̄ Uniuersas i feminino. i. vaccas q̄ debent ꝑplm̄ lactare lacte bone doctrine. Tertio pecora campi. pctōres: q̄ in h̄ mōo tenuerūt vitā bestiale vt pecora: sc̄qndo sensualitatē. Hō cū in honore esset nō intellexit ꝛc. Quarto volucres celi. i. angelos q̄ in iudicio separabunt bonos a malis. Quinto et pisces maris: isti sūt demōes q̄ ꝑ mare b⁹ mōi latitāt ꝛ discurrūt ad ꝑdenduȝ aias ꝛc. Deo gratias. Amen.

¶ In festo scti Ioānis euange. ante portā latinā. Ser. XLVI.

Hic est disci= pul⁹ ille queȝ diligebat Iesus. Ioā. xxj. ¶ Profundamēto sermonis q̄ ē d̄ dilectiōe dei erga creaturas. orit theologicalis q̄stio. ¶ Querit. Utrū de⁹ diligat oia ex charitate eq̄lit. Arguit. Illos deus nō diligit ex charitate quosn̄ predestinat ad eternam salutem. sed non oia sūt ꝑdestinata ad eternā salutē. Igit. Minor ptȝ: quia charitas ideo sit virtutum consummatrix maxime vltimuȝ aspicit finem. Iuxta dictum Dauid. Omnis cōsummationis vidit finem: finis autem vltimus est eterna salus. aut obiectiua: aut inhesiua: id est inherens vt fruitio et

visio dei. Sed probat minor: ex eo quod non omnia cognoscunt: nec diligunt/ vt in sensibilia et bruta/ in natura rationali: vt reprobi quorum non est salus. igitur. In oppositum ex illo verbo: Sap. ij. Diligis omnia domine: et nihil odisti eorum que fecisti: dilectio autem dei/ teste Joannis: est charitas. ergo deus diligit omnia ex charitate equaliter: et sic questio manet per vtraque parte dubia. Ad questionem respondendum est secundum Bona. sup. ij. sen. dist. xxxj. quod de dilectione dei possumus loqui dupliciter. Uno modo quantum ad actum dilectionis: qui quidem est idem cum diuina voluntate et diuina essentia. Et sic ad dubium dicitur quod deus omnia diligit equaliter: scilicet vno actu simplici et inuariabili. Alio modo possumus loqui de diuina dilectione ex parte effectus: hoc modo diligere est ei bonum velle. Et sic ad dubium dicitur: quod deus non omnia equaliter diligit quia vni pauciora dona concedit quam alteri. Notat insuper idem doctor ibidem: quod quedam verba de deo dicta respectu creature notant effectum in creatura futurum/ vt predestinare. quedam notant effectum in presenti/ vt creare/ conseruare: et quedam indifferenter/ vt diligere: quoniam deus diligit homines: sic conferendo presentialiter siue sibi preparando pro futuro. Et quia igitur nos diligit: debemus ipsum diligere: habetur. ff. de petitio. heredita. l. sed si lege. recipiens beneficium ab aliquo iure naturali tenetur ad antidora: id est ad simile rependendum. Scribitur quoque de testa. c. cum voluntate. In bonis conferendis primo loco tenemur illis a quibus nos constat beneficia recepisse. Igitur multa a deo beneficia recepimus: in quibus constat quod quantum ad effectum nos diligit/ et non omnes hoc modo equaliter. Et ad argumentum dicitur quod intelligitur quantum ad effectum: quia quos non predestinat non sunt capaces vltime beatitudinis: sic beatus Joannes/ quem non solum dilexit quantum ad affectum: sed etiam effectum. iuxta verba preassumpta etc. Thema loquitur de beato Joanne euangelista. Et ex themate sumo motiuum declarandi quot sunt gradus amoris quos deus habet ad suas creaturas. Et querens inuenio quod tres sunt gradus.

Primus de amore generali
Secundus de amore speciali
Tertius de amore singulari.

¶ Primo gradu deus diligit omnes creaturas generaliter. In secundo diligit solum personas bonas per deuotionem. In tertio gradu diligit Joannem euangelistam: et de isto tertio gradu dicit thema. Hic est etc. ¶ Primus gradus de amore generali/ quo deus diligit omnes creaturas. Hoc probatur ratione et auctoritate. Ratione: quia quilibet artifex diligit opera sua/ et vult in ipsis laudari. Verbi gratia Si aliquis edificasset domum etc. Sic domus dei est mundus etc. in celo sunt camere/ in quibus habitat ipse cum filiis: mundus iste est stabulum: infernus est carcer etc. O israel quam magna est domus domini/ et ingens locus possessionis eius: magnus et non habens finem: excelsus et immensus. Baruc. iij. Nota: non habens finem. s. quo ad durationem. Hanc domum fecit deus cum magna sapientia. ps. ciij. Quam magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti. ergo deus diligit opera sua etc. et vult laudari et non maledici in ipsis: alias esset magnum peccatum. Unde peccaret qui blasphemaret diabolum inquantum est dei creatura. Unde in epistola Jude dicitur. Cum Michael archangelus cum diabolo disputans altercaretur de moysi corpore non est ausus iudicium inferre blasphemie: sed dixit. Imperet tibi dominus. Uide aliam rationem quam ponit Tho. in. j. parte. q. xx. ar. ij. Amare enim est bonum/ velle autem esse/ est maximum bonum. Omnes autem creature habent esse a deo: propter hoc enim sunt quia deus vult eas esse etc. Nota de illo sancto qui dum itineraret indignatus de magno vento/ maledixit: de qua maledictione contritus inclusit se in quadam domo: et proiecit clauem in mare: promittens se nunquam inde exire: quousque inueniretur clauis: et tandem presentatus fuit sibi piscis post annum: in cuius ventre inuenit clauem etc. Patet ergo ratio. Auctoritate etiam probatur. Sap. xj. Diligis omnia que sunt: et nihil odisti eorum que fecisti: nec enim odiens fecisti. Declara. Modo sunt hic quattuor questiones Prima: si deus creauit omnia: et ex hoc diligit omnia: cum deus sit summum bonum: quare alique creature sunt male naturaliter: sicut serpentes/ dracones/ et huiusmodi: dico naturaliter ad excludendum demones et peccatores: qui non sunt naturaliter mali: de quibus dicam. j. in iij. q. Nota quod propter hanc rationem et alias: moti sunt manichei ad dicendum quod creature visibiles sunt create a diabolo: sed heresis est et contra auctoritatem scripture in multis locis. Jo respondeo

ad oppositū vt p Tho.in.j.pte. q.lxv.ar.j.
ad scdm. Scda qstio p modū argumenti:
videt q deᵘ nō diligat oēs creaturas saltē
visibiles. Nā nullᵘ diligit suū ɔᵱriū: sz oēs
creature visibiles videt ɔᵱrie deo: qꝛ retra/
hunt ab ipo deo: qꝛ omia pctā fiūt amore
creature: qñ diligit plᵘ ꝙ creatoꝛ. Vñ eñ
auaritia .s. rapine/furta/piratice: nisi ex
auro? Vñ luxurie: nisi ex feminis? Vñ su/
pbie. nisi ex dignitatibꝫ/officijs/ꝛ honori/
bus? Et hec oia sūt creature dei. Vñ dicit
Aug. ꝛc. vt sup. Itē apls. Itē chꝛs vt sup
Itē. j. Jo. ij. Si qs diligit mūdm nō ē cha
ritas pris in eo: qm oē qd ē in mūdo aut ē
ɔcupiscētia carnis: aut ɔcupia oculoꝝ: et
supbia vite. Sed dic fm Aug. sup Jo. q
noīe mūdi hic amatores mūdi significant.
Vñ Aug. dt q pctm mortale nihil aliud ē
ꝙ auersio ab incōmutabili bono ꝛ conuer
sio ad cōmutabile bonū: qd est creatura.
Jō apls ɔsulit nob nō ɔtēplari ea q̄ videt
ij. Coꝝ. iiij. Nō ɔtēplantibꝫ nob q̄ vident
sz q̄ nō vident: q̄ eñ vident tēpalia sūt: q̄ āt
nō vident eterna ꝛc. Et Jo. xv. Si mūdᵘ
vos odit scitote: qꝛ me prioꝛē vob odio ha
buit. Rñr. fm Tho. vbi s. Ad tertiū. Cre
ature oēs q̄ntū est de se: nō retrahūt a dō:
sz in ipm ducūt: qꝛ inuisibilia dei a creatu
ra mūdi p ea q̄ facta sūt intellecta ɔspiciūt:
sempitna q̄ꝙ virtᵘ eiᵘ ꝛ diuinitas. Ro. j.
Sz qꝛ auertūt a deo: h est ex culpa coꝝ q̄
insipient eis vtunt: vt pꝫ de diuitijs qbꝫ
aliq bñ vsi sūt: sic Abraā/Dauid/ꝛ Job/
ꝛ hmōi. ꝛ aliq male. Et iō dr Sap. xiiij.
q creature dei facte sūt in muscipulā pedi
bus insipiētiū. Quinimo ꝛ h ipm: q a dō
abducūt attestat q sint a dō. Nō eñ abdu
cūt ꝛ retrahūt a deo insipiētes: nisi alliciē
do fm aliqd boni in eis existens: qd hūt a
deo fm Tho. Quia sicͭ oē eē ita oē bonū
a d-o ē. Jo. j. Oia p ipm facta sūt ꝛc. Et
h etiā ɔfirmat p sile. Nā si ignis accendit
ꝛ cōburit domū tuā: nō seqt ex h q ignis
sit malᵘ: sz q tu male vteris igne. Sic ꝛ d
vino inebriāte hoīcz: ꝙuis hac rōe bestia
lis mahometᵘ phibuerit vinū. j. Tim. iiij
Ois creatura dei bona ē ꝛ nihil reijciēdū
qd cū grāꝝ actione pcipit. Tertia questio
Utrū sit pctm occidere creaturas ꝛc. Et
videt q sic: qꝛ facte sūt a deo et ab eo dili/
gunt. g ꝛc. Pterea. Pctm ē eis maledicere/
re: g maius pctm videt eas destruere ꝛc.
Propt h aliq faciebāt cōscientiā occidēdo
pulices: sz nō gallinas ꝛ pdices ꝛc. Pro re
spōsiōe nota: q deᵘ fecͭ creaturas duplici
fine. Pꝛio ppt gliam sui. Scdo ppt vtilita
tē hoīs. De pꝛimo. Pꝛouer xvj. Vniuer/
sa ppt semetipm opatus est dñs. De scdo
Geñ. j. Dedi vob oēꝫ herbā ꝛc. ꝛ sint vob
in cibū ꝛc. Itē Geñ. ix. Oē qd mouet ꝛ
viuit: erit vob in cibū. Itē de corporibꝫ ce
lestibꝫ hr Deut. iiij. Custodite sollicite ani
mas vrās ꝛc. ne forte eleuatꝫ oculis ad celū
videas solē ꝛ lunā ꝛ oia astra celi. ꝛ errore
deceptᵘ adores ea et colas: q̄ creauit dñs
deᵘ tuᵘ in ministeriū cūctis gētibꝫ q̄ sub ce/
lo sūt. Ad ppositū: occidi creaturas pt
esse dupl'r. Uno mō in vtilitatē hoīm vel
cōtratis vt homicidas ꝛ malefactores: vl
psone singularit vt ppt cibū ꝛc. et tūc nō ē
pctm: dūmō debite circūstantie obseruent
id est q fiat ab eo cui ptās a deo cōcessa ē:
ꝛ cū debito mō pcedendi fm formā iuris:
qꝛ h ɔcordat fini secūdo ad quē deᵘ ordi/
nauit creaturas. Alio mō sine hoīꝫ vtilita
te/ intēdēdo solū creaturaꝝ destructiōeꝫ:
ꝛ tūc ē pctm eo q ñ ɔcordat: nec pmo fini
nec scdo: et ex h etiā maledicere creaturꝫ ē
pctm etiā demoni: in q̄ntū ē creatura dei:
qꝛ nll'i fini cōcordat si maledicit creatura
inq̄ntū creatura: secᵘ si maledicat creatura
respectu malitie sue q̄ ñ ē a deo. Jō Dañ.
iij. Bñdicite oia opa dñi dño. i. vos hoīes
bñdicite dño ex ɔsideratōe oim creaturaꝝ.
Quarta qstio. An h amore gñali deᵘ dili
gat pctōres damnatos ꝛ demōes. Rñr. q
sic: q̄ntū ad naturā: sz nō q̄ntū ad culpam.
Rō pmi: qꝛ hō ē ad imaginē dei sicͭ ꝛ an/
gelᵘ: sz macula culpe est deo odibilis. Au
ctoritas. Odio sūt deo impius et impietas eiᵘ.
Sap. xiiij. Nota sil'r qꝛ deᵘ odit impietatē ꝛ
pter eā odit ēt impiū: ita q eadē rō odij est
vtrobiqꝫ. Singl'arit tñ tres dr̄nas pctōꝝ
hꝫ odio deᵘ. Vñ Eccli. xxv. Tres spēs odi
uit aīa mea ꝛ aggrauor valde aīe illoꝝ/pau
perē supbū/ꝛ diuitē mēdacē/et senē fatuū
et insensatū. Maculā g odit deᵘ i imagine
sua. Et ex h nota ɔ mulieres se depingētes
ꝛc. qꝛ mltū haberet p malo pictoꝛ si aliqs
ignarᵘ artis vellet emēdare picturam ꝛc.
Multo magꝫ ꝙ i hostia: in q̄ deᵘ ñ vult ma
culā: vt pꝫ Leui. xxij. ꝛc. Fiat g. ratio. Si

inaiata ꝛ irratiõabilia sibi offerenda vult
de⁹ ꝙ sint sine macl'a: q̃nto mag᷑ aias rõt
nales ꝛc̃. Odisti oẽs q̄ opant iniq̄tatẽ ꝛc̃.
Virũ sanguinũ ꝛ dolosũ abominabit dñs
Jõ lauamini mũdi estote: auferte malũ co
gitationũ vr̃aꝝ. Esa.j. ¶ Scd̃s grad⁹ di
uine dilectiõis ẽ de amore spẽali q̄ solũ bo
nos diligit. Siĺitudo dr̃ de hoĩe bono q̄
lʒ diligit oẽs ꝓximos: tñ spẽali⁹ filios: pa
rẽtes ꝛ amicos/ ꝛ oñdit eis sig̃ dilectõis:
cũ eis loq̃ndo/ ꝯũsando ꝛc̃. Sic d̃s bonis
ꝑsonis oñdit sig̃ dilectiõis. Prio loq̃ndo:
loq̄t hõ deo cũ orat vt dic̃ Jsid̃. in li. de sũ.
bo. de⁹ loq̄t hoi qñ dat ꝯsolatiões ꝛc̃. Jtẽ
qñ leg᷑ bonũ librũ ꝛc̃. Ecõtra qñ leg᷑ ali
quẽ librũ malũ: loq̄t tibi diabol⁹. Vñ Jsi
do. Jdeo ꝓhibet chr̃ianis legere figmẽta
poetaꝝ q꞉ ꝑ oblectamenta fabulaꝝ nimiũ
mẽtẽ excitãt ad incentiua libidinũ ꝛc̃. xxx
vij. di. lõ. ꝛc̃. Scd̃o ꝯuersat de⁹ cũ bonis:
q꞉ manet i eis ꝑ dilectiõꝫ. Qui diligit me
ſmonẽ meũ ſuabit: ꝛ pr̃ me⁹ diliget eũ et
ad eũ veniem⁹ ꝛ mãsionẽ apd̃ eũ faciem⁹.
Jo. xiiij. Nota Mansiõeꝫ ꝛc̃. q꞉ de⁹ ẽt ad
malos q̄nq꞉ venit ꝑ bonas ĩspiratiões ꝛc̃.
ſʒ mãsionẽ suã solũ i bonis fac̃. Vñ. j. Jo.
iiij. De⁹ charitas ẽ ꝛ q̄ manet in charitate
in deo manet et de⁹ i eo. Tertio comedit
cũ bonis qñ sumũt corp⁹ chr̃i ꝛc̃. Apoc. ij.
Ecce sto ad ostiũ et pulso ꝛc̃. Quarto dat
dona eis: huic hũilitatẽ: huic mãsuetudineꝫ
Jõ regratiari tenent boni deo. Jdẽ de bo
nis tẽpalibus ꝛc̃. De isto amore spẽali loq̄t
scȓptura eũ d̃r. Nemineꝫ diligit de⁹ nisi eũ q̄
cũ sapia ihabitat. Sap. vij. Nota Jnhabi
tat: q꞉ de⁹ isto amore nõ amat stultos: sed
sapiẽtes. Sʒ videam⁹ q̄ sĩt sapiẽtes. Nota
siĺitudinẽ de itinerantibꝫ ꝑ biuiũ: via sini
stra eẽt plẽa arboribꝫ ꝛ tabernis ꝛ delitijs:
ſʒ essꝫ pass⁹ ꝑiculos⁹ plen⁹ latrõibꝫ ꝛc̃. via
dextera essꝫ aspa ſʒ tuta ꝛc̃. Sup illo ãt bi
uio essꝫ turr᷑ guardie ꝛ vn⁹ stãs i turri cla
maret itinerãtibꝫ dicẽs. Non eatis ꝑ sini
strã: q꞉ est ꝑicl'osa ꝛc̃. ſʒ ad dexterã ꝛc̃. Illi q̄
crederẽt eẽnt sapiẽtes ꝛ irẽt ꝑ viã dexterã.
Jlli ṽo qui ꝑ sinistrã nõ credẽtes clamãti
essent isipiẽtes. Vel dic aliaꝫ siĺitudinẽ de
duobꝫ ꝯdẽnat᷑ ad mortẽ q̄ ducũt ad mor
tẽ q̄ꝝ vn⁹ ridet ꝛ alt̄ plorat ꝛc̃. Jdẽ i ꝓposi
to ꝛc̃. Via dextera ẽ via penitẽtie q̄ ẽ aspa
ſʒ tuta via. sinistra ẽ vitioꝝ ꝛc̃. Pass⁹ ꝑicu
los⁹ ẽ mors. Dices tu. Nõne iste pass⁹ pe
riculos⁹ ẽ etiã i via dextera: ſʒ non derobat
a latronibꝫ. Clamãtes ãt viatoribꝫ/ sũt ꝓ
phete/ apl'i/ ꝛ p̃dicatores: existẽtes i turri
gr̃e di vl' p̃dicatiõis. Jnt̄ q̄s Salomõ cla
mat di. Vias q̄ a dextr᷑ sũt nouit dñs. s.
scia approbatiõis: ꝑuerse ṽo sũt q̄ a sinistr᷑
sũt. Prou. iiij. Et Dauid. Om̃ nouit dñs
viã iustoꝝ: ꝛ iter ipsoꝝ ꝑibit. Talibꝫ g̃ sa
piẽtibꝫ d̃r chr̃s. Sic̃ dilexit me pr̃. s. amore
spẽali: ꝛ ego dilexi vos. Manete i dilecti
one mea. s. ꝑseuerãdo i btã vita. Si dicat
ꝛ quõ manebim⁹? Rñr. si p̄cepta mea ſua
ueritis manebitis i dilectõe mea: sic̃ ꝛ ego p̄
cepta pr̃is mei ſuaui: ꝛ maneo in ei⁹ dile
ctiõe. Jo. xv. ¶ Terti⁹ grad⁹ diuine dile
ctiõis ẽ d̃ amore singl'ari q̄ dilexit Jo. euã
gelistã: ſʒ ñ solũ p̄mo ꝛ scd̃o: ſʒ ẽt isto. De
claret ꝑ siĺitudieꝫ de p̄rẽfami. q̄ diligit ge
nerali amore totã domũ ẽt famulos ꝛ ser
uos ꝛ ancillã. Sʒ amore spẽali diligit vxo
rẽ. Amore ãt singl'ari diligit filiũ sibi siĺeꝫ
ꝛc̃. Sic chr̃s diligit amore gñali oẽs crea
turas: ſʒ amore sp[ẽal]i solũ bonos vt dictũ
ẽ: ſʒ amore singl'a[ri] diligit Jo. euãgelista:
q꞉ siĺis erat sibi xp̄c ṽginitatẽ mũdissimã.
Beda. Diligebat Joãnẽ iesus: ñ except᷑ ce
ter᷑ singl'arit solũ/ ſʒ p̄ ceter᷑ q̄s diligebat
familiari⁹ vnũ/ quẽ spẽalis ꝓrogatiua casti
tat᷑ ãpliori dilectiõe fecerat dignũ. Hui⁹
aũt amor᷑ triplex signũ oñdit. Primũ qñ
eũ de nuptijs vocauit añ copulã in q̄bꝫ nu
ptijs mutauit aquã i vinũ. De q̄bꝫ Jo. ij.
Hic potes dicere de ꝯhentibꝫ matrimoniũ
q̄bꝫ licitũ ẽ ingredi religionẽ añ copulam.
Scd̃m signũ fuit qñ eũ dedit ṽgini i filiũ
in cruce pendẽs dicẽs matri. Mulier ecce
fili⁹ tuus ꝛc̃. Jo. xix. Tertiũ signum fuit
hui⁹ sigularis dilectiõis. q꞉ sine martyrio
voluit eũ finire vitã: ꝛ sic p̄dixit Petro co
rã oibꝫ apl'is: vt habet in euãgelio. Recita
histORiã euãgelij. Nota ꝙ ter sctũs Jo. fu
it in mort᷑ ꝑicl'o. Primo qñ bibit venenuꝫ
sibi datum ab Aristodemo. Scd̃o qñ fuit
posit⁹ in feruent᷑ olei doliũ a Domitiano
Tertio qñ fuit in insulaꝫ relegat⁹. s. path
mos. Nota. Sic eũ volo manere. i. sanuꝫ:
viuũ ꝛ incolumẽ. Donec veniã: supple ad
eũ ꝛc̃. Et ista fuit rõ q̄re posit⁹ i dolio fer
uent᷑ olei nõ est mortu⁹: vt habet in legẽ
da: de q̄ miracl'o fit hodie festũ Quartũ si
gnũ: q꞉ sic̃ ṽgo maria sine dolore mortua
est sic Joãnes ꝛc̃. Dic eius mortẽ. Vnde

Hiero. Tam extraneꝰ a dolore mortis ꝗ a corruptione carnis inueniť alienus. De corpe eius ꝗd sit factũ, vide supra in festo natalis eiꝰ. pte vltima. Ideo fuit cõpleta ꝓpha Esa. que recte videť fuisse de Joãne dicente christo Joanni. Cũ ambulaueris in igne nõ cõbureris ⁊ flamma nõ ardebit te: q2 ego dñs tuus/saluator tuꝰ. Ex ꝗ ho norabilis factꝰes in oculis meis ⁊ gloſꝰ: ⁊ ego delegi te. Esa. xliij. Nota. Honora bilis factus es in oculis meis. Multi sũt honorabiles in cõspectu hoim: sed non in oculis dei: sicut sũt hypocrite ⁊c. Mlti ecõ tra: sicut psone bone ꝗ interdũ faciũt aliꝗ cũ bona intentiõe: tñ gentes scandalizanť Talib9 dicit apľs. Prouidentes bona nõ tm̃ corã deo: sed etiaʒ corã oib9 hoib9. Ro. xij. Multi nec in cõspectu hoim nec dei: si cut petõres manifesti ⁊c. Multi vero sũt honorabiles in ꝯspectu dei ⁊ hoim. de ꝗb9 dicit scriptura loquẽs de Tobia ⁊ cognati one eiꝰ. Ois generatio eius in bona vita ⁊ sancta ꝯuersatione p̄mansit: ita vt accep ti essent/tam deo/ꝗ hoib9: ⁊ cunctis ha bitantib9 terraʒ. Tob. vlti. In isto gradu fuit Joã. euangelista. Ideo dicit. Ego di lexi te: ⁊ thema. Hic est discipulus ille ⁊c. Deo grãs. Amen.

In festo sancti Barnabe apo stoli. Sermo. XLVII.

ERat vir bo nus plenus spũsctõ ⁊ fide. Act. xj. Pro introductiõe sermonis. Oritur theologicalis questio. ¶ Queriť. Vtꝝ Barnabas chꝛi apľs dicať. Arguiť ꝙ nõ sunt nisi. xij. apľi christi, igiť. In oppo sitũ: Barnabas coliť tanꝗ christi aplus, sequiť. ⁊ sic ꝗstio manet ꝓ vtraꝗ parte du bia. Ad questionẽ rñdendũ ẽ: ꝙ apľi chꝛi dicunť dupliciter. Vno mõ stricte ⁊ ꝓprie apľi dicunť duodecim ꝗs misit christꝰ ⁊c. Auctoritas. Vocauit discipľos suos ⁊ ele git. xij. ex ipsis quos ⁊ apľos noiauit Luc. vj. ⁊ noianť. Item christus dixit. Nonne duodecim hore sũt diei. Joã. xj. Non loqť de die naturali: qui hab3. xxiiij. horas/nec de vsuali: ꝗ aliqñ h3 plures horas/aliqñ minꝰ: s3 loquiť de sc ꝗ est dies illa: de qua Dauid. Melior est dies vna sup millia. Huiꝰ diei. xij. hore sunt. xij. apľi: clari i san ctitate ⁊ doctrina. Rñ. dupliciť possumus assumere apľos. Vno mõ stricte: et sic sũt ꝓprie apľi illi/quos christꝰ in vita sua ele git/⁊ misit vt ꝓbat argumentũ. Et ꝭ mõ nec btũs Barnabas/nec Paulꝰ fuerunt apľi: S3 btũs Matthias sic: q2 successit in locũ Jude: ⁊ iam christus elegerat eum in corde suo ⁊ quodãmõ ore cũ dic. Amen dico vobis ꝙ vos ꝗ secuti estis me: in re generatione cum sederit filiꝰ hoĩs in sede maiestatis sue. sedebitis et vos sup sedes xij. iudicãtes duodecim trib9 israel Mat. xix. In ista auctoritate nõ loquebať ð Ju da quẽ psciebat iudicandũ nõ iudicaturũ: sed loquebať de btõ Matth. ⁊c. Hi apľi sunt. xij. lapides electi ð Jordanis medio Josue. v. Propter fidei sue soliditatẽ. Hi sunt. xij. boues sub mari eneo. iij. Reg. vij. Propter sui laboris vtilitatẽ in messibus spũalib9 in figura boum ꝓfigurati. Hi sũt xij. fontes inuenti in helyʒ. Exo. xv. Et ꝭ ꝓpter latũ fluxum sue doctrine. Hi sũt. xij. porte ciuitatis. Apoc. xxij. Porte dicti ꝗa p eos est ad ecctiaʒ introitꝰ hos elegit do minus. Mat. xj. Vide ꝗd scripsi in smo nib9 de articulis fidei. ser. xxvj. in additõe que incipit. Sed quomodo oẽs pdicti ⁊c. Alio mõ large: ⁊ tunc nõ solum illi qui in vita christi fuerũt a chꝛo electi/⁊ missi di cunť apľi: sed etiã illi ꝗ post christi ascensi onẽ fuerũt electi. ⁊ sic btũs Barn. ⁊ Pau lus sunt apostoli: ⁊ sic sunt. xiiij. Beatus aũt Paulꝰ fuit maximꝰ apľoꝝ quẽ elegit christus cũ iret Damascũ ꝓsequẽdo chꝛi anos. Act. ix. Vas electiõis mihi est iste: vt portet nomẽ meum coram gentib9 ⁊ re gibus et filijs isrľ. Ex hac rõe in bullis pa palib9 in sigillo plumbeo btũs Paulꝰ po nitur ad dexteram ⁊ Petrus ad sinistram: alr̃ bulla esset falsa. Ratio quia btũs Pe trus fuit electus a chꝛo in sinistra. s. in hac vita mortali. Paulꝰ aũt fuit electꝰ a chꝛi sto in dextera glorie: quia tũc christꝰ erat immortalis ⁊ ipassibilis: sic etiã b. Bar nabas fuit electus a christo in dextra glo rie. De ista electiõe auctoritas. Jeiunanti b9 aũt discipulis dixit illis spiritussctũs. Segregate mihi Barnabaʒ ⁊ Saulũ in opus ad ꝗd assumpsi eos. Act. xiij. Patet

ergo q beatꝰ Barnabas est verus aplus christi: licet chr̄s nō elegerit eū i vita. Si aūt queraf quare de oib⁹ discipl'is fuit electus btūs Barna. in aplm ⁊ nō alij: ratio assignaf in themate: Erat vir bonus ⁊c. Et loquif litteralit de Barnaba: vt pat₃ Act. xj. Nota vir a vtute. Multi em̄ hoies nō sūt viri. i. virtuosi ⁊c. Patet thema. In quo subtiliter ostenduntur quattuor excellentie de beato Barnaba

Prio q₃ fuit alte vtuosus. Erat vir.
Scdo q₃ fuit plene pietosꝰ. Erat bonꝰ.
Tertio quia fuit verus gratiosus. Plenus spūsancto
Quarto quia fuit digne gloriosus: qa plenus fide.

stia dicim⁹: quãuis eni sub specie panis sit corp⁹ ⁊ sanguis chri: tñ q2 sanguis ibi nõ est ex vi sacramẽti: sed ex cõcomitãtia. ideo oportet vt ↄsecret sanguis sub specie vini: vt sacramẽtũ sic pficiat. vij. q. j. Nihil. ⁊ c. Illud. Et hoc est exemplũ theologicum. Aliud vero est exemplũ phicuȝ. qd scripsi. ſ in ser. bti Siluestri. q̃ incipit. Ecce sacerdos: in additis. q̃ incipit. Sȝ ↄtra. Et nota q̧ ista ptãs sacerdotalis est ita annexa aie: q̧ ẽ indelebilis. vñ sacerdos etiã degradatus ↄsecraret quãuis peccaret mortalr: vt notat in. c. ij. de cle. excõ. mi. Et. i c. De gradatio in fi. de pe. li. vj. Notare hic pores aliqd de honore sacerdotib⁹ exhibẽdo Nota exemplũ Cõstantini imperatoris qd legit. xj. q. iij. sacerdotib⁹. Et sicut debet reuerẽtia exhiberi ordini ab aliis: sic a seipsis vt honeste viuant ⁊c. alioqn quãuis contemnẽtes eos malefaciãt: q2 debent dare honorẽ ordini sacro: sicut ⁊ christ⁹ honorabat sacerdotes quãuis malos. xciij. di. Dominus noster. tamen ex pte sua ipsi merẽt cõtẽni. Mal. ij. Vos sacerdotes recessistis de via ⁊ scãdalizastis plurimos in lege. ppt qd ⁊ ego dedi vos ↄtẽptibiles et humiles oib⁹ pplis. Quantũ ḡ ad hanc ptãtem eq̃les fuerũt: q2 sic eam habuit Paul⁹ sicut et Petrus: licet Petrus habuit eam anteq̃ Paulus. Et qd mirũ cum qlibȝ sacerdos quãtũcunq̧ simplex sic equalis Petro et pape/ quantũ ad hanc ptãtem: nõ eni recipit magis ⁊ minus hec potestas. Verũtñ quia ad ligandũ ⁊ soluendũ in foro penitẽtie requirit in sacerdote potestas iurisdictionis ad pstandũ materiaȝ ipsi potestati sacerdotali: circa quã valeat exerceri. Iurisdictio autẽ plene residet in psona Petri et pape: inde est q̧ nõ qlibet sacerdos põt quẽlibet nec ab omni casu absoluere/ nisi ſm pape ordinationẽ: vt in. c. Placuit de peni. dist. v. Et extra. de peni. et re. c. Ois vtriusq̧ sexus. Nota hic ↄtra illũ ↄfessorẽ deceptorẽ animaꝝ q̃ dicit se posse absoluere a votis ⁊ aliis casib⁹ epalib⁹/ ⁊ facit sibi dari pecuniã vt cõmutet vota ⁊c. Itẽ nota quõ absolutio a votis ptinet ad episcopũ: pterq̃ in aliquib⁹ casib⁹ sicut est votum terre sancte. Itẽ visitandi limina apostoloꝝ Petri ⁊ Pauli. Itẽ Iacobi apli. Itẽ votũ ppetue ↄtinentie. pdicta eni vota reseruant pape. Hic vt expedit. ❡ Tertia excellentia est dignitas aplica. in qua fuerũt etiã bti Petrus ⁊ Paulus equales licet eni Petrus fuerit elect⁹ aplus a dño anteq̃ Paulus. tñ vterq̧ fuit apls sic Paulus sic Petrus ⁊ a chro imediate electi sic ⁊ ceteri apli. Fuerũt aũt tũc facti apostoli qñ sicut dicit. Lu. vj. Vocauit Iesus discipulos suos ⁊ elegit duodecim ex ipis qs ⁊ aplos noiauit: tunc ḡ fuerũt facti apostoli: licet de hoc dubitet Glo. xxj. distin. In nouo. fac qd legit ⁊ nota. xxiiij. q. j. Loqt. Similiter ⁊ Paul⁹ fuit postea apostol⁹. Act. ix. Vade q2 vas electionis mihi est iste. Itẽ Act. xiij. Segregate mihi Bar. ⁊ Saulũ ⁊c. Vñ de seipso dicit Paulus apls. Nõ ab hoib⁹ neq̧ p hoiem: sed p Iesum chrm ⁊c. Gal. j. Vñ quantũ ad apostolicã dignitatẽ omnes apostoli pares fuerunt. Apostoli eni dicunt missi vel legati quod fuit cõe oib⁹ apostolis. Vñ Paulus dicit p christo legatiõe fungimur tanq̃ deo exhortante p nos. ij. Cor. v. Fuerũt aũt legati de latere sicut hodie dicunt cardinales qñ mittunt legati vt nota. in. c. penul. de offi. leg. Et in. c. j. eo. ti. lib. vj. Habuit tñ Paulus aliqd excellẽtius aliis apostolis: quia a christo glorificato elect⁹ est. Petrus vero ⁊ alij a christo mortali: ppter qd i bulla plumbea pape Paulus ponit in dextera: Petrus aũt in sinistra ⁊c. ❡ Quarta excellentia est põtificalis auctoritas: et in hac etiã fuerũt equales: quia sicut fuit eps Petrus sic ⁊ Paulus. et sic etiã ceteri apli. Vñ quantũ ad hanc omnes apostoli fuerũt equales: ⁊ sic oẽs episcopi sũt equales pape. Et sic nota. Glo. xxj. distin. In nouo. et pbatur p illum textum: vbi dicit Anacletus. In nouo testamẽto post christuȝ dñm a Petro sacerdotalis cepit ordo: q2 ipsi primo pontificat⁹ in ecclesia christi datus est. Et infra. Ceteri vero apostoli cũ eodem pari consortio honorẽ ⁊ ptãtem acceperũt. Nota pari cõsortio. Ista paritas debet intelligi ſm Petrũ de palu. qñtum ad potestatẽ sacerdotalẽ et pontificalem/ diuersimode tñ: q2 sacerdotalẽ potestateȝ acceperũt oẽs apli a chro imediate: pontificaleȝ vero mediate: vt infra dicet. Ad idẽ facit dictũ Cypriãi. xxiiij. q. j. Loquit. vbi dicit q̧ christ⁹ apostolis omnib⁹

post resurrectionē suā parē ptātē ⁊ tribuit.
Sup q̄ textu dicit Glo. Parē.s.in ordine
⁊ dignitate ꝯsecratiōis: secus in admini-
stratiōis plenitudine q̄ satꝫ differt ab alijs
q̄d liquet ex illo c.di.xxv. Perlectꝫ. Et di.
lxxx. In illis glo. Sūt ḡ oēs apli equales
Petro/quātū ad pontificalē auctoritatē:
⁊ sic oēs episcopi eq̄les pape: q: epi succes-
serunt in locū aploꝝ.ps. Pro patrib⁹ tuis
nati sūt tibi filij: ⁊ pbat tex.in dic.c. In no
uo. Et.lxviij.di. Quoꝝ vicē. Et hoc verū
quātū ad dignitatē: nō aūt quātū ad seri-
tatē. Nota ꝯtra epos hodiernos q: antiq-
tus qñ aliqs pmouebat ad epatum ab oi-
bus laudabat dicētib⁹. O sanct⁹ hō ⁊c̄. sꝫ
hodie oēs scādalizant ⁊c̄. Dic vt expedit.
Hec aūt potestas pontificalis ꝯsistit i or-
dine ꝯferendo ⁊ chrisma. Itē in ꝯsecrādo
eccl'ias/altaria/⁊ alia vasa sacra. Vnō de
ꝯsue.c. Quāto. de ꝯse.eccle. vl' alta.c. Aq̄.
Est tñ differētia: q: hanc potestatē habu-
it Petr⁹ imediate a chr̄o: sed alij apli nō
⁊c̄. Vide qd̄ scripsi in s̄mo. bti Siluestri.
q̄ incipit. Ecce sacerdos magn⁹. in introi-
tu. xsi.ij.modo. ⁊ lati⁹ s̄m Per. de palu. in
tractatu de ptāte pape. art. ij. ꝯclusiōe. vij
¶ Quinta excellētia ē respectu eccl'iasti-
ce plationis q̄ ꝯsistit in iurisditiōe. Et in
hac fuit maior Petr⁹ q̄ꝫ Paulus: ⁊ q̄ꝫ oēs
alij apli: sicut maior est papa omib⁹ ⁊ epis
⁊ etiā legatis etiā de latere. Cōtulit autē
claues Petro dñs qñ dixit ei. Pasce oues
meas. Io. vlti. de electio. significasti. De
ma. ⁊ obe. Solite. Et. l. dist. Cōsiderādū.
Vñ oēs apli fuerūt subditi Petro: iō di-
xit ei dñs. Tibi dabo claues regni celorū.
Et qd̄cūqꝫ ligaueris sup terrā ⁊c̄. Mat.
xvj. Dic historiā euāgelij hui⁹ qd̄ hodie le
git. Itē Io. j. Tu es simon fili⁹ Ioāna:
Tu vocaberꝫ cephas. Cephas grece. i. ca
put latine. Vñ sicut caput dat vitā corpi:
⁊ mēbra sine capite mortua sūt: sic Petr⁹
habet se respectu alioꝝ aploꝝ/⁊ ꝯsequēter
papa respectu toti⁹ eccl'ie. de elec. Signifi
casti. Itē leo papa. xxiiij.q.j. Cū btissim⁹
Petrus a dño acceperit pncipatū ⁊c̄. Be
ne facit text⁹. xxij. di. Sacro sctā. Et. l. di.
Cōsiderandū. Et. c. Fidelior. Ad idē fac̄
text⁹ Ambrosij. xxiiij.q.j. Nō turbat. vbi
dicit. Deniqꝫ ⁊ si alijs impat: vt laxent re-
tia sua: soli tñ Petro dicit: duc i altū. Lu.
v. Hoc est in profundū disputationū. Fac̄
c. Maiores. de baptismo. Ad idē facit te
xtus G reg.q.vj.c. decreto. Et Iulij pape
in.c. Qui scit se. eadē cā ⁊ q̄stiōe vbi dicūt
q eccl'ia romana q̄ prima est. ita reliqs ec-
clesijs vices suas credidit largiēdas: vt in
partē sint vocate solicitudinis nō in pleni
tudinē potestatis. Ad idē de vsu pal.c. ad
honorē. Et de ꝯcessione pben.c. Proposu
isti. Bñ facit.c. Nulli fas. xix. di. Conclu
sio est. ḡ q Petrus quātū ad potestatē ec-
clesiasticā fuit maior Paulo ⁊ oib⁹ aposto
lis. quinimo possumus dicere q ptās Pe
tri fuit maior omni potestate oim creatu-
rarū scꝫ hoim ⁊ angeloꝝ: videlicꝫ virginū:
ꝯfessoꝝ/martyrū/aploꝝ/pphetaꝝ. patriar
charū/angeloꝝ/archangeloꝝ/virtutū/pn
cipatuū/potestatū/dñationū/thronoruꝫ/
cherubinoꝝ ⁊ seraphinoꝝ. Fuit et maior q̄ꝫ
potestas v̄ginis gloriose: q̄ licet fuerit ce-
teris aplis dignior ⁊ sanctior: nō tñ illi sed
aplis cōmisit deus claues regni celorum:
vt dicit text⁹ in.c. In noua. de pe. ⁊ re. Fu
it aūt hec potestas triplex: vicꝫ ordinis in
ꝯsecrando. Scd̄o in absoluēdo ⁊ ligando.
Tertio iurisdictiōis in p̄cipiēdo ⁊ pphiben
do ⁊ puniēdo. Vñ si vnum preciperetur a
Petro: ⁊ ꝯtrariū a quocunqꝫ p̄dictorum:
Petro citi⁹ esset obediendū quāuis essent
reges ⁊ impatores. De maio. et obe. So-
lite. Vide qd̄ nota. de appellationib⁹. Si
duob⁹. Et ꝯsequenter sequit q ptās pape
sit maior potestate totius eccl'ie. Arg. con
tra in.c. Quocūqꝫ ligauerꝫ. xxiiij.q.j. Ar.
etiā cōtra. xciij. di. Legim⁹. vbi dicit: q or-
bis maior est vrbe. Sicut em̄ se habet Pe
trus ad aplos: sic papa ad totam ecclesiā:
sꝫ potestas Petri fuit maior potestate oiꝫ
apostoloꝝ singulariter et collectiue. ḡ ⁊c̄.
Vide tamē latius de hoc p Petrū de pal.
in tractatu de potestate pape. ar. iiij. p to-
tum. ¶ Sexta excellentia est miraculorū
mirifice opationis siue patratiōis ⁊c̄. In
hac fuit etiā maior Petrus q̄ꝫ Paulus: q:
fuit maior ⁊ efficacior in miraculis perpe
trandis. Sicut patet in multis exemplis:
vnde dicit Lucas Act. v. q ad vmbrā Pe
tri sanabantur infirmi. Singulariter aūt
dicam vobis vnum miraculum in quo ap
paret maior virtus Petri q̄ꝫ Pauli in mi-
raculis faciendis. Dic miraculum de Si

mone mago zc.etiā quō dixit sibi Paul⁹ O Petre meū est orare et tuū imperare zc. Item dicere potes miraculū q̄d Petr⁹ fecit in curando claudū: sicut legit. Act. iij. Itē nota quō Petr⁹ ambulabat super aquas siccis pedib⁹. Paulus aūt vix naufragio saluat⁹ est veniens in Italiā: vt legit Act.xxvij.et.xxviij. Et ex hoc sequit q̄ miracula nō faciūt sanctū nec ꝓbant maiorē sanctitatē. Nā z Ioā.baptista signa non faciebat vt dr̄ Ioā.x. z tn̄ de illo scriptum est. Inter natos mlierꝫ non surrexit maior Ioāne baptista zc. ¶ Septima excellentia est iudiciarie assessiōis: z in hac sūt eq̄les: q2 ita erit assessor chr̄i in iudicio Paulus sicut et Petr⁹ z ecōuerso: iuxta illud. Amen dico vobis q̄ vos q̄ reliq̄stis oia z secuti estis me: in regeneratiōe cū sederit filius hois in sede maiestatꝫ sue sedebitis et vos super se.xij.iudicātes.xij.tribus israel Mat.xix. Nec moueat quēpiā: q2 dic̄ sup sedes.xij.q̄si duodecim solū apl̄i sessuri sūt extra q̄z numeꝝ videt esse Paul⁹: q2 sub duodenario numero itelligit vniuersa iudicantiū multitudo: vt ait Aug.xx.de ciuitate dei.c.v. vbi sic ait. Neq̄ꝫ sup duodecim sedes sessuros esse ait.xij. solos homines cum illo iudicaturos putare debemus. Duodenario q̄ppe numero: innūerosa quedā significata est iudicantiū mltitudo: ꝓpter duas ptes numeri septenarij zc. Et infra. Alioquin q̄m in locū traditorꝫ Iude apl̄m Matthiā legim⁹ ordinatum Apostol⁹ Paul⁹: q̄ plus illis oib⁹ laborauit. vbi ad iudicandū: sedeat nō habebit: qui ꝑfecre cū alijs sanctis ad numerū iudicum se ptinere demonstrat cū dicit. Nescitis q2 angelos iudicabim⁹.j.Cor.vj. De ipsis q̄q3 iudicandis in h̄ numero duodenario illis cā ē. Nō ei q2 dictū ē iudicātes xij. trib⁹ israel trib⁹ leui q̄ tertiadecia ē ab eis iudicanda non erit: vt hi solum illum populum non etiā gentes ceteras iudicabunt zc. ¶ Octaua excellentia est euāgelice p̄dicatiōis. Et in hac p̄cellit Paulus Petro z etiā ceteris apostolis. Unde ecclesia cantat. Inter apostolos vocatione nouissimus p̄dicatione primus. Hoc aūt probatur triplici ratione. Prima quia predicatio Pauli.

Fuit latior

Fuit clarior.

Fuit virtuosior

¶ De quibus dic vt infra in ser.magistri Uincentij de btō Paulo q̄ incipit. Notū vobis facio euangelium zc. Uide ibi zc. ¶ Nona excellētia.s.glorifice sublimatiōnis z in hac fuert eq̄les: vt habet p Ambro.ij.q.vij. Bti. z scripsi eodē ser.pte.j. q̄ de passiōe Petri z quō sibi fugienti d carcere obuiauit chr̄s: cui dixit Petr⁹. Dn̄e q̄ vadis zc. Legit i cronica Martiniana sub pontifice Petro aplo q̄ tpe Cornelij pape greci furati corpora aploꝝ vt ipa in greciā deferrent asportabāt. Sꝫ demōes in idolis habitātes diuina coacti virtute clamabant. Uiri romani succurrite q2 dij vestri auferunt. Fideles hoc intelligētes de aplis. infideles vero de suis dijs. multitudo q̄ adunata fideliuꝫ et infideliū illos insequit. Qd videntes greci apud cathecumbas aploꝝ corpa in puteos ꝓiecerūt. Sed a btō Corne.papa sūt inde extracta. Sed cū in dubiū verteret q̄ essent ossa Petri vel Pauli orātib⁹ fidelib⁹ et ieiunātib⁹ diuinū responsuꝫ habuerūt q2 maiora ossa p̄dicatoris minora piscatoris erant. Que tn̄ post btūs Siluester dicit cū lance eq̄lit ponderasse. z cōsecrando vtriusq3 ecctiam in vtraq3 vtriusq3 ossa collocasse. Hec.ibi. Deo gratias. Amen.

¶ Item de beato Petro Sermo. LI.

Beatus es Simon barIona Mat.xvj. Quāuis festū hodiernū dicat aploꝝ Petri z Pauli: q2 tn̄ scta mater ecctia fac officiū z missam solū de btō Petro. Iō de eo tantū erit sermo z cras poterit fieri sermo de btō Paulo. Pro fundamēto sermonis in q̄ tangit q̄ chr̄s dicit Petro. Beatus es zc. orit q̄stio theologicalis de beatitudine. ¶ Querit. Utꝝ btitudo ab oibus beatꝫ eq̄liter participet. Arguit q̄ sic. habet Mat.xx. Oēs acceperūt singlos denarios: sed p denariuꝫ significat aliq̄d q̄d oēs bti cōiter habēt. Igit. In oppositū: pmiū dꝫ rn̄dere merito: sꝫ nō oēs bti eq̄liter meruerūt: q̄ nō oēs eq̄lit bti sūt: z sic q̄stio

maner p vtrac pte dubia. Ad questiõez respondendũ est fm Richar. sup. iiij. disti. xlix. ar. iij. q. iij. q in britudine est ɔsiderare britudinis obiectũ. s. bonũ increatũ quod vnũ z idẽ existens ab oibꝫ pticipak: z ibaz dispositionẽ btoꝝ p quã illud bonũ viden do z pfecte diligendo ipm pticipãt ex pte obiecti participati nõ est vn⁹ alio beatior: qz idẽ est obiectũ qd oẽs participãt: sed ex pte dispositiõis btoꝝ vn⁹ est beatior alio inquãtũ vn⁹ videt alio clari⁹ deũ z diligit pfecti⁹: qui eñ eqlem habẽt virtutẽ natu re. Habẽt inequalẽ habitũ glĩe vel eqlem habẽtes habitũ glĩe habẽt inequalẽ vtutẽ nature ineqliter deũ vidẽt. et ex ɔsequẽti. inequalr bti sunt: pter inequalẽ beatoꝝ dispositionẽ. Unde glo. sup illo. Joã. xiiij. In domo pris mei mãsiones mlte sũt / di cit: id est diuersa pmia meritoꝝ. Ad argu mẽtũ dꝫ q ideo oẽs dicunt accepisse singu los denarios: qa idẽ est bonũ qd oẽs bea ti participãt: q̃uis ipm pticipẽt mõ diffe rẽti ex pte pticipantiũ: de quoꝝ fuit et est Petr⁹: iuxta verba passumpta. Beat⁹ es zc̃. Salutet pgo zc̃. Pro declaratiõe the matis et itroductiõe smonis notãdũ q fm sententiã theologoꝝ duplex est hois beati tudo. vna q̃ competit viatoribꝫ in hac vita mortali / q̃ consistit in virtuose viuendo et obediẽdo. s. diuinis mãdatis. Prouer. xxix. Qui custodit legẽ beat⁹ est. Et concordat phs in. j. ethi. vbi dicit: q Felicitas est opa tio fm vtutẽ pfectã. Et sic etiã cõis habet vsus loqndi quia qñ videtis aliquẽ religi osum vel laicũ timẽtẽ deũ et vtuosum di citis. O bti vos zc̃. sed dicitis vbo et non facto: qz laudãtes in eis vitã virtuosam in vobismetipsis reprobatis: laudatis casti tatẽ sequẽtes luxuriã. laudatis in eis volũ tariã paupertatẽ: diuitiarũ terrenarũ pulue re coinquinari zc̃. Dic vt expedit. Cõtra quos aplus. Titũ. j. Cõfitent se nosse deũ: factis aũt negãt. Talis ergo dꝫ beatitudo vie de qua loquit. ps. Beati imaculati in via qui ambulãt in lege dñi. Et alibi. Be ati omnes qui timẽt dñm. qui ambulant in vijs eius. Hec tamẽ beatitudo est imp fecta quadruplici ratione seu impfectiõe. Prima / ratione obiecti quia per hanc non videtur essentialiter deus qui est obiectũ perfecte beatitudinis. Exo. xxxiij. Nõ me videbit hõ z viuet. Sed in vita ista vidẽ⁹ deũ visiõe enigmatica q̃ habetur p fidẽ. j. Cor. xiij. Videm⁹ nũc p speculum i enig gmate: tũc ãt facie ad faciẽ. Scd̃a ipfectõ ẽ qz hic britudo nõ ẽ secura: qz pter mul ta picula que in hac vita occurrũt pdi po test. ij. Cor. iiij. Habem⁹ thesaurũ istũ in vasis fictilibꝫ. Et iã de facto experimur q mlti q̃ aliqñ vitã vtuosam agebãt declina uerũt a via. ps. In via hac q̃ ambulabam abscõderũt supbi. i. demões laqueũ mihi. Propterea dicit dñs. Lu. x. Neminẽ salu tauerit. i. saluũ feceritis in via. ideo puer biũ est bonũ. Nõ laudar la nautãti tu itra al porto: ne laudar lomo antichissia morto. Et concordat scriptura dicẽs. Ante mor tem ne laudes hominem quẽq. Eccli. xj. Tertia imperfectio est: qz non est tranquil la: sed multis curis et diuersis sollicitudi nibus z perturbationibꝫ permixta. Act. xiiij. Per mltas tribulationes opz nos in troire in regnũ dei. Itẽ prouer. xiiij. Ris⁹ dolore miscebitur: z extrema gaudij luct⁹ occupat. Propterea clamabat Dauid di cens. Quis dabit mihi pennas sicut colũ be z volabo z requiescã. Quarta imper fectio qa nõ est ɔtinua sed modico tẽpore durat recedes huiu⁹ beatitudis: qz dulcedo ɔtemplatiõis quasi momẽtanea ẽ. Apoc. viij. Factũ est silẽtiũ in celo q̃i media ho ra. Ecce quõ est impfecta: dꝫ tñ britudo eo q sit preparatoria z dispositiua ad bea titudinẽ perfectaz que habet in patria ad quã capescẽdã firma spes datur virtuoso homini. nec sine hac prima beatitudie po test haberi scd̃a. Spes autẽ facit hominẽ btm̃ vt infra dicet. Ro. viij. Spe eñ salui facti sum⁹ Altera est ḡ britudo perfecta q̃ dat ɔprehẽsoribꝫ q̃ ɔsistit in visione diui ne essentie in qua cõsequit homo oẽ bonũ Exo. xxxiij. Ostendã tibi omne bonũ: cui nulla ipfectio est admixta. Nam est secu ra: ɔtinua z tranquilla: ideo dicit Boeti⁹ de hac loquẽs q. Beatitudo est stat⁹ oim bonoꝝ aggregatiõe pfect⁹. Q̃uãuis autez vba pposita possint intelligi de vtraq be atitudie: quia Petrus fuit btũs duz esset viator et modo est btũs ɔprehẽsor. Nihilo min⁹ proprius de prima beatitudine in telligunt: qa tempore q̃ dñs ista vba prtu lit Petro viator erat petr⁹. z sic etiã nos i

telligentes ꝓsequemur sermonē nostrum. Et q̄ ergo btitudo vite ꝯsistit in virtuose viuendo: videamus quō petrus virtuose vixit vt sic ꝯsequēter agnoscamꝰ rōnē verborū: quare.s. Petrꝰ brūs fuit ꝛ est. Notā dū ꝙ ꝙ ad hoc ꝙ hō sit brūs. opoꝛʒ ꝙ oēs ꝟtutes sint in eo ꝛ ꝫ oēs viuat. Nō em̄ sufficit vnam ꝟtutē habere: quinimo nec pt vere vna tm̄ virtus haberi: qꝛ ꝟtutes oēs infuse sūt cōnexe in charitate acq̄site non sunt cōnexe in prudētia. Sūt ꝙ septē virtutes necessarie ad vitam beataʒ: in qb⁹ oēs virtutes cōprehendunt vicʒ tres theologice: ꝛ quattuoꝛ moꝛales.

Pꝛima est fides integralis
Scōa est spes supnalis
Tertia est charitas diuinalis
Quarta est prudētia intellectualis
Quinta est iustitia legalis
Sexta est tempantia coꝛpalis
Septia ē fortitudo seu patiētia ꝟtual.

Omes iste fuerunt in beato Petro ꝛ fm eas excellentissime vixit: ergo dicamus ei Beatus es Simon bariona ꝛc.

¶ Pꝛima ꝙ ꝟtus est fides integralis/q̄ ē fundamētū oīs virtutꝫ. j. Coꝛ. iij. Fundamentū aliud nemo pōt ponere pter id qđ positū est: qđ ē christꝰ Jesus. i. fides Jesu chri. Et iō sine ea nulla ē vera virtꝰ Aug. Ubi deest cognitio ꝟitatis falsa est virtꝰ etiā in optimis moꝛib⁹. Et iō quāuis aliqs iudeꝰ vel infidelis honeste viueret: tn̄ nō est vere ꝟtuosus/nec ꝯsequēter pōt dici btūs/nec spe nec re: qꝛ nō placēt dō opera eius. Heb. xj. Sine fide ipossibile ē placere deo. Hec ꝙ fides facit hoieʒ btm̄ pꝛima btitudine. Jo. vl. Bti q̄ nō viderūt ꝛ crediderūt. Et iō btā Helisabʒ dixit virgini glorīose. Btā q̄ credidisti ꝛc. Luc. j. Hec virtꝰ fuit mirabiliter in Petro quia ipse fundamētū fidei: sic patʒ in euāgelio hodierno: vbi tria ponunt̃ pncipalit̃. Pꝛio fidei interrogatio facta p dn̄m. Scōo declaratio fidei facta p Petrū. Tertio pmitio fidei pmissa p dn̄m. Et verbis ꝙ Petri sumit̃ fundamētū fidei chꝛiane q̄ cōsistit i diuinitate ꝛ humanitate christi. Dic histoꝛiā euangelii. Et nota cū dicit. Tu es Petrus ꝛ sup hanc petrā edificabo eccl'iaʒ meā. i. sup soliditatē siue firmitatē fidei: q̄ adeo firma est ꝙ diuelli siue dirui nō pōt quia poꝛte inferi. i. petā siue hereses ꝛ pſecutiōes nō ꝑualebūt aduersus eam. Et rō huiꝰ est: qꝛ christꝰ ꝓ eo oꝛat. Lu. xxij. Petre ecce sathan expetiuit vos vt cribraret sic triticū. Ego āt rogaui ꝓ te vt nō deficiat fides tua. ꝛ tu aliqñ ꝯuersꝰ cōfirma fr̄es tuos. Sic ergo firmitas fidei i Petro fundatur ꝙ ad ipm ptinet alios cōfirmare in fide: a q̄ Petrus cadere ꝛ errare nō potest Et iō nec ecclīa romana pōt a fide errare. xxiiij. q. j. A recta. Et. c. Pudēda. Nā ꝛ si aliis impat̃ vt laxent retia sua: soli tn̄ Petro dr̄. Duc in altū/hoc est in ꝓfundū disputationū. Lu. v. xxiiij. q. j. Nō turbatur. Et. c. Quotiens. facit de bap. Maioꝛes. Jn pꝛemiū ꝙ huiꝰ fidei Petri ꝓmittit̃ sibi potestas clauiū: dum dr̄. Dabo tibi claues regni celoꝝ ꝛc. Hec aūt ꝓmissio repleta fuit post resurrectionē cum dixit. Pasce agnos meos ꝛc. Et infra declarabit̃. parte. iij. Et nota ꝙ quātū ad hanc potestateʒ maioꝛ est Petrꝰ oīb⁹ creaturis angelicis ꝛ humanis. Uide supꝛa in alio sermo. huiꝰ festi. q̄ incipit. Hi sūt due oliue. pte. v. in fine. Ergo btūs es Simon bariona ꝛc.

¶ Scōa virtus est spes q̄ fac̄ hoiem btm̄ ps. xxxiij. Gustate ꝛ videte: qm̄ suauis est dn̄s. btūs vir qui sperat in eo. Jtem. ps. lxxxiij. Nō priuabit bonis eos q̄ ambulāt in innocentia: dn̄e virtutū beatus hō qui sperat in te. Nota. Jn innocentia: id ē sine moꝛtali qꝛ vel nunꝙ cōmiserunt illud vel penitentiā egerūt. Alioquin potius ꝓsumptio ꝙ̄ spes dici pōt. Spes ꝙ facit hoiem btm̄. Ro. viij. Spe em̄ salui facti sumus. Hanc spem habuit btūs Petrꝰ: qđ maxime apparet in eo: ꝙ ad vniꝰ iussionis vocē relictis omib⁹ secutus est dn̄m: sicut patʒ Mat. iiij. Et iō spe ista subnixus fiducialiter ꝛ audacter dic̄ ad dn̄m. Ecce nos reliquimꝰ oīa ꝛ secuti sumus te: quid ꝙ erit nobis. Mat. xix. Nota. Oia. s. exterioꝛa ꝛ interioꝛa: qꝛ q̄ caret exterioꝛib⁹ ꝛ nō relinqt cupiditatē reꝝ tpaliuʒ miserrimꝰ est: sed q̄ caret etiā affectu inoꝛdiato btūs ē. Mat. v. Bti paupes spiritu qm̄ ꝛc. Jō dr̄ Gre. ꝙ in hac re affectū debemꝰ potius pensare ꝙ̄ censuʒ. Multū reliquit qui sibi nihil retinuit. Multū reliquit qui quāuis paꝝ totum deseruit. Huiꝰ ꝙ spei merito audiuit a dn̄o ꝓmissioneʒ iudiciarie potestatis

cum ait. Amē dico vobis q vos q reliquistis oia z secuti estis me: in reg. cū se. fi. hominis in sede maiestatis sue sedebitis z vos super se. xij. iudi. xij. tribus israel. Huius etiam spei merito claudum illū q iacebat añ portam templi q dicebat Speciosa/ solo imperio sanauit. Sic z Eneā paralyticum. Act. ix. Sicut legit Act. iij. dicēs. Aurum z argentum nō est mihi qd aūt habeo zc. Huius etiam spei firmitate subnixus super aquas siccis pedibus ambulauit Mat. xiiij. Ergo btūs es Simon zc. ¶ Tertia virtus est charitas: hec maxime fac btm mltomagis q fides z spes q: Nūc manent fides/ spes/ charitas/ tria hec: maior autē horum est charitas. j. Cor. xiij. Ideo Tob. xiij. Beati oēs q diligunt te z q gaudent sup pace tua. Ista g charitate fuit excellētissimus btūs Petrus q: feruentissime vigebat in eo: erga deum z erga primū. Erga deum patz ex q̄ttuor. Primo q: vt dr in legenda. Petrus inter ceteros aplos maiore feruore fuit: z h patz ex eo q postq̄ dñs pdixit aplis q oportebat ire cum hierosolimā z multa pati z occidi/ z die tertia resurgere: solus Petrus assumēs cepit increpare eum dicēs. Absit a te dñe. Nō erit tibi hoc Mat. xvj. Quod verbū ex tenerrimo amore dixit. Scdo patz idē ex eo q pditorē scire voluit: q: vt dicit Aug. si eum sciuisset dentibus discerpsisset. Tertio patz ex eo q videns dñm transfiguratū inebriatus amoris diuini dulcedine ait. Dñe bonum est nos hic esse zc. Mat. xv. Quarto id patz ex pbis dñi Jo. vl. Simon Joannis diligis me plus his: z habita responsione Petri in signū maximi amoris commisit ei curā pastoralē dans ei claues quas sibi añ pmiserat dicēs. Pasce agnos meos: pasce oues meas. Ubi nota: q ter voluit dominus q ore suo pfiteret Petr ipm diligere dicens. Dñe tu scis quia amo te: quia em tertio negauerat tertio cōfitetur vt dicit Amb. v. q. j. imitare. Item ter dixit dominus Petro pasce. Uel dic q hec ē alia ratio quare ter christus exigit confessionem amoris a Petro: vt ostendat Petrum corde/ ore/ z opere christum diligere: vt notat Glo. xxv. q. j. Diuinis. Item quia pastor debet pascere oues christi tripliciter: videlicet corde diligendo/ ore, predicādo: arguendo/ obsecrando/ increpando. iuxta illud. ij. Tim. iiij. Insta opor. ipor. argue: obsecra: increpa: in oi pa. z doc. z ope subueniēdo necessitatibus spūalibus et tpalibus ouium christi: etiā vitā exponēdo. Joā. x. Bonus pastor aīam dat pro ouibus suis. Alioquin vt dic Gre. in registro: z habet viij. q. j. In scripturis. Si is q valet omnipotentē dei renuerit pascere oues: ostēdit pastorem summū minime amare. Erga primos vero quantū fuerit charitas in Petro nō possem lingua exprimere: q: totā vitā suam ad salutē ouium exposuit pdicando z alia opa vite actiue faciēdo. Uñ ad primā pdicatiōem in die pentecostes quertit tria milia hoim ad fidem christi. Act. ij. In scda po pdicatione postq̄ sanauit claudum quertit quinq milia. Act. iij. ergo beat Simon. ¶ Quarta virtus prudētia facit hoiem beatū. Prouer. iij. Beatus vir q inuenit sapientiā. Itē Prouerb. xix. Custos prudentie inueniet bona. s. eterna Prudentia aūt ista psistit in scire bene gubernare z dirigere gregem sibi cōmissum. Prouer. xxiiij. Prudētia roborabit domus Quanta aūt prudētia fuerit in btō Petro possum tū ex experimento scire: q: si ad gubernandū domū cuilibz est necessaria prudentia: quāto maior requirit prudētia ad gubernandū vniuersum orbē: q fuerat btō Petro cōmissus/ quē diligētissime gubernauit. tū etiā ex verbis z ex facto eiusdem: q: dñs nō elegisset eum in pastorē ecclie: nisi prudētissimus fuisset. qui loquens d eo ait. Quis putas est fidelis seruus et prudēs quē pstituit dñs sup familiā suā zc. Mathei. xxiiij. Potest etiam intelligi prudentia ista. i. sciētia necessaria prelato: de q vide p Gratianū in decre. di. xxvj. cū tribus distinctionibus sequētibus. ¶ Quinta virtus est iustitia q est virtus p quā hō reddit vnicuiq qd suū est. Hec facit hoiem btm. ps. Bti q custodiūt iudiciū z faciunt iustitiam in omni tpe. Itē Mat. v. Beati q esuriūt z sitiunt iustitiā. ptinet aūt pcipue ad platos Uiguit aūt in Petro elegantissime q fuit tenacissimus ad corrigēdū rebelles z inobedientes z fallaces: sicut patet in multis exemplis. Primo in Anania et Saphira. Act. v. Dic historiā. Scdo in obiurgatōe quā fecit Simoni mago: sicut patz Act.

viij. Itē qñ ozone sua pcipitauit Simōēs magū volantē in aera: sic legit in legēda. Hic histozia. Fuit etiā iust⁹ ad puniendū in semetipso pctm negatiōis cb̄i. Nā vltra illud triduū q̄ fleuit amare. semp portabat sudariū secū p lachrymis detergendis: q̄s effundebat p̄sertim qñ gallum audiebat cantare: rememorās negatiōis sue. g brūs erat Petr⁹: q: Beati q̄ lugēt: qm ipsi ɔsolabunt. Mat. v. Itez Lu. vj. Bti q̄ nunc fletis: q: ridebitȝ: ergo brūs es Simon bariona. ¶ Sexta virt⁹ est tempantia q̄ facit hoiem btm̄. Mat. v. Bti q̄ nūc esuritis q: saturabimini. Viguit maxime in btō Petro q: sicut dr̄ in libro Clemētȝ. ꝛ habet in legenda. Cib⁹ Petri erat solus panis cū oliuis raro cū oleribꝫ. Indumentū vero tunica cū pallio: et p̄ter hec nihil aliud q̄rebat: hui⁹ autē tempantie merito dedit ei grām dn̄s vt ad vmbrā Petri sanarent infirmi: sicut dr̄ Act. v. Quāto magis ad tactū vestimētoꝝ. Moraliter dic ɔ intempatos: q: si tempantia facit hoiem btm̄: g intempantia miseꝝ. Volūt intempati facere festū hic: g ibi faciāt vigiliā: q: erūt i magna esurie ꝛ siti: sic pꝫ i diuite epulone. Luc. xvj. Iō Esa. lxv. Pro eo q᷑ vocaui ꝛ nō rn̄distis: locutus fui ꝛ nō audistis ꝛc̄. ꝓpter hoc hec dicit dn̄s deus. Ecce serui mei comedēt ꝛ vos esurietis: ecce serui mei bibent et vos sitietis: ecce serui mei letabunt ꝛ vos ɔfundemini. Igit faciam⁹ hic vigiliā vt postea satiemur i festo vite eterne. ¶ Septima virt⁹ est fortitudo seu patiētia: q̄ facit hoiem btm̄. Mat. v. Bti q̄ ꝑsecutionē patiunt ꝓpter iustitiā. Itē. j. Pe. iij. Sed ꝛ si q̄d patimini ꝓpter iustitiā: beati. hanc firmissime habuit Petrus: sic patet in ꝑsecutiōibꝫ ꝛ cōtumelijs quas cū ceteris aplīs passus fuit. De q̄bꝫ dicit Act. v. Ibant apli gaudētes a ɔspectu ɔsilij: qm̄ di. ha. sunt p noie Iesu ɔtu. pati. Sȝ marie hec virt⁹ apparuit in eius pciosa morte. Hic eius passionē. Et quō dn̄s apparuit Petro de roma fugiēti. Vñ dic̄ tex. in. c. Per venerabilē. versu. locus eī ꝛc̄. Qui filij sint legiti. Cū eī Petrus vrbē fugiēs exiuisset volēs cū dn̄s ad locū quē elegerat reuocare: interrogat⁹ ab eo. Dn̄e q̄ vadis: rn̄dit. Venio romā iteꝝ crucifigi: qd̄ intelligēs ꝓ se dictū ad locū ipm protinus est reuersus. Hec ibi. Et vt ibi dicit Ioā. an. post Hosti. Exponit crucifigi. i. in te: ꝛ sic vbs ista altera hierl'm intelligat: ꝛ effusiōe tui sanguinis q̄ prim⁹ me⁹ vicari⁹ es in terris: fundet / firmet et consecret h̄ loc⁹: quē elegi mihi ad hoc: de elec. Fundamēta li. vj. Deo grās. Amen.

¶ Item in die cōmemorationis beati Pauli apostoli. Ser. LII.

Notuȝ vobis facio euāgeliū. Pro fūdamēto q̄stiōis. orit theologicalis q̄stio ¶ Querit. Utꝝ Petr⁹ sit maioz Paulo: Ad q̄stionē rn̄deo du e. Gal'. j. cū distinctiōe trimembri: possent eī isti apl'i considerari tribus modis.

Primo fm ɔditionē aplicam
Scdo fm plationē ecclastīcam.
Tertio fm p̄dicationē euāgelicam

¶ Scdm̄ primū sūt eq̄les sic oēs sacerdotes sūt eq̄les quātū ad ptātē ɔsecrandi eucharistiā. Sic in ꝓposito. et ideo sūt eq̄les etiā q̄ntū ad meritū ꝛ p̄miū glie. Vñ Grego. in. j. dialo. Aperte g cōstat: q: cū virt⁹ vtriusq̄ fuerit dispar in miraculo vtriusq̄ tñ meritū dispar n̄ ē i celo: lȝ Pe. p̄mo fuerit elect⁹ ꝛ vltimo Paulus: quasi diceret Christus Petro. Volo ꝛ huic nouissimo dare sic ꝛ tibi. Mat. xx. Quantū ad scdm̄ Petr⁹ fuit maioz Paulo sic papa legato. Petr⁹ fuit papa cui dixit chr̄s. Tu es Simon filij Ioannis: tu vocaberis cephas. Io. j. Cephas. i. caput ꝛc̄. Ioā. xx. Pasce oues meas. Et Mat. xvj. Dabo tibi claues regni celoꝝ ꝛc̄. Paul⁹ vo fuit legat⁹. vñ ip̄e dr̄. ij. Coꝝ. v. Pro chr̄o legatoe fungimur tāq̄ deo exhoztāte p nos. Quātū ad tertiū Pau. fuit maioz Pe. ꝛ oibꝫ aplīs q: ardēti⁹ p̄dicauit ꝛ pl⁹ laborauit: vt pꝫ ij. Coꝝ. xj. ꝛ. xv. Et iō ip̄e p excellētiā pōt dicere thema. Notū vobis facio ꝛc̄. Patꝫ thema. Reperi iuxta thema: q᷑ p̄dicatio euāgelica hti Pauli habuit sup p̄dicatoēs alioꝝ excellētiā in tribꝫ.

Prio q: sua p̄dicatio fuit apl'i⁹ copiosa.
Scdo q: fuit clari⁹ luminosa
Tertio q: fuit longi⁹ virtuosa

¶ Prio dico ꝛc̄. Alij apli p⁹ receptiōem

spūssctī in die pētecostes diuiserūt sibi mūdū ꝛ q̄libꝫ accepit suā portionē ꝛc. sꝫ brūs Paul⁹ ꝑ vniuersū mōm discurrēdo ō ciuitate in ciuitatē p̄dicando annis.xxxvij.vt dt Hiero.in li.de viris illustrib⁹. Vñ cantat eccłia. De⁹ q̄ vniuersū mōm bti Pauli p̄dicatōe docuisti ꝛc. Jtē cū alijs ap̄lis p̄dicātib⁹ puideref de expēsis a ciuitate vł a pbis boib⁹:q̄ chřs dixerat. Dign⁹ ē operarius mercede sua. Lu.x. Paul⁹ tñ suis manib⁹ laborabat: q̄ erat artꜯ cenofactorie: q̄ faciebat chordas.ꝛ ꝯfir.ꝛc. Vñ ip̄e dt.ij Tess.vlt. Jpsi em̄ scitꜯ queadmodū oportet imitari nos:q̄m n̄ in q̄ete fuim⁹ inter vos:neq̄ gratꜯ panē mādcauim⁹ab aliq̄ sꝫ in labore ꝛ fatigatiōe nocte ꝛ die operantes ne quē vr̄m grauarem⁹. Et alibi Act. xx. Argentū aut aurū aut vestē nullī⁹ concupiui sic̄ scitꜯ:q̄m ad ea q̄ mihi op⁹ erāt ꝛ his q̄ mecū sūt ministrauerūt man⁹ iste. Jtē mltos labores mltas iiurias pass⁹ ē ꝑ chřo ꝛc. Jō pꜫ ꝙ sua p̄dicatio fuit copiosior. Recte tenuit p̄ceptū chři. Eūtes in mōm vniuersū p̄dicate euangeliū oi creature.Mar.vl. Nota hic moralr̄ ex isto textu ꝙ p̄dicatores ṽbi dei debēt tria attendere. Primū: Eūtes i mōm vniuer.ꝙ dñt nō in vno sꝫ loco morari:sꝫ discurrere.alrs accipiūt familiaritatē etiā ō notis ꝛc. Et ꝑdunt deuotionē ꝛc. Hinc patet q̄re frēs mutanf q̄ iubet anno de ꝯuentu ad ꝯuentū ꝛc. Scḋo p̄dicate euāgeliū ꝛc.nō dt Ouidiū nec Virgiliū/nec Arist.ꝛc. Tertio oi creature id est oi hoi tam diuiti q̄ paupi. viris mulierib⁹/nobili ignobili ꝛc. Multi errores sūt inter fideles ex defectu instructorū ꝛc.ꝛ p̄dicatores q̄ nō p̄dicāt illis ꝛc. Jō Tren.iiij. Paruuli petierūt panē ꝛ nō erat q̄ frangeret eis. Jō b. Paul⁹ꝑ vniuersū mōm p̄dicauit. Jō dt. Notū vobis facio euangeliū. ¶ Scḋo dico ꝙ predicatio euāgelica bti Pauli fuit sup oēs alios clarius lūinosa. Quia oēs ap̄li p̄dicabāt doctrinas celestes q̄s a chřo audiuerāt sꝫ nō viderāt:sꝫ b. Paul⁹ p̄dicabat que viderat q̄ fuit rapt⁹ vsq̄ ad tertiū celū ꝛ vidit archana dei ꝛc.ij.Cor.xij. Jō dic̄ ip̄e. Euangeliū q̄d euangelizatū est a me non est fm hoiem neq̄ ego ab hoie didici illud:sed ꝑ reuelatione iesu chři.Gal.j.fm hoiēꝫ sup̄ple puruꝫ vel mortale. Jō Paul⁹ dicit illud in curia celesti in schola angelorum vbi trib⁹ dieb⁹ studuit ꝛ sciuit plusq̄ Salomon ꝛ oēs philosophi mundi. Studuit ibi in libro vite:q̄ est chřist⁹q̄ liber habet duas cartas.s.diuinitatē ꝛ humanitatem chřisti. Hic practice quō chřistus ostendit Paulo noue ordines angeloꝝ. Primo primum ordinē.s.angeloꝝ in quē chřistus dixit vadūt persone penitētes ꝛc. Scḋo ordinē archangeloꝝ in quē vadūt ꝑsone deuote:q̄ sicut aīa est melior corpore/sic deuotio est melior penitentia. Tertio ordīeꝫ p̄ncipatuū in istuꝫ vadūt ꝑsone misericordes. Quarto ordinē ptātuꝫ in hūc vadūt ꝑsone patientes in aduersitatib⁹. Quinto ordinē virtutū:in hūc vadunt ꝑsone ꝯcordiā inuicē habētes. Sexto ordinē dñatiōnū:in quē vadūt p̄lati bone vite et bñ gubernātes gregē q̄ iuste intrauerūt. Septimo ordinē thronorū vbi collocabūf illi q̄ seruauerūt ꝑ chřo apostolicā paupertatem. Octauo ordinē cherubin: vbi erūt ꝑsone sciētifice q̄ alios viā ṽitatꜯ docuerūt. Nono seraphin vbi erūt q̄ erūt ƀ pleni charitate maior hoꝝ ē charitas. Deide vidit Paul⁹ cathedrā ꝑgis sup oēs choros āgeloꝝ. De inde vidit diuiam eēntiā vt dt Aug⁹.i li. de vidēdo deū.ꝛ i li.ad pbā.ꝛ sctūs Tho. in.j.p.q. Et in.ij.ij.q.clxv.ar.iij. et q̄n reuers⁹ fuit credidert ꝙ studuerat in studio celesti ꝛ dixerūt sibi. Unde venis: Rñdit Paul⁹. Scio hoieꝫ in chřo Jesu añ ānos quattuordeci siue i corpe siue extra corp⁹ nescio/de⁹ scit:q̄m rapt⁹ ē in ꝑadisū et audiuit arcana ṽba q̄ non lꝫ hoi loq̄.ij. Cor. xij. Nota vsq̄ ad tertiū celum. Scriptura sctā nō facit mētionē. Geñ.j. Nisi ō trib⁹ celꝫ. Prīo ō firmamēto q̄d ꝯtiet octo celos scꝫ.vij.plāetaꝝ.ꝛoctauū sydereū. Scḋm celū dr̄ aqueū.s.aq̄ q̄ sup celos sūt et istud celū dr̄ crystallinū. Tertiū celū empyreū vñ in p̄nci.crea.de⁹ celū.dt Glo. Bede.s. Empyreū ꝛc.pꜫ scḋa ps huius ſmonis. ¶ Tertio dico ꝛc.longius virtuosa:quia omēs alij ap̄li predicauerūt vsq̄ ad mortē ꝛc.sed paul⁹in vita p̄dicauit xxxvij.annis et i morte et etiam post mortē ꝛc. Dicat ei⁹ martyriū ꝛ quō p⁹ mortē apparuit aīa ei⁹ Neroni ꝛc. Ecce quō p̄dicauit p⁹ mortē. Nō legif de alio sctō. Stati Nero soluit omēs chřianos q̄s tenebat captos

sed tñ obduratꝰ nō fecit se christianū. et h̄
scꝫ q̄ post mortē erat p̄dicaturꝰ ipse Pau-
lus ꝓphetauerat di. Magnificabit̄ christus
in corꝑe meo siue ꝑ vitam siue ꝑ mortem.
Phil. j. Itē predicauit etiā in morte. Di-
catur de capite qđ fec̄ tres saltus. Et in q̄-
libet dicebat Jesus: ⁊ nascebat̄ ad quēlibꝫ
saltum vnus fons: ⁊ sic fec̄ tres p̄dicatiōes
in q̄libet saltu vnā. Nota secreta: Tribus
vicibꝫ Paulꝰ noīauit Jesū ꝓpter tres vir-
tutes quas hꝫ nomē Jesus p̄ncipaliter

Primo ꝯtra defectꝰ spūales
Scđo ꝯ infirmitates corꝑales
Tertio ꝯ aduersitates tꝑales.

¶ Defectus spūales sūt pctā. Si q̄ aliq̄s
est durus in pctis deuote inuocet nomen
Jesus ⁊ habebit ꝯtritionē. Hoc figuratū
fuit in morte christi: qñ petre scisse sūt: ecce
ꝯtritio: ⁊ monumēta apta: ecce cōfessio: ⁊
multa corpora sanctoꝝ surrexerūt: ecce re-
suscitatio aie ad statū gratie. Idē de illo q̄
habꝫ rancorē ꝯtra ꝓximū ⁊ desiderat vin-
dictā ⁊c̄. Ois quicūqꝫ inuocauerit nomē
dñi saluꝰ erit. Ro. x. Nota inuocauerit. i.
intus in corde vocauerit. Item Act. iiij.
Nec eīm nomē aliud est sub celo datum ho-
mibꝫ i q̄ oporteat nos saluos fieri. ¶ Se-
cundo est ꝯ infirmitates corꝑales. Aucto-
ritas. Signa eos q̄ crediderit hec seq̄nt̄.
Nō dicit q̄ sancti fuerint. In noie meo de-
monia eijciēt: linguis loquent̄ nouis: ser-
pentes tollent: ⁊ si mortiferū q̄d bi. nō eos
nocebit. Suꝑ egros manus iponent ⁊ bñ
habebūt Mar. vl. Qñ ergo estis infirmi
vel filij vestri inuocate nomē Jesus ⁊ cu-
rabimini: si expedit saluti aie vr̄e. Idem
de mulieribꝫ q̄ volunt ꝯcipere vel cōceptū
ꝯseruare vel parere ⁊c̄. Ecce scđs. Non g̊
recurratꝫ ad diuinos ⁊c̄. Beatꝰ vir cuius
est nomē dñi spes eiꝰ ⁊ nō respexit in vani-
tas. ⁊ insani. falsas. s. diuinoꝝ et sortilegorū
⁊c̄. Dic ꝯ h̄ vitiū vt expedit. ¶ Tertio ꝯ
ꝑicula seu adūsitates tꝑales. Si es in bel-
lo iusto inuoca Jesum et dabit tibi vires.
Secꝰ si in bello iniusto: q2 nescit diuina iu-
stitia patrociniū dare crimibꝫ: vt ait Chry-
so. Idē in tēpestate ⁊c̄. Et si hmōi. Aucto-
ritas. Turris fortitudis nomē dñi ad ipm
ꝯfugiet iustꝰ ⁊ exaltabit̄. Prouer. iij. No-
mē dñi est nomē iesus ⁊c̄. Lu. j. Vocatuꝫ
est nomē eiꝰ Jesus ⁊c̄. Ecce tertiꝰ fons.

⁊ patet cōclusio clara: quō p̄dicatio beati
Pauli fuit alijs longiꝰ virtuosa. g̊ thema.
Notū vobis facio euangeliū. Amen.

¶ In festo visitationis beate Marie virginis. Sermo. LIII.

Exurgēs ma-
ria abijt in mōtana. Luc. j.
Hodie est festū gl'iosum vi-
sitatiōis ⁊ salutatiōis ꝟgis
gloriose. Salutemꝰ ipsaꝫ. Pro fundamē-
to sermōis in q̄ agit̄ de visitatiōe Marie:
orit̄ theologicalis q̄stio. ¶ Querit̄. Vtrū
virgo Maria ꝟginitatē vouerit. Arguit̄
q̄ nō. habet̄ Deut. vij. Nō erit apud te ste-
rilis vtriusqꝫ sexus/tam in hoibꝫ q̄ȝ in gre-
gibꝫ tuis: sed btā virgo nihil vouit q̄d esꝫ
ꝯtrariū legi: cum ergo ꝟgintas includat
sterilitatē: ꝟginitatē nō vouit. In opposi-
tum. Lu. j. Virū nō cognosco. dic̄ glo. inter-
linearꝫ. Ecce tangit q̄ ipsa vouerit ꝟgini-
tatē. Itē Mgr̄ senten. iiij. dist. xxx. c. ij. de-
cretum. distin. xxvij. q. ij. tenent. q̄ btā vir-
go Maria ꝓposuit se suaturā votū ꝟgini-
tatis in corde: sed tpūn votū nō expssit: po-
stea cū viro labijs expressit: ⁊ vterqꝫ in vir-
ginitate ꝑmansit. g̊ virgo maria virginita-
tē vouit. ⁊ sic q̄stio manet ꝓ vtraqꝫ ꝑte du-
bia. Ad questionē respondendum est fm̄
Richar. suꝑ iiij. senten. disti. xx. arti. j. q. j.
q̄ sicut dicit Ansel. in lib. de ꝯceptu virgi-
nali. c. xviij. decebat vt illius cōceptio de
matre purissima fieret nempe decens erat
vt ea puritate: qua maior sub deo nequit
intelligi: virgo illa niteret. et infra. de q̄
spiritussanctꝰ volebat: ⁊ operaturus erat
vt cōciperet̄ ⁊ nasceret̄ ille de quo ipse pro-
cedebat: sed ceteris paribꝫ purior et magꝫ
nitens est virginitas deo per votum dica-
ta q̄ illa que nō est ꝑ votum dicata: ergo
beata virgo: n̄ tm̄ virginitatē seruauit: sꝫ
se seruaturā etiā vouit sub hac ꝯditiōe: ni-
si deus aliter ordinaret. ⁊ hec ꝯditio fuit
tam honesta quia etiā si non fuisset apposi-
ta/debuissꝫ tm̄ esse subintellecta. Ad argu-
mentum dicitur: q̄ in auctoritate illa acci-
pitur sterilis ꝓ illa que vacabat cōcubitui
ꝯiugali: nec tñ ꝯcipiebat. vel potest dici q̄
beata virgo fuit cōfinium veteris ⁊ noue

legis sicut aurora noctis precedens z die sequentis. Et ideo fecit votū consonū leg noue. nec tñ prrariū legi veteri: inquantu q rationem apposuit. z h est de q in psentiarū fit sermo. iuxta verba passupta. In hoc euangelio continent quattuor excellentie de virgine gloriosa.

Prima est pfunda humilitas
Scda est admiranda sanctitas
Tertia est pfecta credulitas
Quarta est letabunda iocunditas

In prima parte dicamus. xij. puncta. in secunda quattuor. in tertia qttuor: in quarta decem. et sic in summa sut. xxx. puncta.

¶ Primū notat in eo q postq virgo gloriosa pcepit filiū dei nō in elationez nec in supbiam ascendit: sz in montana virtutū. Eleuatis em p supbiam nihil aliud restat nisi casus in baratrum dānationis. Finis em ad alta leuatis est ruere. Sed magz se humiliauit: accessit em in domū Zacharie vt seruiret ibi Helisabet cognate sue pregnanti z fuit in obsequio suo p tres menses. De hac humilitate loquit prima pars euāgelij. Exurgens maria abijt in montana cū festinatioe in ciuitatē Juda. Et intrauit in domū Zacharie z salutauit Helisabet. O exemplū virtutis omniū reuerētia z diligentia imitandū. Decuit nāq vt sicut initiū humane perditionis pcessit ex supbia mulieris seducte a diabolo: sic initium humane salutis pcederet ex humilitate mlieris illustrate a spiritusancto. Eua enim quadrupliciter superbiuit ptra deū.

¶ Primo qz apetijt equalitatem dei cum diabolo credidit diceti. Eritis sicut dij scientes bonū z malū. z vide cecitatez ei9 qa voluit esse equalis deo cum se faceret discipulam diaboli. Scdo superbiuit qz contempsit pceptuz dei pcipientis de h ligno nō comedas. Tertio supbiuit qz nō sufficit sibi ipsam pterisse mandatū dei: sz etiā fecit virū peccare: q nō seductus: sed ne cōtristaret delitias suas comedit sicut dicit Apls. j. Tim. ij. Adaz inqt nō est seduct9 mulier aūt seducta in preuaricatiōe fuit.

Quarto excusauit se de peccato cōmisso dicēs. Serpens decepit me Gen. iij. Contra qd. ps. Nō declines cor meū in verba malitie ad excusandas excusatiōes in peccatis. Et fortasse magis Eua peccauit se excusando q comededo qz si se nō excusasset: sed humiliter veniaz petisset de9 ignouisset ei: qz nō obliuiscet misereri de9/ nec cōtinebit in ira sua miscdias suas. Ex huiusmodi g supbia pcessit humana pditio: iuxta illō. Ecci. xxv. A mliere initiū factū ē peccati: z pcer ipsam oēs morimur. Ordinauit g diuina sapientia vt sicut mulier damnauit sic mulier saluaret. Vñ ecōtrario virgo gl'iosa qdrupliciter se hūiliauit.

Primo deo z angelo dicēs. Ecce ancilla dñi. Scdo ad domū Helisabet pregnantez ipsa pregnans accedēdo. Tertio sibi obsequendo. Quarto in partu suo officiū obstetricis exercendo. Vñ pma q recepit Joan. bap. in manib9 ex vtero exeuntem: fuit virgo maria. O magna excellētia Joānis Moraliter. habem9 exemplū nos humiliandi: qz si virgo tam excellētissima z incōparabilis se humiliauit: quis supbiet? Nota ptra mulieres que qñ parturiunt filios masculos superbiunt zc. Dic vt expedit. Sed dices tu quā mercedē habere poterimus ex hac hūilitate? Rñdeo quadruplicem humilitatē.

Prima est dei glorificatiua
Scda est hois exaltatiua
Tertia est diaboli pstratiua
Quarta est proximi placatiua vl' edificatiua.

¶ Primo nanq zc. Magnū em honorez deo exhibem9 nos humiliādo sibi. Primo intellectū simpliciter credēdo his q sunt fidei vrpore ab ore eius prolatis: quāuis excellāt oēm humanā rationē. Si em credim9 iudici de legib9/ philosopho de philosophia/ medico de medicina/ theologo de theologia/ pellipario de pellib9: z cuilibet in arte sua: cur deo non credim9 q mentiri nō potest? Ideo apls. Destruentes omnē altitudinē extollentē se aduersus scientiaz dei z in captiuitatē redigētes oēm intellectum: in obsequiū christi. ij. Cor. x. Scdo subiugando voluntatē deo p obedientiā: licet repugnet volūtas z sensualitas. Dic practice de castitate z humilitate zc. Pro vt expedit. Tertio subiugando memoriā ad recordādū de bñficijs diuinis. Quarto os ad loquendū de reb9 diuinis. Quinto aures ad audiendū verbuz dei. Sexto oēs sensus zc. Et corp9 zc. Ex hoc g deus

honorat a nobis. Scdo humilitas ē hoīs exaltatiua. Nota similitudinē de statera que quāto magis descēdit in vna pte: tāto magis ascendit in altera ⁊c. Jō dicit Petrus Humiliamini sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tpe visitationis. j. Pet. v. Nota Visitatiōis. i. mortis: ideo btā virgo fuit exaltata sup oēs creaturā etiā angelicā: q2 sub oī creatura fuit humilis. Lu. j. Quia respexit hūilitatē ancille sue. Jō dicit dns Luc. xij. Qui se humiliat exaltabit. Item j. Reg. ij. Quicunq3 honorificauerit me: glorificabo eū ⁊c. Quis magis in hac vita descēdit p hūilitatē q̄ cbr̄s: q̄ tot ⁊ opprobria ⁊ tandē mortē cū maxio vitupio passus est: ⁊c. Jō exaltat9 est supra oēm creaturā. Phil. ij. Hūiliauit seipsum fac9 obe. vsq3 ad mortē ⁊c. Nota practice h̄ storiā q̄ habet Mat. xviij. De ɔtentiōe int apostolos exorta quis eo2 videret esse maior Luc. xxij. Et cbr̄s dixit eis. Quicūq3 humiliauerit se sicut paruul9 iste: ipse intrabit in regnū celo2 Mat. xviij. Tertio humilitas est diaboli pstratiua. Nota exemplū de Machario cui obuiās diabolus in deserto dixit q nihil aliud in Machario existens ipm vincebat nisi humilitas quā ipe diabol9 habere nō poterat. Vide in legēda sctī Macharij. Quarto humilitas primū placat: q2 nihil sic placat hoīes sicut hūilitas: q2 inter supbos sēp sunt iurgia. Prouer. xiij. Vis vincere supbuz. humilia te ⁊c. Nota exemplū de libertino q̄ passus pcussionē ab abbate suo cū scabello suppedaneo patientiā humiliter exhibuit. ⁊c. Vñ hūilitas sua facta est magistra magistri vt refert Greg. in. j. dialog. Ideo Prouer. xv. Rñsio mollis frangit iram sermo durus suscitat furorem. ¶ Scdo notatur admiranda sctitas: Sanctitas est duplex. Prima q2 bō est sanct9 in se: s3 nō effundit illā ad alios: sicut fuit sancti heremite. De qb9 dicit Hieroñ. Sancta quippe rusticitas solū sibi pdest. Alia est sanctitas q̄ nō solū in se: sed etiā in alios effundit. Hāc habuit virgo: ⁊ h̄ ostendit in scda pte euangelij Et factū est vt audiuit salutatiōe3 marie Helisabet exul. infans in vte. eius ⁊ repleta ē spūsctō. exclamauit voce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres ⁊c. vsq3 infans in vtero meo. Vbi notandū q q̄tuor effect9 ptulit huius salutatio ex vigore sanctitatis virginis gloriose. duos i matre: ⁊ duos in filio. Prim9 in matre. s. Helisabet: q2 repleta est spūsctō: et in hoc fuit similis sanctitas vginis radio solis q̄ replet totā domū lumine ⁊c. Scd9 effect9: q2 facta est phetissa Helisabet. Vñ dixit. Bñdicta tu inter mlieres et bñdictus fruct9 ventris tui. Et vnde h̄ mihi vt veniat mater dñi mei ad me. In filio vero sc3 in Joanne baptista primus effectus fuit sctificatio in vtero. Sicut em̄ verbu3 sacerdotis baptisantis sanctificat aiam baptizati: sic verbū virginis salutātis sanctificauit aiā3 Joānis baptiste. Vñ dicit. Ecce enim vt facta est vox salutatiōis i aurib9 me. exul. infans in gaudio in vtero meo. Scd9 qa etiā phetie spm̄ accepit cognoscēs i vtero filium dei pter hoc etiā dr̄ plusq3 pph̄a: q2 anteq3 nasceret fuit pph̄a. Vide supra versi. ij. gaudet ⁊c. Et ideo exultauit faciens reuerentiā ⁊ inclinās se filio dei in vtero virginis existēti. Nota practice sicut scripsi supra in pfesto Joānis bapti. sermo. sanctī Vincentij: q̄ incipit. Magn9 dñi erat cū illo. parte. iij. ⁊c. Moraliter. ex h̄ habem9 exemplū q nō solū nobis debem9 esse boni sed etiā primis: iuxta illō Apoc. vl. Qui audit dicat veni. Et Eccli. xvij. Dc9 mandauit vnicuiq3 de primo suo vnde mulier d3 trahere virū ⁊ ecōtrario. Saluabit em̄ vir infidelis p mulierē fidelē. Et saluabit mlier infidelis p virū fidele3. j. Cor. vij. Sic pat trahat ad deū filiu3: ⁊ ecōtrario. Sic seruus dñm/ primus primū suū/ pret sertim hoc tpe: q2 videt3 q dñs visitat vos Sic facit de9 nobis: sic facit mulio seu burdonarij bestijs itinerantib9 q̄ si pigre sunt ad itinerandū vel deuiant a via. Primo excitat eas vocib9 dicēdo. Anda. vt Arri. ⁊c si nō mouent pungit ⁊ verberat. Sic de9 huc vsq3 verbo vos excitauit p pdicatores q̄ sunt nuncij dei: qb9 dixit dñs. Nō enim vos estis q̄ loquimini: sed spūs patris vestri q̄ loquit in vobis Mat. x. Sed pauci ex vobis fuit correcti. Quis vsurari9 nedū restituit: sed et dimisit exercere vsuras: q̄s cōcubinari9 cōcubina3: Nota hic incidens de illo sacerdote q̄ mortu9 cū duab9 cōcubinis in lecto in capicio suo: ⁊ tñ sepultus est in ecclia: cū debuisset in sterquilinio sepeliri

feliri/nec p ipsis orari:iuxta nota.xiij.q.ij. Pro obeuntibus. Et de sepul.c. Ex parte. Et de statu mo.c.ij.§.qui vero. Et.c. Sup quo dam. Quis blasphemias. Quis in festis precipuis opera seruilia? Que mlier caudas z fastus suos? Idcirco dns vos pderat ifir mitatibus:z vereor ne peiora patiamini i fu turum. Ve g illis qui nō corrigūt zc. Jō dico vobis cū psalmista. Hodie si vocē ei⁹ audieritis:nolite obdurare corda vestra zc ¶ Tertio notat pfecta credulitas. Unde dicit: Beata q̄ credidisti.q:perfi.i te que dicta sunt a domino Aug.in li.de vginitate. Beatior fuit maria pcipiendo fidem christi q̄ cōcipiendo carnē christi. Nihil ēt Marie materna pinquitas pfuisset:nisi cū felicius corde q̄ carne gestasset. Hec il le. Moraliter. pfecta credulitas debet ha bere quattuor.

Primo cor
Scdo os
Tertio opus
Quarto finem

¶ Primo cor:q: alias est ficta. Joan.iij. Qui nō credit:iam iudicat⁹ est. ¶ Scdo os:q: necesse est ore exprimere:psertim tpe psecutiōis:q: sicut lumē in laterna extin guit nisi spiret exti⁹:sic fides nisi exti⁹ pfi teat. Nota q̄stionē de aliq̄ qui in barbaria timore ductus abnegat fidem christi ore sed nō corde:q: si in h statu decedit:dānat Ro.x. Corde credit ad iustitiā:ore aūt cō fessio fit ad salutē. ¶ Tertio ope:q: als si nō obedit diuinis mādatis abnegat deū z christū.z ideo infidelis est. Un Hieron. sup epistola ad Titū.z habet in decret.xj q.iij. Estimāt quidā in eo tantū deū nega ri si in psecutiōe quis a gentibus cōprehen sus se ɔfiteri renuerit esse christianū. Ecce Apostolus Titū.j. Omnia que puersa sūt factis deum asserit negari. Christus sapi entia est/iustitia/veritas/sanctitas/forti tudo. Negat p insipientiam sapientia/per iniquitatem iustitia/per mandatum veri tas/per turpitudinem sanctitas/per imbe cillitatem animi fortitudo. Quotienscūq̄ vicimur vitijs atq̄ peccatis. totiens deū negamus. Et econtrario:quotiens bonū qd agimus deum confitemur. Hec ille. ¶ Quarto finem.i.pseuerātiā vel finē.i. vt propter deum fidelis credat z operetur

Ascendens in nauiculā transfretauit ꝛ venit in ciuitatē suam. Mat.ix. Et in euāgelio ꝓximo pterite dominice. Licꝫ fm intellectum litteralē verba ꝓposita intelligant̄ de dn̄o nostro Jesu chꝛo: tamen fm intellectum moꝛalem: intelligo illa de sancto Placido/cuius hodie festum agimus. Dicamus ergo sic. Beatus Placidus ascendēs in nauiculā ꝛc̄. Pꝛo fundamēto sermonis oꝛitur q̄stio theologicalis. Queritur vtrū ad ciuitatē vite eterne ingrediendaꝫ requirat̄ nauicule innocentie baptismalis ingressus. Arguit̄ ꝙ non. Multi intrauerūt ciuitatē vite eterne: vt puta. Adam ꝛ Eua: ꝛ ꝗplurimi aliꝗ. q̄ non fuerunt baptizati. igitur. Item quicquid deus pōt facere mediante causa secūda: potest etiā facere sine ea: sed deus pōt facere ꝙ homo sine innocentia baptismali sit saluatus/qui est omipotens. Igitur. Item si ingressus innocētie baptismalis ad ciuitatē vite eterne ingrediendaꝫ esset requisitus: aut esset ꝓ pꝛedestinatꝭ: aut ꝓ pꝛescitis: sed nullum istoꝝ est dicendum: quare pꝛesciti damnabunt̄ et pꝛedestinati saluabunt̄. igitur. In oppositum. Nullus potest ingredi ciuitatē vite eterne/nisi sit in statu gratie: sed stat⁹ gratie non pōt haberi sine innocentia baptismali. ergo ad ciuitatem vite eterne ingrediendā requirit̄ innocentia baptismalis ingressus: ꝛ sic q̄stio manet ꝓ vtraqꝫ parte dubia. Ad q̄stionē respondeo/ꝙ innocentia baptismalis potest considerari tripliciť. Pꝛimo modo ꝓ innocentia baptismali que habet̄ per baptismum aque. ꝛ sic ad dubium dicit̄/ ꝙ semper non fuit requisita: ex quo plurimi fuerunt saluati sine tali innocentia baptismali. licet nunc sit requisita paruulis: quia habet̄ Joan.iij. nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua et sp̄ūsancto/nō potest intrare in regnum celoꝝ. Ait etiam Aug. in lib. de fide ad Petrū. Et habet̄ de ꝯsecratōe dist.iiij. Firmissime tene: paruulos q̄ cum in vteris matrum viuere incipiunt: ꝛ ibi moꝛiunt̄ vel de matribus nati sunt sine sacramento baptismi de hoc seculo transeūt eterno supplicio puniēdos. Ait magister sentē.in.iiij.dist.iiij. Et sicut paruuli qui sine baptismo moꝛiunt̄ infideliū ascribuntur numero. Ita qui baptisant̄ fideles dicuntur/qui a fidelium ꝯsoꝛtio non separantur. Ait etiā magister sententiaꝝ ibidem: paruulis em̄ non sufficit fides ecclesie sine sacramento/qui si absqꝫ baptismo fuerint defuncti etiaꝫ cum deferunt̄ ad baptismū damnabunt̄. Illa etiam est necessaria adultis quia si moꝛiunt̄: ꝛ potuerūt illam ingredi ꝛ non ingressi sunt damnabuntur. Secundo de innocētia baptismali que habet̄ per baptismum sanguinis. de quo habetur Joan.ij. Baptismo hoc habeo baptisari. Et iste est baptismus potissimus. de consecra. dist.iiij. ꝛ loquendo de ista innocentia dicitur ad dubiuꝫ: ꝙ innocentia baptismalis ꝑ baptismum sanguinis habita non requirit̄ ad ingrediendam ciuitatem vite eterne. Tertio de innocentia baptismali/que habet̄ per baptismum flaminis: siue spiritussancti. de quo habet̄ Actuū.ij. vos autē baptisabimini spiritusancto. Et loquēdo de tali innocentia baptismali dicitur ad dubium: ꝙ innocentie baptismalis ingressus ad ingrediendū vite eterne ciuitatem/est requisitus adultis habentib⁹ vsum rationis. licet non sit requisitus pueris. Ideo est concludendū ꝙ ingressus innocentie baptismalis/siue per aquam facte/siue ꝑ sanguinem/siue ꝑ spiritum ad ingrediendam vite eterne ciuitatem est requisitus. Et ad pꝛimū argumētum dicitur ꝙ procedit de baptismo flaminis: qui habet̄ ꝑ fidem. Et ad scd̄m dicitur: ꝙ pcedit de potestate absoluta ꝛ nō oꝛdinaria. Ad tertium dicit̄: ꝙ deus pꝛedestinat. sciendo ipsum baptismum suscepturum quēꝫ suscepit sanctus Placidus. Juxta verba: ꝛ sic de aliꝭ. Pꝛo huius ergo declaratione moꝛali: quero quid nā per ciuitatem istam: quidue per nauiculā designetur? Ad pꝛimam ergo questioneꝫ: dicendum ꝙ per ciuitatem istam intelligitur vita eterna. Ratio sumitur ab allusione vocabuli. Ciuitas em̄ dicitur ciuium vnitas. Unitas dico non solum in habitatione: sed etiaꝫ in concoꝛdi voluntate. Et

ex hoc sequitur/q̃ ꝓprie loquẽdo nulla põt vere dici ciuitas in hoc mundo. quia nunq̃ fuit nec ẽ alicui ciuitas aliqua/villa vl castrum in qua nõ fuerit/vel sit aliqua dissensio inter ciues ex emulatione vel alia causa presertim in Cathania ꝛc̃. De qua potest dici illud. ps̃. liiij. Vidi iniquitatẽ ꝛ contradictionem in ciuitate tota die sup per muros eius. Muri intelliguntur nõ insensibiles prout verbum sonat: sed intellectuales: scilicet ciues. Nota exemplum de Alexandro querẽte ab Aristo. magistro suo de modo defendendi ciuitatem ꝛ manutenendi eam ꝛc̃. Qui respondit q̃ edificet fortissimos muros. i. animos ciuium ipsos beneficijs alliciendo ꝛc̃. Iniquitas ꝛ labor in medio eius ꝛ iniustitia: ꝛ nõ defecit de pla. eius vsura ꝛ dolus. Declara. Vide in die pentecostes sermo. qui incipit Spiritum veritatis mundus non potest accipere. Nec solum hec/sed quecũq̃ ciuitas est ꝛ fuit: vnde etiam romam quã totus mũdus destruere nequiuit: vermis emulationis corrodit. Unde Lucan⁹. Liuor edax tibi cuncta negat. Et in ꝑncipio libri. Bella p emathios plusq̃ ciuilia cãpos Iusq̃ datum sceleri canim⁹ populũq̃ potentem In sua victrici conuersũ vl scera dextra. ¶ Proprie ergo loquendo illa sola dicit ciuitas/in qua nulla est dissensio: sed est concors inter ciues ꝛ vna voluntas. Et que est talis: nisi superna ciuitas. de qua dicitur. ps̃. Qui habitare facit vni⁹ moris in domo. Item alibi. Qui posuit fines tuos pacem ꝛc̃. Ratio est: quia domin⁹ est in ea ciuitate/ꝛ in quolibet ciue. Ezech. vlti. Nomen ciuitatꝫ ex illa die dñs ibidem amẽ. Ad hanc ergo ciuitatẽ oportet nos ꝑ nauiculã transfretare flante austro spiritussancti. ¶ Sed quero secundo que est ista nauicula. Notandũ ẽ q̃ quattuor sunt nauicule/ꝑ quarũ vnam oportet nos transfretare in ciuitatẽ illam ꝑ mare hui⁹ mundi. de quo. ps̃. Hoc mare magnũ ꝛ spa. ma. il. rep. quoꝝ nõ est numer⁹. Animalia pu. cũ ma. illic naues per transibunt. Nota. Naues in plurali: quia sunt quattuor.

Prima est nauicula innocentie baptismalis.

Scḋa est nauicula patientie ꝑtualis.

Tertia est nauicula obedientie gñalis.

Quarta est nauicula sufferentie martyrialis.

Quelibet autẽ istaꝝ nauiculaꝝ habet decem remos: qui significant per decẽ litteras que sunt in qlibet dictione dictaꝝ q̃ttuor. Et cum quarta nauicula transfretauit beatus Placidus in ciuitatẽ suam. nõ ꝑ naturam quia hoc modo solius chr̃i est sed ꝑ adoptionis gratiã. Rom. viij. Accepistis spũm adoptionis filioꝝ quo clamamus Abba pater. Dic de istis quattuor sicut scripsi post festum trini. fer. xlviij. ꝑter ea que infra dicunt. ¶ Per primã nauiculam innocentie baptismalis transfretant pueri baptizati solum: q꞉ de adultis null⁹ nisi christus ꝛ virgo Maria: quia omnes peccauerũt saltem venialiter. j. Ioã. j. Si dixerim⁹: quia pec. nõ ha. ipsi nos sedu. et ve. in nobis non est. De hac naui dicitur. Prouerb. vlti. Facta est quasi nauis institoris: de longe portans panem suũ. Nota Institoris. i. mercatoris qui est christus: qui venit ad nũdinas hui⁹ mundi. ꝑ emendis ꝓciosis mercibus animaꝝ precio sanguinis sui: ꝛ arram dedit in die circũcisionis. Totum autẽ residuũ precij soluit in die veneris sancta sup mensã siue bancũ crucis. neq̃ em̃ aliud pciũ condignum erat tot ꝛ tantis/ꝛ talibus mercibꝫ. Mar. xvj. Quid em̃ ꝓficit homini si lucret vniuersum mundũ: anime vero sue detri. patiatur. Aut quã dabit homo cõmu. ꝑ anima sua: quasi diceret nullã. Nota practice quia si ponerent ex vna pte om̃ia elemẽta ꝛ om̃es celi/ꝛ sidera cũ luna ꝛ sole ꝛ etiã corpalia. ꝛ ex altera vna anima/incõparabiliter anima excellit corpales creaturas. Solus ergo sanguis christi fuit cõdignũ precium. j. Pet. j. Non corruptibilibꝫ auro: ꝛ argento redempti estis de vana vr̃a cõuersatione paterne traditionis: sed preciosa sanguine q̃si agni imaculati ꝛ incontaminati. Ecce quare dicit/institoris. Sequitur. de longe portans panẽ suũ. i. gratiã ꝛ gloriam. de longe. i. de celo: quia de celo fuit innocentia baptismalis data ꝛ ꝑdicata a christo: qui descendit de celo. Io. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritusancto: nõ potest introire in regnũ dei. Huius autẽ nauicule sunt decem remi. i.

decem verba forme baptismalis. Hic illa. et notantur in hoc noie innocentia: in quo sunt decem littere. ¶ Secunda navicula est penitentia virtualis. Virtualis dico: quia multis causis potest homo penitere: sed vna tantum est virtuosa. Potest enim homo penitere propter penam perditionis fame. Aut propter timorem mortis etc. Sicut mulier adultera vel fur/qui ducitur ad furcas: sed non est virtuosa: nisi propter offensam dei etc. ps. Tibi soli peccaui etc. De hac naui potest intelligi illud. Sap. xiiij. Transeuntes mare per ratem liberati sunt. Nota. Per ratem, id est penitentiam que est necessaria: alias dicit christus. Luc. xiij. Nisi penitentiam egeritis/omnes simul peribitis. Per penitentiam vero remittuntur peccata a deo/et hec remissio est de qua habetur figuratiue in euangelio illo de quo sumptum est thema proposi tum in sanatione leprosi. Penitentia ergo est nauis per quam transfretamus in ciuitatem supernam. Matt. iiij. Penitentiam agite: appropinquabit enim regnum celorum. Huius etiam naucule sunt decem remi. i. decem opera penitentialia que vide in sermo. vbi supra. que decem remi notantur in hoc nomine Penitentia in quo sunt decem littere. ¶ Tertia est obedientia generalis. Ideo dico generalis. quia Qui totam legem seruauerit offenderit autem in vno: fac. est omnium reus Iaco. ij. Et habet decem remos. i. decem mandata decalogi. Hic illa/que etiam notantur in hoc nomine. Obedientia: in quo sunt decem littere. De hac naui loquitur. Mat. viij. Ascendente Iesu in naviculam: secuti sunt eum discipuli eius. Nota in nauiculam. s. obedientie: quia ipse christus fuit ita obediens patri/quod potius voluit perdere vitam quam obedientiam. Phil. ij. Factus est obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. Nota. Secuti sunt eum discipuli eius. sed per veram obedientiam. specialiter religiosi: quia non solum mandatis: sed etiam consilijs ad que ex professione obligantur. sed tenentur ebrim.

¶ Quarta naucula est sufferentia martyrialis. Et habet decem remos. i. decem operas/que sunt decem temptationes quas patiuntur martyres: quas vide et notantur in hoc nomine Suferentia cum vno f scripto etc. De hac naucula potest intelligi illud Mat. viij. Motus magnus factus est in mari/ita vt naucula operiretur fluctibus. Et hoc dicit propter magnos fluctus temptationum et tribulationum: quas martyres patiuntur: de quibus tamen liberantur a deo. Ideo dicitur de eis. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione: et lauerunt stolas suas in sanguine agni. Apoc. vij. Per hanc ergo nauiculam beatus Placidus transfretauit mare huius mundi vel mortis: et venit in ciuitatem suam. s. vite eterne. Hic historiam etc.

¶ In festo corporis christi: vbi agitur de mysterijs misse. Sermo. XCI.

Hoc facite in meam commemorationem. i. Cor. xj. Pro fundamento sermonis qui est de corpore christi oritur theologicalis questio.

¶ Queritur vtrum virtute sacramenti sit corpus christi sub qualibet parte hostie consecrate. Arguitur quod non. partes corporis christi distincte sunt et ordinate: sed si omnes essent simul sub qualibet parte hostie essent inordinate et confuse. Ergo corpus christi non est totum sub qualibet parte hostie. In oppositum arguitur. ait Innocentius de officio misse parte. iij. c. ix. Reor salua fidei maiestate: quod vbi panis est consecratus sub tota specie: Totum corpus existit: sic enim miraculose totum corpus singulis partibus continetur Et parum post sequitur: quoniam in quacunque partis species diuidatur sub singulis partibus totus est christus. Ait etiam Ambrosius et habetur de consecra. distin. ij. in hostia consecrata est tota deitas vere illud corpus quod sumptum est de virgine: quod passum est: quod sepultum est: resurrexit: et ascendit in celum: et sedet ad dexteram patris: cuius virtute pagere possumus viam huius vite: et expedire: et exire de manibus inimicorum ad celestem patriam. Modo hostia comprehendit omnes partes eius. ergo virtute sacramenti sub qualibet parte hostie est corpus christi. Et sic questio manet pro vtraque parte dubia.

Ad questionem respondendū est fm Ri-
chardum de media villa: super. iiij. sentē.
distincti. x. articu. vj. q. j. q corpus christi
totum est sub qualibet parte hostie. si em̄
pars et non totum esset sub parte: sequere
tur q corpus christi cōmensuraretur ho-
stie. Contentum enim cuius vna pars est
sub vna parte cōtinentꝫ: et alie partes sub
alijs partibus: cōmensurantur continen-
ti. Corpus autem christi spēi commensu-
ratur: nec ex his dictis sequitur. corpus chri
sti in sacramento contineri ab infinitis q
quia quamuis cōtinuum sit diuisibile in
partes sine fine tantum: cum sint in conti
nuo nō habent actualem distinctionem in
ter se. nec sunt actu plura: sed vnum. vnde
non dicim9 animā esse in ifinitis in actu:
quamuis sit in qualibet parte corporis to
ta. Concludendū est igitur: q virtute sa-
cramenti est corpus christi sub qualibet
parte hostie. q patet: quia corpus est ibi p
hoc q panis transubstantiatur in ipsum: sed
quelibet pars panis est panis: ergo post
transubstātiationē sub qualibet parte spe
ciei est corpus totum. Ad argumentum
dicitur q partes corporis christi habent
esse distinctum: et ordinatum in suo toto:
sed non per cōparationem ad speciem con
tinentem. vnde ex hoc non sequitur q par
tes corporis christi sint inordinate et con-
fuse. de quo corpore fit sermo. Iuxta ver-
ba preassumpta. et sic de alijs. In presen-
ti habeo predicare de quadā materia mul
tum deuota et inusitata scꝫ d vita domini
nostri Iesu christi: quomodo tota est fi-
gurata et representata in missa ex triginta
operibus principalibꝫ que fiunt in missa fi
gurantibus. xxx. opera vite christi princi-
palia: quia om̄ia opera que christus fecit
in vita sua non possunt comprehendi sub
certo et determinato numero. Auctoritas
Sunt et alia multa que fecit Iesus: que si
scribantur per singula / nec ipsum arbitror
mundum capere eos qui scribendi sunt li-
bros Ioan. vlti. Ideo non intelligatis q
velim dicere omnia secreta misse que sunt
infinita: vt atomi in radio solis: sed dicaꝫ
opera principalia que christus fecit in hoc
mundo pro nostra redemptione: que vt di
xi sunt triginta opera. ¶ Primum opus
christi quod fecit pro nostra redemptione
est sua sacratissima incarnatio: quādo vo-
luit de celo descendere / et secrete vterū vir-
ginis intrare / et vestem humanitatꝫ indue
re. ps̄. Descendet sicut pluuia i vellus etc̄.
Et licet psona filij sola fuerit induta: tamē
omnes tres psone fuerunt induētes scꝫ pa
ter / et spiritussanct9. sed filius fuit induēs
et indutus. Istud opus mirabile figuratur et
expressatur in missa solenniter celebrata:
quando prelatus / papa / vel episcop9 descē
dens a suo palatio intrat sacristiam / et se-
crete induitur a tribus: scꝫ a se: diacono: et
subdiacono: sicut christus intrauit sacristi
am vteri virginalis qui est papa et sacer-
dos in eternum fm ordinem Melchise-
dech. O qualis sacristia et quot sanctas re
liquias continet: in hac fuit christus indu
tus. Modo cōtemplamini hic modicum
quando sacerdos debet missam celebrare
induitur septem vestimentis secrete. Pri-
mum est superpelliciū. Secundū amict9.
Tertium alba. Quartuꝫ cingulū. Quin
tum manipulum. Sextum stola. Septi-
mum casula. Ista significant septem ve-
stes. i. virtutes / vel dona christi. De qbus
Esa. xj. Egredietur virga de radice Iesse
et flos de radice eius ascendet: et requiescit
super eum spiritus domini / spiritus sapi-
entie et intellectus / spirit9 con. et for. spiri-
tus scientie et pie. et reple. eum spu. ti. dn̄i.
Itē de eisdē Esa. iiij. Apprehēderūt septē
mulieres virū vnū: id est septē virtutes spi-
ritussancti virū / a virtute virtuosū scꝫ chri
stū: ergo hoc facite i meā cōmemoratōeꝫ.
¶ Scdm opus fuit quando voluit nasci
de vtero virginali et exire in hunc mundū
cū magna claritate: et esse inter vginē ma
trē et Ioseph. Et voluit poni inter bouē et
asinū: angelis cantantibꝫ: Gloria in excel-
sis deo. Qd opus figuratur quando sacer-
dos indutus vestibus sacris / exit sacristiā
inter diaconē et subdiaconē figurantes vir
ginem et Ioseph. Acholiti vero figurant
bouem et asinū. Et chorus cantat Gloria
in excelsis vt angeli. Et pulsantur campa
ne: et sacerdos exit lete ostendēs q christ9
sine miseria matris exiuit vterū virginis
ornatus tanq̄ sponsus in die nuptiarum.
ps̄. In sole posuit tabernaculū suū. i. vgi-
nē matrē in puritate. Et ipse tanq̄ spons9
scꝫ optime ornat9 pcedēs de thalamo suo

¶ Tertiū opus christi mirabile fuit: quā
do octauo die voluit circūcidi que circūci
sio dabatᷣ ꝯtra pctm̄. Ideo est mirabile: q̄
voluit circūcidi cum nullū haberet pctm̄
quia sicut latroni amouenᷣ aures in signū
furti: ita dabatᷣ circuncissio in signuȝ furti
Ade. in q̄ licet chr̄s nō fuerit particeps:
tn̄ sicut pctōr voluit humiliari ad recipiē-
dum circūcissionē. Hoc opus figuratᷣ ⁊ re-
presentatᷣ a sacerdote/ qn̄ humiliatꝰ coraȝ
altari dicit ꝯfessionem ostendēs se pecca-
torē: ⁊ deponitᷣ gramiale in quo figuratᷣ a
motio seu depositio illiꝰ pellicule chr̄i ⁊c̄.
Et fuit verificatū verbum apl̄i dicentis.
Misit deus filiū suū in similitudinē car-
nis pcti. Ro. viij. Non dicit in carne pcti:
sed in similitu. carnis peccati: ad insinuan
dum ꝙ habuit veraȝ carnē: sed nō carnem
pcti ⁊c̄. ¶ Quartū opus chr̄i: quando ab
oriente ꝑduxit tres reges/ vt eum adora-
rent offerētes ei aurū: thus: et myrrham.
Hoc opus figuratᷣ a sacerdote/ quādo cō-
ram altari inclinatᷣ dicens. Aufer a nobis
cunctas iniquitates nostras: vt ad sancta
sanctoꝝ puris mereamur mentibꝫ introi-
re. Altare representat chr̄m. Sacerdos:
diaconus: ⁊ subdiaconꝰ: representāt tres
reges. Et primo offertur thus deuote ora
tionis di. Aufer a nobis dn̄e ⁊c̄. Secūdo
aurū reuerende adorationis. Tertio myr
rha signādo se signo crucis in memoriam
christi amare passionis: quasi di. Memo
ria memor ero ⁊ tabescit in me aīa mea.
Thren. iij. ¶ Quintū opus fuit: quando
in tēplo voluit p̄sentari a virgine matre et
in ꝯspectu oim̄ a sancto Simeone ⁊ An-
na ꝓphetissa comēdari ⁊ laudari. Hoc re-
p̄ntatᷣ a sacerdote/ qn̄ in cornu altaris dici
tur Introitus. vbi congregantᷣ om̄es mi-
nistri sicut ꝑplus ꝯgregabatᷣ in p̄sentatiōe
christi. Et sicut Simeon fecit vnā canti-
lenā quattuor columbaꝝ di. Nunc dimit
tis seruū tuum dn̄e ⁊c̄. Sic sacerdos tūc
dicit q̄ttuor. Primo introitū. Scd̄o Ky-
rieleison. Tertio gl̄ia. Quarto orationes.
¶ Sextuȝ opus fuit fuga egypti/ timore
herodis vbi fuit septem annis: quasi exul
cum virgine Maria et Joseph nutritio.
Istud opus representatᷣ: quādo dicitᷣ epl̄a
q̄ sacerdos recedit de altari cum diacono
⁊ acolytho, ⁊ vadit sedere ad presbyteriuȝ.
Et ibi facit septē. Primo dicit epl̄aȝ. scd̄o
responsoriū. tertio alleluia. quarto ꝓsam.
q̄nto ibi ministratᷣ in calice materia sacri-
ficij. sexto benedicit incensum ꝓ euāgelio.
septimo dat benedictionē diacono euāge-
lium dicturo. ¶ Septimū opus fuit re-
uersio de egypto: ⁊ post quando fuit duo-
decim ānoꝝ remāsit solus in tēplo perdi-
tus a matre. Hoc representatᷣ in sacerdo-
te/ quādo de presbyterio reuertitᷣ ad alta-
re: vbi remanet solus qn̄ dicitᷣ euangeliū/
⁊ audit euangeliū: vt christꝰ audiebat do
ctores legis. Deinde dicto euāgelio veni-
unt ad sacerdotē diaconus ⁊ subdiaconꝰ:
q̄admodum venerūt ad christū virgo ⁊
Joseph ipsum ꝑ quirendo. ¶ Octauum
opus fuit: quia seruiebat in domo matris
dicit Lucas: ꝙ erat subditus illis: scȝ vir
gini matri ⁊ Joseph: q̄ filiꝰ hominis nō
venit ministrari/ sed ministrare: q̄ vt di-
cit Nico. de lira, etiaȝ iuuabat Joseph ad
seruiendū. Hoc seruitiū figuratᷣ a sacerdo-
te/ quādo dicto Credo ⁊ offertorio mini-
strat calicem ipsum offerendo dicēs. Su-
scipe sancta trinitas hanc oblationē ⁊c̄.
¶ Nonū opus fuit: quādo venit ad ba-
ptismū Joan. licet non indigeret sicut nec
circuncisione. q̄ purus erat et sanctissimꝰ
sed ad dandū exemplū nobis. Hoc signatᷣ
a sacerdote qn̄ dicit. Lauabo inter innocē
tes manus meas ⁊ lauat digitos: nō ꝙ iā
nō sit lotus: sed representat baptismū chr̄i
in hoc. ¶ Decimū opus est: quando post
baptismu imediate intrauit desertū ⁊ ie-
iunauit. xl. diebus ⁊. xl. noctibus. Matt.
iiij. ⁊ Mar. j. Et tunc orabat ꝓ nobis se-
crete. Hoc figuratur a sacerdote/ quando
post Lauabo inclinatᷣ ꝓfunde in medio
altaris dicens. In spiritu humilitatis ⁊c̄.
Deinde vertit se ad populū dicēs. Orate
fratres ⁊c̄. Innuens ꝙ illa oratio dirigitᷣ
ad populum: ⁊ dicunᷣ secrete sicut christꝰ
secrete et solus orauit: ⁊ debet tunc sacer-
dos ieiunare abstinendo ab om̄i munda-
na cogitatione. ¶ Undecimū opus fuit:
quando post ieiunium ⁊ orationē secretā
christus incepit alta voce predicare: quia
ante non predicauerat publice: sed post ie
iuniuȝ cepit Jesus predicare. s. fidem euā
gelicam ⁊ correctioneȝ peccatoꝝ. Et sicut
ipse p̄dicabat ore/ sic faciebat opere. Act.

f. Cepit iesus facere et docere. Opus fuit magne humilitatis: ac si rex faceret ordinationes quas ipsemet preconizando promulgaret/ vt maior fides daretur: ita fecit christus. Hoc opus figuratur a sacerdote/ quando alta voce cantando et eleuatis manibus incipit prefationem: in eleuatione manuum ostendit/ quod christus non solum verbo/ sed etiam opere predicabat. ¶ Duodecimum opus fuit/ miracula magna que faciebat ad confirmationem doctrine quam predicabat: cecos illuminando: infirmos curando: leprosos mundando: mortuos suscitando et cetera. Hoc figuratur a sacerdote: quando dicta prefatione dicit. Sanctus sanctus sanctus: ter dicitur sanctus: et semel dominus deus ostendens: quod miracula christi fiebant virtute trinitatis et vnius dei. ¶ Decimumtertium opus fuit/ quando tempore passionis instante cum discipulis suis fecit cenam/ in qua secrete fecit magnum sermonem apostolis: quem nos vocamus testamentum: et Joannes ipsum scripsit. Hoc opus figuratur in missa: quando sacerdos secrete solis ministris audientibus dicit. Te igitur clementissime pater et cetera. ¶ Decimumquartum opus fuit/ quando post cenam cum discipulis exiuit in hortum vbi orauit ter dicens. Pater si possibile est transfer a me calicem hunc et factus est sudor eius: sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. Et angelus domini confortauit eum: vt seruus animat dominum suum bellum ingressurum. Jstud opus trine orationis figuratur in missa: quando in canone iuxta consecrationem sacerdos facit tres cruces dum dicit Benedictam/ asscriptam/ ratam/ rationabilem et cetera. ¶ Decimumquintum opus fuit/ quando facta oratione venit multitudo iudeorum ad hortum: ad capiendum christum: et ducendum coram iudicibus vbi fuit sententiatus vt crucifigeretur: qui non appellauit: sed baiulans sibi crucem exiuit in eum/ qui dicitur caluarie locus. Hoc figuratur in missa/ quando sacerdos recipit hostiam et dicit. Qui pridie quam pateretur et cetera. Et facit signum crucis significans sententiam crucifixionis christi. ¶ Decimumsextum opus fuit executio ipsius crucifixionis. Dicatur practice. Hoc figuratur in missa/ quando a sacerdote eleuatur hostia consecrata/ non cum vna sola manu: sed cum duabus: quod inter duos latrones crucifixus est. Et hoc figuratur per duas manus: inter quas eleuatur corpus christi. Hostia figurat corpus christi album: quia sine sanguine. Deinde eleuat calicem in quo representatur quem christus obtulit deo patri eius sanguinem: in precium nostre redemptionis. ¶ Decimumseptimum opus fuit: quia existens in cruce non cessauit orare dicens. Hely hely et cetera. Dicit Hieronymus quod christus in cruce dixit hunc psalmum. Deus deus meus respice in me: cum sequentibus vsque ad illum versum. Jn manus tuas domine commendo spiritum meum: et sic dixit centum quinquaginta versus ad commendationem psalterii. vbi sunt centum quinquaginta psalmi. Nec curabat de oblocutionibus/ et derisionibus iudeorum. Nam aliqui dicebant. Si rex israel est et cetera. Alii. Alios saluos fecit et cetera. Alii. Vah qui destruis et cetera. Jpse autem semper continuauit suam orationem secrete et submisse. Hoc figuratur in missa: quando sacerdos post corporis christi eleuationem dicit. Vnde et memores domine, cum manibus in modum crucis apertis et cum silentio et cetera. ¶ Decimumoctauum opus: quia non solum voluit habere quattuor vulnera manuum scilicet et pedum/ sed etiam voluit habere latus perforatum et habere quinque plagas principales. Hoc figuratur in missa: quando sacerdos facit quinque cruces dicendo. Per ipsum et cum ipso et in ipso est et cetera. ¶ Decimumnonum opus fuit: quando in cruce alta voce dixit septem verba. Primum fuit rogando pro crucifixoribus dicens. Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Secundum fuit quando respondens latroni dixit. Amen dico tibi: quia hodie mecum eris in paradiso. Tertium fuit: quando dixit virgini matri que stabat iuxta crucem plena sanguine filii que quasi moriebatur pre dolore. Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Quartum fuit/ quando dixit deo patri. Hely hely et cetera. Quintum/ quia perdiderat totum sanguinem/ dixit. Sitio. Sextum consummatum est. Septimum/ Pater in manus tuas et cetera. Et inclinato capite quasi reciperet congerium a matre dicens. Mater ad deum sitis: expirauit. Hoc figuratur in missa: quando sacerdos alta voce dicit. Pater noster qui es in celis: in quo.

continent septem petitiones. Dic illas.
¶ Vicesimum opus fuit/quādo in morte humanitas fuit diuisa in tres partes. s. in animā que recessit. In corpus quod in cruce remansit. Et in sanguinē qui ad pedem crucis effusus fuit. Hoc figuratur in missa: quādo sacerdos in tres partes hostiam diuidit. Diuinitas autē nunq̄ fuit diuisa/nec ab aliqua parte separata/imo semp cum anima corpore z sanguine fuit diuinitas. Sicut si ego diuiderem ad radium solis vnum frustrū crystalli. Licet em̄ crystallus diuidatur: radius tamen solis non diuiditur nec separatur: imo claritas solis semper remanet cum qualibet parte crystalli diuisa. Idem ō claritate diuinitatis/que totam christi humanitatē replebat: q̄ humanitate diuisa in tres partes diuinitas remansit cum q̄libet pte zc.
¶ Vicesimūprimum opus fuit: quando multos conuertit in sua passione. Primo latronem di. Dn̄e memēto mei zc. Scdo centurionē quando dixit. Vere filius dei erat iste. Tertio totum populū cōmunē z simplicē. Dicit btūs Lucas. Et omīs turba eoꝝ/qui simul aderant ad spectaculum istud: z videbant que fiebant pcutientes pectora sua reuertebant. Luce. xxiij. Tres ergo conditiones gentium tunc cōuertit. Hoc figurat in missa cum dicitur ter. Agnus dei zc. In quibus petim⁹ remissionem peccatoꝝ: vt parcat nobis sicut pepercit illis percutiendo pectus. In tertio autem agnus dei petim⁹ pacem.
¶ Vicesimūsecundū opus fuit: quando post eius mortē anima nō statim ascendit in celum/cū potuisset ascendere si voluisset: sed ex humilitate voluit descendere ad inferos/z dare gloriā sanctis patribus/et inde eos voluit extrahere z liberare. Hoc opus figuratur in missa: quādo sacerdos dicto Agnus dei: pmittit descendere partem hostie in calicem que inebriatur sanguine sicut sancti patres fuerunt inebriati gloria diuine visionis. ¶ Vicesimūtertium opus: quādo deposito christi corpe de cruce per Joseph ab Arimathia z Nicodemū: virgo Maria ipsum recepit deosculans z contemplans/z flens dicebat. O porte paradisi zc. z sancte mulieres simul flebant zc. Hoc figuratur in missa: quādo sacerdos tenet corp⁹ chrī in manibus dicendo orationē. Dn̄e Jesu chre.
¶ Vicesimūquartum opus fuit: quando voluit sepeliri in monumēto nouo linteamine inuolut⁹ cū myrrha z aloe zc. Hoc figurat in missa: quādo sacerdos cōmunicat. Corpus em̄ sacerdotis monumentū est christi. Debet ergo esse nouum z mundum a luxuria z corruptione. Et creditur etiā q̄ sanguis christi effusus: iuxta crucē etiā fuit positus in monumēto: qd̄ figuratur quādo sanguis chrī sumitur a sacerdote: ꝓpter qd̄ corpus sacerdotis sanctius est illo monumēto lapideo/z irrationabili/z insensibili: in quo fuit positū corpus christi mortuum z inuolutū sine anima/z sine sanguine. Sed sacerdos sumit corp⁹ christi non mortuū sed viuum: impassibile z imortale: cū sanguine z cum aīa Jō zc.
¶ Vicesimūquintū opus fuit/eius gloriosa resurrectio de morte ad vitam gloriosam z imortalem. Hoc figuratur in missa quando sacerdos de medio altaris vadit ad angulum dextrum: per quod significatur vita beata. Cant. ij. Leua eius sub capite meo: et dextera illius amplexabitur me: in quā vitam beatam/christus tunc transiuit per gloriam corporis gloriosi qd̄ tamen assumpsit: quia gloriā anime ab instanti conceptionis habuit zc. Et diaconus inuenit corpale vacuū: sicut linteamina in chrī monumēto vacua fuerūt inuenta. ¶ Vicesimūsextū opus fuit: quando post resurrectionē. Primo voluit apparere virgini matri: deinde marie Magdalene z Petro z vltimo alijs apostolis. Hoc representat in missa: quando sacerdos dicta cōmunione vertit se ad populū dicēs. Dominus vobiscū: sicut christ⁹ dixit: pax vobis/consolando matrem z alios zc.
¶ Vicesimū septimū opus fuit: quando omnib⁹ apostolis simul cōgregatis apparens dixit. Pax vobis. Hoc figurat: quādo sacerdos de cornu altaris redit in medium/z vertit se ad populum dicens. Dominus vobiscum. ¶ Vicesimūoctauum opus fuit: quando debuit in celum ascendere dixit discipulis suis. Euntes in mundū vniuersum pdicate euāgeliū omī creature zc. Hoc figurat qn̄ dicit. Ite missa est. ¶ Vicesimūnonū opus fuit: qn̄ dedit potestatē Petro aplo vicario suo dicēs. Pasce oues meas. Et sic oībus quā-

dita sit et post. Reddite omibus debita: cui tributum/tributū: cui vectigal/vectigal Habet. Mat. xxij. Reddite q sunt cesaris cesari: et que sūt dei deo: ait Paul⁹. Tim. vlti. Quicūq sunt sub iugo servitutis dños suos dignos omi honore arbitrant: ne nomē dñi: et doctrina blasphemet. Scdo probatur ratiōe nō est em potestas nisi a deo sed q̄ a deo sunt: ordinata sunt: ergo omis potestas ordinata est/ordinatiōe diuia. Ita q̄ q resistit potestati dei ordinatōi resistit: sed q resistit ordinationi dei dānationē sibi acqrit: igitur. Alia ratio/seruire homini nō est culpa/nec malū imo meritoriū: ergo videt q ab illa seruitute non absoluant p baptismū: ergo cū sint christiani erūt serui alioꝝ. Ita etiā si christiani fiāt seruire tenētur. Et ad argumentū dicit: q nō est simile de lege mosaica: et de ꝯstitutione humana: q multū iuuat ad obseruationē legis diuie. Sequit ergo q christiani tenent subesse tyrannis/nisi in illis q̄ sunt ꝯtra deū. Caterina em noluit subesse tyrāno Maxentio: q hoc pcipiebat qd erat ꝯtra deū: sed ꝯtra eum viriliter disputauit: iuxta verba assump. et c. ¶ Inuenio q btā Catarina fuit in trib⁹ et strictis disputatiomb⁹: et in omibus deus dedit sibi victoriā.

Prima fuit secreta et domestica.
Scda fuit copiosa et physica.
Tertia fuit terribilis et tyrannica.

¶ Dico primo et c. Primo em disputauit cū matre sua. Scdo cū quodā scto eremita. Primo em disputauit cuz matre hoc mō. Nam btā Catarina habebat qttuor excellentias. Prima nobilitas: q filia regis cypri. Scda sapientia. Tertia pulchritudo. Quarta opulētia diuitiarum: ꝓpter qs fama ei⁹ longe lateq ꝑcrebuerat: adeo q filius impatoris romani voluit eā in vxorē ducere: ꝓpter qd misit ambassiatores ad matrē: q pater iam obierat. Mater ergo multū gauisa nūciauit hoc filie. q rndit q erat cōtenta. sed volebat prius euz videre. Sed mat replicat ei. Quō vultis ire romā vel q ipse veniat ad vos et c. Non esset licitū. Et btā Catarina dixit. Et nihil esset sapientia mea sicut fama dt: si ꝯtraherē matrimoniū cū quodā fatuo vel turpi et c. Negociatores nolunt emere vel conducere: nisi prius videant rem et c. Hic ꝯtra hunc defectum et quō multi decipiunt: q ducunt mlieres anteqꝫ ꝓbent et c. et laudant et c. et nihil est. Idem ecōuerso de mlierib⁹ erga viros. Et postea semp sunt male ꝯtenti et solēt: vt plurimū talia matrimonia maluz exitum sortiri: sicut in simili dicit tex. in. c. Requisiuit. de sponsalib⁹. Nec pōt rescindi ꝯtract⁹ mrimonij/etiā si dolus det causam ꝯtractui: ꝓpter reuerentiā sacramenti qd est insepabile. Extra de ꝯuer. cōiu. Ex parte. ij. Et. c. Veniens. in fi. ꝯuis secus sit in alijs ꝯtractib⁹: in qbus fit differētia. Utrū dolus dederit cām ꝯtractui/vel sit incidēs in cōtractu: vt in. c. Causam q. de emp. et vendi. Et. ff. de dolo. l. Et eleganter Et melius facit extra. qd metus cā. Cuz dilecti. Et de cōuer. cōiu. Dudū et c. Tūc mater dixit. Et quō respondebimus: et c. Dixit Catarina sicut placet vobis: q nū qꝫ ꝯsentiā. Mater vero anxia cogitauit: vt p quendā sctm eremitā ad mrimoniuz eam induceret. Eremita ergo inducebat eam ad hmōi mrimoniū ostendens bona q̄ sequerent et c. sed btā Catarina rndit: q volebat euz prius videre sicut dixerat matri et c. Tunc sanct⁹ eremita a deo inspiratus cogitauit tractare aliud matrimoniū Nam tunc btā Catarina adhuc erat infidelis. Dixit ergo eremita. Filia ego fuio cuidā dño nobilissimo: sapientissimo: pulcherrimo: cui⁹ pulchritudinē sol et luna mirant et c. velletis istū in sponsum: Respondit btā Cata. Prius vellem eum videre Tunc eremita: ergo ista nocte dormiat sola in camera vestra: et rogetis matrē ei⁹: scz virginē Mariā dicēdo et c. Et ego ex alia pte rogabo et c. Tunc btā Cata. tota philocapta de Jesu/recessit ab eremita et c. et fecit sicut dixit sibi eremita et c. Hic practice et c. Tunc virgo cum in menso lumine apparuit sibi/angelis et virginib⁹ associata ad quā visionem beata Cata. tota stupida facta est. Tū dixit ei virgo. Quare vocasti me. Quid vis: Tunc beata Catarina respondit: vt ostendatis mihi filiū vestrum: et virgo: placet mihi et eleuato mantello ostendit sibi Jesuz etatis. xiiij. vel. xv annorum dicens. Ecce filius meus: vultis eum: et c. Tunc beata Catarina tota ignita amore dei ait. O gloriosa domina: non sim eius sponsa: sed ancilla. Et virgo ad

filium. Et vos filii vultis eam? Respōdit nō: quia turpis est: et sic visio disparuit et ipsa remansit desolata de responso christi: cum reputaret pulcherrima feminarum mundi. Et de mane iuit ad eremitam narrans sibi omnia etc. Tunc eremita dixit. Vere dixit: quia estis turpis .s. in anima: quia in corpore estis pulcherrima etc. Sciatis enim q anima est ad imaginem dei: sed ex peccato originali deturpatur in vtero matris. Tunc beata Catarina dixit. Et vnde pcedit hoc pctm originale. Rndit eremita. Sciatis q pmi parētes nri vltra naturalia habebant quoddā donū supnaturale qd erat iusticia originalis etc. Et declarauit sibi causam peccati originalis etc. Tunc dixit btā Cata. O pater est ne aliq medicina vt possim lauari etc. Rndit sic. baptismus etc. Et sic ipsa reqrēre baptizata est: et dixit sibi q iterū eodem mō oraret de nocte sequēti etc. Et sic virgo sibi apparuit: et qn dixit ergo filio. Vultis eā? Rndit christus. ita: qr modo est valde pulchra: tunc potuit sibi dicere. Tota pulchra es amica mea et macula nō est in te. Cañ. iiij. Tunc ergo Maria tradidit annulū beate Catarine et desponsauit eam cum filio suo Magnum factū fuit: de nulla sancta tale legitur. Licet enim oēs sint sponse christi. n nō videndo christū nec cū annulo. Et ideo poterat dicere chrīs de ea. Hāc amaui et exquisiui a iuuētute mea. Et quesiui spōsā mihi eā assumere. Et amator factus sum forme illius. Sap. viij. Ecce prima disputatio in qua habuit victoriam. ¶ Secunda disputatio fuit physica etc. Hic historiā de imperatore Maxentio et quō disputauit cū qnqgīta rhetoribus. Potes dicere disputationē de fide: sic habetur supra. Primo de incarnatiōe filij dei. Secūdo de passione. Tertio de trinitate. Quarto de eucharistia. Quinto de veneratione: que fit imaginibus: ipsa reprehendente paganos q adorarent idola: Eo q etiā ipsi christiani adorāt imagines etc. Tūc fuit verificatū verbum christi qd dixit. Ego dabo vobis os et sapientiā: cui non poterūt resistere et cōtradicere omnes aduersarij vestri. Lu. xxj. etc. Hic historie residuū. Et quomodo rhetores conuersi ad fidem fuerūt martyrizati etc. Et fuerūt isti rhetores phi Unde de ea cantat. Falsa fide Catarina iudicem Maxentiū non formidat lex diuina sic fir. elo. q ḡfu. ex doct. doctores ḡetiliū. Victi christū cōfitent erroribus iudex iubet vt cre. nec pilis aut vest. ignis nocet: sed cor iniustis corporibus. vnde pōt conuenire beate Catarine: illō Hiere. xv. Si separaueris preciosum a vili: quasi os meum eris conuertent ipsi ad te/ et tu nō conuerteris ad eos etc. ¶ Tertia disputatio fuit fortior .s. tyrannica et terribilis. Videns imperator multorum conuersionē ad fidem: cepit adulatorie dicere beate Catarine. Tu decepisti istos phos cum tua eloquentia et scientia/ et mereris mortem: sed si vis adorare idola remittā tibi mortem et eris vxor mea: et faciam tibi imaginem etc. Videns ergo q nihil pficeret: fecit sibi qttuor argumēta terribilia. Dic hec. Primū fuit per locum ab dolore: qn fuit nuda posita in eculeo/ et cum scorpionibus etc. Dicat practice. Sed ad istum articulum respondit sibi btā Catharina per patientiam di. Nō sunt condigne passiōes cuius temporis ad futuram gloriam etc. Ro. viij. Scdm argumentum fuit p locum ab horrore: qn fuit posita in carcere tenebroso et fetido et frigido: et q nō daretur sibi cibus et potus xij. diebus: vt ibi moreret fame. Sz respōdit p confidentiā. Et venerūt angeli etc. Hic historiā. Et de conuersione regine et Porphirij cum. cc. militibus etc. Et poterat dicere cū Dauid. Dominus regit me/ et nihil mihi deerit etc. Tertiū argumentum fuit p locum a terrore: quando iperator credens q esset mortua etc. et videns eam iocundam et sanam etc. voluit occidere custodes. Sed ipsa phibuit di. q nō custodes: sed christus pūidit sibi etc. Tunc imperator fecit fieri duas rotas ad terrorem etiam aliorū christianorum. Sed beata Catarina respondit sibi per cōstantiam di. Ecce enim dominus adiuuat me: et dominus susceptor est anime mee. Quartum argumentum fuit per locum a timore: quia vt dicit philosophus. Omnium terribilium terribilissimū est mors: vñ iperator iussit vt amputaret sibi caput. Sed respōdit sibi p pseuerantiā etc Hic eius mortē vsq i finē etc. Et possumus de ea dicere. Ecce accesserūt angeli et ministrabant ei. Deo grās. Amen.

¶ In festo scti Alberti ordinis Carmelitarũ. Ser. LXXXVIII

Sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Lu. xi. Pro fundamento sermonis qui est de sancto Alberto. de q̃ dicit in themate: q deus sicut lucerna fulgoris eũ illuminat p suam gratiam: oritur theologicalis questio. ¶ Querit. Utrum deus omnes diligat generaliter. Arguit q nõ. Dilectio est ratio electiõis: ergo illos solũ diligit deus quos ab eterno elegit: sed nõ eligit oẽs indifferẽter: ergo nõ diligit oẽs generaliter. In oppositũ habetur Sap. xi. Diligis omnia dñe / et nihil odisti eorũ que fecisti. ergo deus oẽs diligit generaliter. z sic questio manet ꝓ vtraq3 parte dubia. Ad questionem respondendũ est fm Bona. sup. iij. sen. dist. xxxij. q. ij. q deus nõ dicit creaturã diligere rõne affectionis: s3 rõe cõicatiõis alicuius boni: ita q dilectio dei potius dicit eẽ dilectio effectus q̃ affectus. Cõicatio autẽ diuine bonitatis attendit in duplici genere effectus: videlicet in effectibus nature: z effectibus gratie. Effectus nature oibus est cõis. Effectus ꝟo grẽ non. Hinc est q dilectio dei quantũ ad effectũ nature est oibus cõis z generalis. z fm hanc dicit diligere oẽm creaturã: quantũ ad effectũ gratie est specialis: z quãtũ ad istum quosdã diligit / quosdã odit. Et ex dictis habet solutio argumenti. Et fm istũ effectũ grẽ dilexit sctm̃ Albertũ: iuxta verba ꝓassumpta: z sic de alijs. Pro declaratiõe verboꝝ z introductiõe materie ꝓdicande notandũ: q quãuis qlibet sctũs possit dici lucerna dei. sicut de Joan. bapti. di. ps. cxxxi. Paraui lucernã chro meo. Et Joã. v. Ille erat lucerna ardens z lucens. Tñ antonomastice z ꝑ excellentiã lucerna fulgoris di chrs fm q hõ. sicut di in filij de hoie chri: secus q̃ quãuis qlibet scti dicãt chri. ps. Nolite tãgere christos meos. Tñ antonomastice Jesus nazarenus di christus. ps. Dilexisti iustitiã z odisti iniqtatẽ: propterea vnxit te deus zc. Probat hoc rõne z auctoritate. Ratio que dat scientiã sumit a similitudine. Inuenit aũt quadruplex similitudo mystica siue allegorica: iter lucernã et christũ. Na3 in lucerna quattuor considerare possumus: que inueniunt in ea quãdo lucet. Primo nãq3 lucerna est testea. i. facta de terra. Scdo inuenit in ea lychnus albus de bombice: qui dicit vulgariter el sto pin. Tertio est lumen. Quarto est oleum: quo mediante ignis accendit z lucet. Sic in christo sunt quattuor. Primo nãq3 est testea. i. caro facta de terra: q2 sumpta est de massa Ade protoplasti. Non quidẽ per seminalẽ rõnem: id est per virtutẽ actiuam: sed ꝑ corpulentã substantiã: que qdẽ caro Ade est de tra formata. Gen. ij. Formauit igit deus hominẽ de limo terre: et per hec reprobat positio falsa Ualẽtini heretici: q̃ dixit corpus christi esse de materia celesti: z spm̃sanctũ attulisse illud in btã3 virginem zc. Innitẽs illi auctoritati apli di. Primus homo de terra terrenus: scds hõ de celo celestis. j. Cor. xv. Cui etiã errori applaudũt pictores zc. non tñ ex ꝑtinaria sed ex ignorãtia: z ideo ꝑ hoc nõ sunt heretici: q2 ꝑtinacia facit hereticum. xxiiij. q. j. Dixit apls. S3 hec positio falsa est reprobata ꝑ auctoritatẽ sancte matris ecclie. et etiã scripture dicẽtis in ꝑsona chri. Sum z ego mortalis homo: similis hominibus: z ex genere terreni illius qui prior factus est. Sap. vij. Nec obstat auctoritas apli in 2ºiũ allegata: q2 christus dicit hõ celestis: nõ quantũ ad naturã assumptã: sed quantu3 ad naturã assumentẽ: vel quantũ ad ꝟtutem formatiuã corꝑis / que fuit virtus spiritussancti: fm q declarat Tho. ꝑte. iij. q. xxxi. ar. j. Scdo in chro est lychnus albus bombicinus: z significat aiam que fuit z est alba. i. pura z munda ab omni nigredine z cõtagio pcti tam originalis q̃ actualis: iuxta illud Heb. vij. Talis decebat vt esset nobis pontifex sctũs innocẽs / impollutus segregatus a pctõribus z excelsior celis factus. Nota: sctus. i. oi grã plenus. Innocens: quãtũ ad maculam actualis pcti: iuxta illud. j. Pe. ij. Qui pctm̃ nõ fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Impollutus a macula originalis pcti: segregatus a pctõ. i. a massa peccatrice Ade. Et excelsior celis id est angelis factus. Tertio in chro ẽ lumẽ id est ꝟbũ dei: qd di splendor glie z figura substantie pris. Heb. j. Joan. j. Erat lux vera. Itẽ Joan. viij. Ego sum lux mũdi,

Quarto fuit oleū. i. grā spūssctī que quā uis sit vna in essentia: tñ triplex est in effectu: ꝛ ideo tripliciter vocatur. Uocat enim gratia singularis psone que fuit incōparabilis plenitudo. Joan. j. Plenū gratia ꝛ veritate. Per hanc enim repletus fuit omni grā ꝛ virtute preter fidem ꝛ spem. Scdo vocatur grā capitis: per quā est caput totius ecclesie. Ephe. j. Ipsum dedit caput sup omnē ecclesiam q est corpus ipsius. Et sicut a capite influunt in mēbra sensus ꝛ motus ꝛc. sic a christo in nos: qꝛ de plenitudine eius oēs accepimus. Tertio dicitur grā vnionis: qua fuit vnita humanitas diuinitati: iuxta illud Joā. x. Ego ꝛ pater vnū sumus. Et ideo notatur p oleū p qd fuit vnctus ipse ꝛ nos. ps. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre psortibus tuis. i. angelis ꝛ sanctis. ps. xliiij. Et heb. x. Patet ergo ratio similitudinaria pter quā christus dicitur lucerna.

Autoritas habetur Luc. xv. In parabola illa quā dominus ponit de muliere dicens. Que mulier habēs dragmas decem si pdiderit dragmā vnā: nonne accendit lucernam ꝛ euertit domū ꝛ querit diligēter donec inueniat ꝛc. Declara sicut scripsi post festū tri. dñica. xxiij. sermo. ij. pte. iij. Ista ē lucerna fulgoris. i. christus illūinauit ꝛ continue illuminat nos mirabiliter ꝛ multipliciter. Joā. j. Erat lux vera ꝛc. Et Joā. viij. Ego sum lux mūdi. Sancti aūt qui sunt serui christi: ita pceperunt ꝛ pcipiunt lumē christi: vt etiā alios suis exemplis illumināt. propter qd non solum dicuntur illuminati: sed etiam lux Ephe. v. Eratis aliquando tenebre: nūc autem lux in domino. Et Math. v. Uos estis lux mundi. non tamen dicuntur lucerna fulgoris antonomasice: quia solus christus dicitur hoc modo lucerna: vt dictū est. Sꝫ illuminando nos ad instar christi dicuntur nos illuminare: sicut lucerna: id est similes lucerne non equales. sed similes. Cū ergo beatus Albertus fuerit magnus seruus christi ꝛ homines multipliciter illuminauerit: ideo de eo dicit thema. Sicut lucerna fulgoris ꝛc. Patet thema. Pro introductione. Et pro psecutione vero ꝛ complemēto sermonis notandū: q beatus Albertus quattuor singulares radios emisit ad illuminādū nos ad instar christi. propter quod dicitur. Sicut lucerna ꝛc.

Primus radius est pfecte obedientie
Scds pure sapientie
Tertius pfunde humilitatis
Quartus pximalis charitatis.

In festo sancti Antonij de Padua. Ser. LXXXIX.

Inuocaui et venit in me spiritus sapiētie. Sap. vij. Pro fundamento sermonis: oritur theologicalis questio.

Queritur. Utrum sanctus Antonius scientiam ꝛ sapientiā de rebus humanis ꝛ diuinis simul habuerit. Arguitur q nō. ait phs: scientie secantur vt res. hoc est diuidūtur fm diuersitatē subiectoꝝ: sꝫ res diuine ꝛ humane create/ꝛ increate: sūma diuersitate differūt. igitur nulla sciētia/nulla sapientia/simul pōt esse d vtrisqꝫ. sequitur. In opposituꝫ sanctus Antonius habuit sapiēnā: sed sapientia est rerū humanaꝝ diuinarūqꝫ scientia. Ergo sanctus Antonius scientiam et sapientiam de rebus humanis et diuinis simul habuit. ꝛ sic questio manet pro vtraqꝫ pte dubia. Ad questionē respondēdū est fm Bonauen. super. iij. senten. disti. xxxv. in primo dubio ad litteram: q sapiētia capitur dupliciter. Uno modo capitur proprie: ꝛ sic sapientia dicitur cognitio causarum altissimaꝝ. Alio modo capitur cōmuniter: ꝛ sic cōprehenditur ꝛ includit cognitionem omniuꝫ: ꝛ hoc modo dicit phs: q sapiens de qualibet re sicutē inquirit cognoscere rationem: et hoc modo sapientia includit in se duas scientias ꝛ non solum illas que sunt de creaturis: verumetiaꝫ illas que sunt de creatore: et creaturis. Et quoniam nomine hominis potest intelligi omnis creatura cum ipse cum omnibus cōmunicet: hinc est q diffiniens sapientiā dicit ipsam scientiā esse rerum diuinarum ꝛ humanarū: id est ceterarum rerum creatarum. in quibus manifestatur summa sapientia dei. Et per hoc soluitur argumētū ꝛ concluditur. q sanctus Antonius habuit simul sapientiā ꝛ sciētiā: de rebꝫ hūanis ꝛ diuinis. Iuxta vba passumpta. ꝛ sic de alijs. Pro itroductiōe assumo mihi aucto

ritatē Jaco.j. Si quis vestrū indiget sa-
pientia postulet illā a deo/qui dat oibus
afluent: ꝛ nō improperat ꝛ dabit ei. Vel
ꝑ introductione dic/ꝙ q̄drͦuplex est sapiē
tia. Vide in sermone beate Margarete.
Pro cui⁹ intellectu notandū/ꝙ sicut ma-
gistra rerū experientia docet: quādo quis
vult aliquid habere recurrit ad illum qui
habet: nō autē ad eum qui non habet: q̄a
nemo dat qd̄ non habet. Non em̄ colligūt
de spinis vuas/aut d̄ tribulis fic⁹. Mat.
vij. Cum aūt aliquis pōt habere aliquid
boni petendo a donatore: si nō petat negli
gentie reus est. Modo ad ꝓpositum. Ve
ra sapientia a deo est: iuxta illud. Omnis
sapientia a dn̄o deo est: ꝛ cuz illo fuit sp̄:
ꝛ est ante eū. Eccl̄.j. ergo ab eo petenda.
alioquin negligentia imputat̄. Et ideo di
cit Jacob⁹ in auctoritate allegata. Si q̄s
vestrū ꝛc̄. Hoc ergo intelligens btūs An
tonius omnē.s. sapientiā esse a deo/tanq̄
a fonte infinite sapientie: q2 magnus dn̄s
ꝛ magna virtus eius/ꝛ sapientie eius nō
est numer⁹: cupiens esse sapiens postula-
uit illam a deo: ꝛ ideo obtinuit illā. Jd̄o
dicit ipse in themate. Jnuocaui ꝛc̄. Nota
dum dicit. Venit in me spiritus sapientie
Jste spiritus est spiritus sanctus/qui est
fons habens q̄nq̄ riuulos: sicut sunt q̄n-
q̄ sapiētie/siue q̄nq̄ differētie sapientiaꝝ.
Vide in sermo. de beato Thoma de aqui
no: ꝛ ꝓsequere illas sicut ibi habet̄. Et ad
apta eas ad beatū Antoniū/sicut infra di
cetur. ¶ Primā sapientiā apostolicā que
consistit in voluntaria paupertate habuit
btūs Anto. Nota primo quō fuit oriun-
dus de ciuitate Vlixbona d̄ regno portu
gallie: ꝛ vocabat̄ primo Fernandus. Et
volēs paup̄ esse voluntari⁹: ingressus est
ordinem canonicoꝝ regulariū bti Augu.
Volens aūt in altiori viuere paup̄tate in
gressus est ordinē minoꝝ hoc modo. Cū
em̄ tp̄e suo aliqui frēs minores eēnt mar-
tyrio coronati: ipse tanq̄ elephas eoꝝ san
guie accensus desiderabat illū ingredi: vt
posset sanguinē etiā suuz ꝓ christi noie ef-
fundere. Cum ḡ esset in quodā monaste-
rio scte crucis de Colibria: venerūt quidā
fratres minores/sicut soliti erant ꝓ elemo
syna postulando ad illud monasteriū. vn̄
cū illis habito colloquio btūs Anto. de-
liberauit habitū illuz assumere: ꝛ sic habi
ta q̄nis cum difficultate licētia ab abba-
te assumpsit habitū ordinis. b. Francisci.
Quidā autē canonic⁹ regularꝫ illi⁹ mona
sterij sibi valde indignans. Vade inq̄t: q̄a
forsitan sanct⁹ eris. Cui humilit̄ r̄ndens
Antoni⁹ ait. Cum me sctm̄ audieris deū
penitentiam remissibile? Ubi pro complemento materie nota tres conclusiones secundum mentem Thome. parte. iij. q. lxxxvj. ar. j.

Prima cōclusio erit affirmatiua ex parte obiecti.

Secunda conclusio erit negatiua ex parte subiecti.

Tertia conclusio erit etiam negatiua ex parte adiecti.

¶ Prima ergo conclusio erit affirmatiua: ex parte obiecti penitentie qđ est peccatum: qđ respicit actus penitentie: quia peccator dolet de peccato. Conclusio est ergo ista. Qđ ex parte peccati omne peccatum est per penitentiam remissibile: et hoc duplici ratione. Primo ratione diuine misericordie que est infinita: iuxta illud Joelis. ij. Cōuertimini ad dominum deum vestrum: quia benignus et misericors est: patiens et multe misericordie et prestabilis super malitia. Item alibi. Derelinquat impius viam suam: et vir ini. co. et re. ad do. et mi. e. et ad de. n. q. mul. est ad ignoscendum. Esa. lv. Item. ps. Miserationes eius super omnia opera eius. Nota. Super omnia opera eius. ps. Opera manuum eius/veritas et iudicium. Licet iustitia dei sit infinita. sic et potentia: bonitas et sapiētia: et quicquid est in deo: sit infinitum: eo quia quicquid est in deo/est ipse deus: quia non est compositio in eo subiecti et accidentis: nec potentie et actus: nec esse et essentie: nec aliqua alia compositio. Nihilominus tamē quantum ad effectum magis ostendit deus misericordiam suam in hoc mundo quam potentiam: nec iustitiam nec aliquid aliud. Quod patet: cum quotidie tot infinita peccata cōmittantur in iniuriam diuine maiestatis: tamen sustinet peccatores et prouidet eis de necessariis. ps. Deus iudex iustus fortis et patiens/nunquid irascetur per singulos dies. Sic ergo cum misericordia dei sit infinita: non limitatur nec terminatur a remissiōe peccatorū. ps. Nunquid obliuiscetur misereri deus aut conti. in ira sua misericordias suas. quasi dicerem non. Secunda ratio est propter meritum passionis christi/per quam penitentia et omnia sacramenta operantur effectus suos. Cuius passionis virtus est sufficientissima pro omnibus peccatis. j. Joa. ij. Ipse scilicet christus est propitiatio pro peccatis nostris. Non pro nostris autē tantū: sed etiā pro totius mūdi. Nec obstat quia dicitur de peccato in spiritūsanctū: qđ non remittitur/neque in hoc seculo/neque in futuro: sicut dicitur Mat. xij. quia respondetur: vt infra: in tertia parte sermonis. Nota. Totius mūdi. Quinimo etiā si essent mille mūdi sufficeret virtus passionis christi ad remissionem omnium peccatorū: quia quasi infinita est virtus illa: vtpote procedens a christo que fuit infinita/respectu psone diuine et cetera.

¶ Secūda conclusio est negatiua ex parte subiecti: que est ista quia ratiōe subiecti nunquam nullum peccatū est remissibile: quia subiectum est incapax penitentie. et hoc est in demonibus et hominibus damnatis/qui sunt incapaces gratie et consequenter penitentie: duplici ratiōe. Prima propter defectū voluntatis eorum que nō est disposita ad gratiam recipiendā: sed obstinata in malum. vnde nec volunt nec possunt benefacere: et consequēter nec penitere. Licet enim displiceat eis culpa cōmissa/et doleant de ea: non tamē dolent de ea inquantū est offen[s]a dei: sed inquātum est afflictiua ipsorum et patiuntur penam propter ipsam. Et sic de pena potius dolent quam de culpa. quinimo in culpa semper fixi remanēt. Unde Sap. v. Uidentes turbabuntur timore horribili mirabuntur in subitatiōe insperate salutis: gementes pre angustia spiritus: penitentiā agentes et cetera. Secunda ratio est: propter iustitiam diuine voluntatis/que nō vult eis gratiā conferre. Nec decet magnificentissimā iustitiam suā gratiā inuito conferre. Unde et leges quarum conditores per ipsam dei sapientiā iusta decernunt: sicut dicitur Prouerb. viij. hoc imitantes dicunt: quia inuito beneficiū non datur. Cum ergo demones et damnati nolunt gratiam dei: nec disponere se ad illam. ergo et cetera. Unde nota quia si demōes et damnati veniā a deo humiliter postularēt: profecto misericordiam cōsequerentur: quia nō obliuiscetur misereri deus nec cōtinebit in ira sua misericordias suas. ps. Et ideo eterna erit peccatorū damnatio. Nec tenenda est heresis Origenis dicentis. Omnē hominē esse saluandū: per illud. Nihil odisti eorum que fecisti. Itē dixit christum iterū passurum in aere pro diabolis

saluādis: sicut refert Glo. xxiiij. q. ij. in fine. propter qđ Origenes post mortē est ab ecclesia anathematizatus vt hereticus: vt ibidem dicitur in textu. Unde damnati habent voluntatem sic fixam et obstinatā q non possunt velle bñfacere. Vñ Mat. xxij. Ligatis manibus et pedibus mittite eū in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentium. Per manus intelligunt operationes: per pedes affectus et volūtates: que sunt adeo ligate/q nec volūt nec pñt benefacere rationibus supradictis. Et ideo damnati etiā pro peccatis venialibus eternaliter punientur: fm Tho. in. iiij. senten. rc. ¶ Tertia cōclusio est negatiua ex parte adiecti. i. ex defectu alicuius circūstantie seu conditiōis ad veram penitentiam requisite. Et est ista. Quod ex defectu alicuius circūstantie in penitentiam acquisite: peccatū aliquod est irremissibile. Requiritur autem triplex circūstātia in penitentia. Prima q dolor sit voluntarius de peccato. Qui autem nō vult dolere de peccato/non est vere penitēs. Et ideo tunc peccatum cōmissum efficitur irremissibile: et hoc est peccatum in spiritūsanctum: de q dominus dicit in euāgelio. Qui dixerit cōtra spiritūsanctū non remittetur ei/neq in hoc seculo/neq in futuro. Matth. xij. Quod Aug. intelligit de finali impenitētia. Nota de illo qui habens concubinā/confitebatur cuidam fratri nostro/qui suadebat ei vt relinqueret eam: qui noluit. Et cū frater diceret ei. Tu ibis ad infernum: Respōdit. ego volo ire ad infernū. Ista pprie fuit finalis impenitentia: et sic mortuus est: vt audiui ab eodem fratre. Nota hic de illis qui in fine vite desponsant concubinā rc. Tales si habent intentionē bonam saluantur. Si autē ideo despōsant/quia credunt mori: si autem crederent se victuros nō desponsarent: sed in cūcubinatu eas detinerēt/damnant. Et nota hic/q hec finalis impenitētia est illud quartū scelus qđ non remittit a deo propter qđ solum anima damnat. de pe. dist. j. Sup tribus. Uide in sermo. quadragesimalibus: de quattuor receptaculis animaꝝ in primo articulo de inferno. sermo. iiij. parte. vij. Secunda circūstantia penitētie est q peccator doleat de peccato inquantū est offensa dei: alias nō ē vera pnia. sicut dolet latro qñ ducit ad furcas de culpa: sz nō ingrū est dei offensa. qz paratus esset et alias grassari in latrocinio si adesset sibi peccādi copia. sed dolet de peccato ppter penaz. Jō di. j. Pe. iiij. Nemo āt vim patiat quasi homicida/aut fur/aut maledicus/aut alienoꝝ appetitor. Si āt vt chrīanus erubescat rc. Isto mō penituit Esau de venditiōe primogeniture: et ideo nō vere penituit. Qđ patet ex eo q dixit. Uenient dies luctus pris mei et occidam Jacob fratrē. Gen. xxvij. Propter q vt dicit apls Heb. xij. Esau nō inuenit locū penitentie qūuis cū lachrymis inqsisset eam. Sic etiā penituit Antiochus. de quo dicitur. ij. Macha. ix. Orabat hic scelestus dñm a quo nō esset misericordiā cōsecuturus. dolebat eñ de culpa preterita nō ppter offensam dei: sed ppter infirmitatē quā patiebatur. Tertia cirūstantia requirit in pnia q dolor ille sit cum spe venie alias non esset vera: sed desperata pnia: et ideo nō remissiua peti. talis fuit pnia Cain: q ait. Maior est iniqtas mea q̄ vt veniā merear. Gen. iiij. Hic practice historiā. Talis ēt pnia Jude pditoris q doluit de petō dicēs. Peccaui tradens sanguinē iustū: sed nō cū spe venie: qz laqo se suspēdit. Patet ergo triplex conclusio. Btūs autez Julianus licet peccauerit grauiter occidendo parentes: non tamē parricida qa ignorans fecit: penituit tñ vere qz habuit omnes tres circūstātias pdictas: qz doluit volūtarie de petō etiam q̄tum fuit offensa dei et cuz spe venie. Et io cōsecutus est per pniaz verā remissionez peti sui. et hoc est quod dicit thema. Hec eduxit: q̄uis etiā de iure ciuili licitum sit marito occidere vxorē in flagranti adulterio dphensam cū turpi psona. C. de adulterijs. l. Graccus rc. Modo videamus historiā. Hic legēdā rc. Deo grās. Amē.

¶ Item alius sermo fieri potest: cuius thema fm eam dominicā quæ currit in festo sancti Juliani: sic propone. Multi veniēt ab oriente et occidente. et recumbent cum Abraam/Isaac et Jacob in regno celorum: et prosequere sermonem sicut supra in festo Epiphanie ser. qui ab oriente rc.

¶ Incipit sermo de laude sci

entiarum: sed presertim theologie. XCIIII.

Gratias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei que data est vobis: quia diuites facti estis in illo i omi sciencia. j. Cor. j. Nota facti estis scz spe. quia ex quo studium incipit in hac ciuitate Cathanie. Jam in spe estis acquirendi omnem scientiaz. Ad quam acquirendam vt vestri animi accendantur. aliqua dicemus in presenti sermone ad laudem scientiarū ad finem glorificādi illum qui est fons et origo omnis scientie z sapientie: qui deus est: iuxta illud Eccl. j. Fons sapientie verbuz dei in excelsis. Et. j. Reg. ij. Deus scientiarum dominus est. Et non solum ipse deus est auctor omnis scientie. sed etiam ipe idem instructor. Primum probatur in primis duabus auctoritatibus. Secundum i alijs tribus. Et ipse etiā est principalis auctor scientie nostre: iuxta illud. ps. Qui docet hominem scientiam. Propter quod sapiens referens gratias deo dicit Ipse ei dedit mihi horum que sunt scientiam veram vt sciam dispositionem orbis terrarum et virtutes elementorum zc. Sap. vij. De philosophis dicit apostol⁹. Rom. j. Quod notum est dei manifestum est illis. deus eni illis reuelauit. Igitur ad laudem sui aliqua dicemus de laude scientie. Sed primo salutetur virgo zc. Pro fundamento sermonis qui est de scientia: oritur theologicalis questio.

¶ Queritur Utrum actus precipu⁹ doni scientie consistat in actione vel in consideratione. Arguitur q consistit in cōsideratione. sicut cognitio diuiratis in christo spectat ad sapientiā. Cognitio vero humanitatis in eodem spectat ad scientiam: sed cognitio humanitatis christi nō est cognitio operatiua: sed potius contemplatiua: si ergo hoc est donuz scientie videtur: q est in consideratione. ¶ In oppositum. fides sine operibus mortua est: ergo pari ratione ad scientiam: sed ipsa scientia que est donum spiritussancti non est mortua: sed gratuita. ergo videtur quod actus ei⁹ proprius cōsistat circa agenda. Et sic questio manet pro vtraqz parte dubia. ¶ Ad questionem respondendum est fm Bonauen. super. iij. sententiarum distin. xxxv. q. ij. q scientie quadruplex ē differētia. Quedaz est que consistit in intellectu pure speculatiuo. z hec est fundata supra principia rationis. et hec est sciētia acquisita de qua cunqz creatura sicut scientia humane philosophie. Quedam autem est que consistit in intellectu inclinato ab affectu: z hec est fundata supra principia fidei: que quidem sunt articuli. et nihilominus acquisita: et hec est scientia sacre scripture: quam nullus habere potest nisi saltem habeat fidem infornē. Quedam autem est que cōsistit in intellectu siue ratione in quantuz inclinat affectum ad operationem. et fundata ē supra pricipia iuris naturalis: que ordinātur ad rectitudinem et honestatez vite. z huiusmodi est scientia virtutis prudentie. Quedam est autem sciētia que cōsistit in intellectu secundum est q inclinatus: z inclinans. Inclinatus inqz a fide. et inclinās ad bonam operationem. z hec fundatur supra principia fidei. et habet ortum a dono gratie. et talis est scientia que est donum spiritussancti. Et ex hoc patet quid sit actus proprius huius doni. est eī actus eius dirigere ad agenda fm preceptiuam regule ipsius fidei cuius est dirigere ad opera misericordie. vt non tātum bona pro bonis reddat secundum q dicta lex gratie ad exemplar ipsius Iesu christi in quo fuit gratie abundantia. Et ido ad ipsam scientiam non solummodo pertinet dirigere in agendis: sed etiam ex consequēti pertinet nosse eā que sunt fidei tanquaz fundamentum sue directionis. Et vlterius nosse humanitatem christi tanquam exemplar sui regiminis. Ita q hic triplex actus couenciat ei secundum triplicem respectum. vnius videlicet respectu obiecti motiui. alter vero respectu sui fundamenti. Et tertius est exemplars excitatiui. Et quia principalis actus accipitur ex parte obiecti inest q precipuus actus doni scientie est dirigere circa actionem: secūdum q dicit August. et ostendūt rationes ad hoc inducte. et ideo sunt concedende. Et ad argumētum dicitur. q non est hic actus ipsius scie pricipalis. sed q ad principalē habz

ordinari sicut cognitio exempli: vtilis est
ad euidentiorē rei que scd'm exēplar illud
deber fieri: sequit' q actus doni sciētie est
dirigere circa actionem de qua fit sermo.
Iuxta verba preassumpta: z sic de aliis

¶ Pro declaratione thematis/z introdu-
ctione materie assumo illud verbum the-
matis: sc3. Diuites facti estis. Ex quo no
ta/q apostolus vocat scientias diuitias.
Et verum dicit. Nam pfecto scientie ve-
re diuitie sunt. Non autē consistunt diui-
tie in auro et argento: z lapidib' precio-
sis sicut vulgaris opinio hominū veneno
cupiditatis infecta mentit'. Nota hic q to
tus hic sermo diuitur in tres partes: quia
primo loquitur de scientia in generali/ vt
comphendit sapientiā et omēs virtutes.
Nam vt Socrates dicebat virtutes esse
sciētias/vt refert philosoph' in. vj. Ethi-
cor. z omīa peccata ignorātias. Quod
dictum aliqualit' verum est/vt declarat.
Tho. j. ij. q. lxxvj. arti. ij. Et puerbium cō
mune dicens: quod omīs peccator igno-
rans. approbatur p id quod dicit' Prouer.
xiiij. Errant qui operant' malum. Secun
do modo loquitur de scientia in speciali/
adaptando ipsas ad beatitudinē humanā
vsq ibi. Et predictis autē infertur. Ter-
tio loquit' specialissime de scientia theolo
gica/que est excellentior omibus aliis. vs-
q in finem. Et de qualibet parte pōt fie-
ri vnus sermo. In primo sermone accipi-
tur scientia large/in secundo stricte/in ter-
tio strictissime. Triplex autē ratio ad pro-
positum adduci potest.

Prima qz scientia satiat vberius.
Scd'a quia possidet' securius.
Tertia quia pficit felicius.

¶ Prima ratio zc. Aurum nāq z argen
tum z huiusmodi nunq homines satiant
nec quidē possunt. Nam vt ait Boe. in. ij
de ɔsolatione. Si quantas rapidis flatibus
incitus. Pontus versat harenas. Aut qt
stelliferis edita noctibus. Celo sidera ful
gent. Tantas fundit opes: nec retrahat
manū. Pleno copia cornu. Humanū mise-
ras haud ideo genus Cessat flere qrelas.
Et q̄uis Boetius hoc tacuisset: satis ta-
men inperq hoc experimento docemur.
Nam miseri hoies cōtinue circūeunt ma
re z aridam p multa pericula animarum
z corpor: vt aurū acquirant/z tamē nunq
satiant': sed semp cumulare conantur acer
uum. Baruch. iij. Qui argentū thesauri-
zant/z aurum in quo ɔfidunt hoies z nō
est finis acqsitionis eor. Ex hoc ergo pz
q in auro z argento nō ɔsistunt vere diui-
tie: ex quo nunq satiant mentem: quinmo
semp angustiant z lacerāt: ppter qd salua
tor appellat eas spinas. Luce. viij. At sci-
entia satiat aiam z dulcissime reficit. Nā
vt ait Lactanti' in. j. Nullus anime sua-
uior cibus est/q cognitio veritatis. Et ra-
tio differentie est: quia auruz z argentum
nō intrant in animā: sed scientia sic. Nota
similitudinē de famelico/qui esset in men
sa plena ferculis z nō comederet: z sitiret
z nō biberet. Sicut de Tantalo gigante
posito in inferno fingūt poete zc. Hic fa-
bulam comedens vero satiaret'. Sic in p-
posito. Aurum z argentuz non intrant in
animā hois: bene intrant z replēt capsam
z bursam. Et ideo posset potius dici bur
sa diues/q homo si aurum z argentū di-
uitie essent. Cum eīm appetitus diuitiarū
sit in anima/z aur z argentū non intrant
in animā: ideo non auferunt appetitum.
Quinimo vt dicit Iuuenalis. Crescit a-
mor nūmi qtum ipsa pecunia crescit. Et
Eccēs. v. Auarus non implebit' pecunia
Sed sciētia secus: quia residet subiectiue
in potentia anime q dicit' intellectus. Io
Aug. in. vij. d ciui. dei. Aliud inquit sunt
diuitie/aliud pecunie. Nam dicimus di-
uites sapientes/iustos bonos/quibus pe
cunia vel parua vel nulla est. Magis eīm
sunt virtutib' diuites p quas eis etiaz in
ipsis corporaliuz rerum necessitatib' satis
est quod adest/paupes vero auaros semp
inhiantes z egentes zc. ¶ Scd'a rō est:
quia scientia possidetur securi'. Nam au-
rum z argentū/z hmōi terrena/postq cū
maximis laborib' periculis et angustiis
acquisita sunt: cū magno timore possidē-
tur. Nam faciliter amitti possunt/z sepi'
amittunt' furto/vel rapina aut alia qua-
uis causa: que multiplex esse potest. ppter
q saluator in euangelio nos admonet di-
cēs. Nolite thesaurizare vobis thesauros
in terra: vbi erugo z tinea demolit': z vbi
fures effodiunt z furātur. Matt. vj. Sic
ergo hmōi false diuitie ex quo possūt/tot

casibus deperire cum magno timore pos-
sidenf. Scientie autē non sic: quia etiam
cum nudo homine remanēt ꝛ sunt accidē
tia: ita annexa subiecto ꝙ non possunt ab
ipo q̄diu durat vllatenus separari. Hoc
probatur exemplo illius phi/ qui cum oīa
exteriora bona ꝑdidisset/ ꝛ nud⁹ a patria
ꝑfugisset interrogat⁹ a quibusdā ait. Nil
ꝑdidi sed oīa mea mecū habeo/ intelligēs
de scientia que inseparabiliter sibi adhere
bat. Unde Boeti⁹ de scientijs loquens:
ait in primo car. primi libri. Ecce mihi la
cere dictāt scribenda camene. i. scientie sue
muse. Et veris elegi fletibus ora rigant.
Has saltem null⁹ potuit ꝑuincere terror.
Ne nostrum comites ꝓsequerentur iter.
Quinimmo post mortem etiam remanent
scientie in intellectu: sicut de Augustino
Thoma ꝛ alijs beatis: ꝛ etiā in damnatis.
Cum eīm cognitio particulariū cōtingen
tium post vitā istam remaneat: iuxta Lu.
xvj. Fili recordare: quia recepisti bona in
vita tua. Et Lazarus similit̄ mala. multo
magis remanet scientia/ que est cognitio
vniuersaliū ꝛ necessarioꝝ/ ꝛ ꝯsequent̄ fir
mior est q̄ cognitio ꝑticulariū: ꝙuis non
remaneat idem mod⁹ intelligendi ꝑ fan-
tasmata. q: quantū ad hunc modū intelli
gendi dicit̄ scientia nō remanere post vitā
ꝺm quē modum loquit̄ apostol⁹. i. Cor.
xiij. Siue scientia destruet̄. ¶ Tertia
ratio est. quia scientia ꝑficit felicius seu ex
altat sublimi⁹. Nulla eīm quātitas quan-
tūlibet maxima auri ꝛ argēti/ ꝛ hmōi ter-
renoꝝ potest beatū facere possidentē. Nā
nō solum beatitudinē eternā conferre nō
potest: sed nec virtutē aliquā: ꝓpter ꝙ dici
tur. Prouerb. xvij. Quid ꝓdest stulto ha-
bere diuitias/ cū sapientiā emere nō pos
sit: Quinimo pot⁹ miserum faciunt pos-
sessorem. Et ꝯsequenter valde obstant di
uitie ad virtutes acquirēdas. Propterea
optimo consilio fretus est ciuis ille theba
nus de quo Hierony. ꝛ habet̄ in decretis.
xij. q. ij. Crates ille thebanus hō quondā
ditissimus/ cum ad philosophandū athe-
nas ꝑgeret magnū auri pondus abiecit:
nec putauit se posse ꝛ virtutes simul/ ꝛ di-
uitias possidere ꝛc. Proptea dicit. Aug⁹
v. de ciuitate dei. c. xix. Felices inquit nos
vel filios vestros/ nō diuitie terrene faci-
unt. Aut nobis viuentib⁹ amittende/ aut
nobis mortuis aliquib⁹ nescimus vel for
te a quibus nolumus possidende. Nota.
A quibus nescimus. Declara ꝛc. Propte
rea dicit. Ps. Thesaurizat ꝛ ignorat: cui
congregabit ea. Et Eccl's. ij. Detestatus
sum omnē industriam meam: qua sub sole
studiosissime laboraui: habiturus heredē
post me: quem ignoro vtrum sapiens vel
stultus futurus sit/ ꝛ dominabit̄ in labo-
ribus meis: quib⁹ desudaui ꝛ sollicit⁹ fui.
Et est quicquā tam vanū: quasi diceret
nihil. Scientia vero est illa/ que confert
beatitudinē homini habenti eam. Unde
Prouerb. xj. Justi autē liberabunt̄ scien-
tia. Jtem. ps. Beatus homo quē tu eru-
dieris domine: ꝛ de lege tua docueris eū.
Propterea Dauid orabat dicens. Boni-
tatē ꝛ disciplinā ꝛ scientiā doce me. Un̄
ꝛ doctis ꝛ doctoribus alioꝝ ꝓmittitur ex
cellens glīa in vita futura. Dan. xij. Qui
docti fuerint fulgebunt: quasi splendor fir
mamenti. Et qui ad iustitiā erudiunt plu
rimos: erūt quasi stelle in perpetuas eter-
nitates. Econtra vero qui nō habent sci-
entiā reputant̄ vani ꝛ miseri: iuxta illud.
Sap. xiij. vani sunt homines/ in quibus
non subest scientia dei. Et ideo dn̄s sacer
dotem ignorantem increpat dicēs. Quia
tu scientiam repulisti repellam te: ne sacer
dotio fungaris mihi. Osee. iiij. Nota mo
raliter. Unde procedit quod laici: clerici:
sacerdotes: ꝛ omēs vitijs vacant ꝛ ribal-
darijs: nisi quia non occupant se ad scien-
tias acquirendas. Unde Esaie. v. Pro-
pterea captiuus ductus est popul⁹ me⁹:
quia nō habent scientiam. Nota. Capti-
uus a diabolo ꝛ peccatis: q: qui facit pec
catum seruus est peccati. Joan. viij. Si
ergo vacaret scientijs acquirēdis imunes
essent ab huiusmodi vitijs. Tum propter
fugam ocij/ quod est sentina omnium vi-
tioꝝ. Tum propterea amorem scientie/ q̄
sic alliceret eos quod nō cuperent carnali
bus vitijs delectari: presertim si vacarent
scientie scripture sacre. Nam vt dicit Hie
ronymus ad Paulinū. Ama scientiā scri-
pturaꝝ: ꝛ carnis vitia nō amabis. Unde
ꝛ Aurora. Jugiter hec legere meditari in
quirere nosse. Qui nisi celesti luci ciboqꝫ
frui. Et sic patet primū mediū trium ra-

tionum/quare scientie dicuntur vere diui tie. Auctoritas. Prouerbiorum. viij. Accipi te disciplinam meam: et non pecuniā. Do ctrinam magis ꝙ thesaurū eligite. Me lior est eīn sapiētia cunctis opibus preciosissimis. Et oīne desiderabile ei nō potest comparari. Item. Ps. Bonum mihi lex oris tui: super milia auri et argenti. Item Sap. vij. Proposui illam regnis et sedibꝰ. Et diuitias nihil esse dixi in cōparatione illius. Nec comparaui illi. lapi. preci. quo niā oīne aurum incomparatiōe illiꝰ are. est exigua et tan. lutum esti. ar. in conspe ctu illius. De ciuili etiam sapientia dicit iurisconsultus Ulpianus: et habetur. ff. De varijs et extraor. cogni. lib. j. Est qui dem res sanctissima ciuilis sapientia: et q̄ precio nummario nō sit estimanda. Et sic patet ratio/quare apostolus vocat scien tias diuitias dicens in themate. Diuites facti estis in omī scientia. Pro fundamen to sermonis oritur theologicalis q̄stio.

¶ Queritur vtrū donum intellectus qḋ dicitur scientie simul consistat in contem platōne creatoris et creature. Arguitur ꝙ non: sapientia et scientia differunt et sunt diuersa dona: per quod vnum eorum est cir ca temporalia: aliud vero circa eterna: er go si donum intellectus est vnum: videt quod non possit esse circa illa duo. In op positum ait magister sen. in. iij. dist. xxxv. Intelligentia nō modo de eternis est: sed etiam de rebus inuisibilibus et spirituali bus: temporaliter exortis. ergo donum in tellectus quod scientia dicit simul cōsistit in contemplatione: creatoris et creature. Et sic questio manet p vtraq; pte dubia.

¶ Ad questionē respondendū est: s3 Bo nauen. super. iij. senten. distin. xxxv. q. iij. ꝙ cognitio de deo sub ratione veri potest ha beri scḋm simplicem modū. Uno modo habetur cognitio de deo per simplicem as sensum. Alio modo p rationis adminicu lum. Tertio modo per simplicem cōten tum. Primum est virtutis fidei/cuius est assentire. Scḋm est doni intellectus/cu ius est p rationez abscondita intelligere. Tertium est beatitudinis mundicie cor poris/cuius est deum videre: quoniā er go rationes sm quas iuuamur ad credita intelligenda/accipiant non solum a condi tionibus creature spiritualis: que inter creaturas primiore habet assimilationez ad creatorem. Hinc est quod donū intel lectus cuius actus est in contemplatione summi veri eterni p lumen/quod nō so lum facit assentire: sed etiam p congruas rationes credita intelligere: non solum at tenditur in contemplatione creatricis es sentie: sed etiam spiritualis creature: et ex hoc patet quis sit actus: et obiectum p prium ipsius doni intellectus: quoniā ob iectum eius est ipsum verum eternum/in quātum intelligibile nō solum secundum proprias conditiones: sed etiam scḋm quod proprietates creaturarum sibi similiū secundū quod dicit magister in littera: actus vero eius est contemplari ipsum verū creditū: vt deuotius credatur: et ardentius diliga tur: et ita donum intellectus cōsistit in cō templatione rationalis creatoris et spiri tualis creature: sicut ostendunt rationes que ad istam partem sunt inducte. Et ad argumentuz dicitur qḋ donum scientie et sapientie distinguūtur: quia hoc est circa temporalia: et illud circa eterna etc. Iam patz responsio: quia non est simile: sapien tia eīn negotiat circa eterna/secundum ra tiōes eternas. scientia vero circa creata: se cundū rationes creatas: et quia habent di uersa obiecta secundū rationē merendi et dirigendi/hinc est quod sūt dona diuersa. Intellectus vero siue circa creaturā/siue circa creatorez negotietur. semp refert ad rationes eternas/ad quas per creaturas etiā eleuat cōtemplandas. Et iō vnū solū donuz est quāuis illa sunt plura: et ex hoc colligi potest/qḋ donuz intellectꝰ ē infra sapientiā et supra scientiam: de qua fit ser mo: iuxra v̄ba preassumpta: et sic de alijs.

¶ De eodem. Sermo. XCV.

Sed vt hācra tionem vltimam latius psequa mur: videlicet quomodo scien tia faciat hominem beatum seu felicem: est notandum qḋ sm sententiam theolo

torum et philosophorum eorum qui recte senserunt: beatitudo hominis in dei cognitione consistit: non autem in diuitijs: non in fortitudine: non in dignitate: non in voluptatibus: nec in honore. Auctoritas veteris testamenti. Hieremie.ix. Non glorietur sapiens in sapientia sua. Et nõ glorietur fortis in fortitudine sua: et non glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur/qui gloriatur scire et nosse me: quia ego sum dominus. Ad idem auctoritas noui. Joan.xvij. Hec est autem vita eterna: vt cognoscant te solum verum deum. Et quẽ misisti Jesum christum. Sicut autẽ tangit Thomas in quarto cõtra gentiles in principio: potest de eo et de diuinis triplex haberi cognitio: ad quarum quamlibet scientia hominem disponit: manuducit et instruit.

Prima est cognitio p rationẽ naturalẽ: et hec est bona.

Scda est p reuelationẽ diuinalẽ: et hec est melior.

Tertia est p visionem supernalẽ: et hec est optima.

In primis tamen duabus cognitionibus consistit non pfecta beatitudo hominis: sed imperfecta. In tertia vero pfecta: vt pbat Tho.in.iij.ptra gẽtiles.c.xxxvij.

¶ Prima ergo cognitio habetur/per medium creaturarum ex quarum cognitione deuenitur ad cognitionem dei demonstratione: quia sicut per effectus ad causam. Declara hoc sicut scripsi in sermone d articulis fidei sermone octauo/vbi agit de articulo primo fidei: videlicet de vnitate dei parte.j. Auctoritas. Rom.j. Inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur sempiterna quoque virtus eius et diuinitas. Item Sap.xiij. A magnitudine enim speciei creature cognoscibiliter poterit horum creator videri. Hãc ergo cognitionem dei sine hunc modum cognoscendi deũ instruit nos scientia metaphysice. Huic autem scientie metaphysice omnes alie scientie et liberales artes humanitus adinuente deseruiunt. Videamus quomodo. Et pmo quidẽ deseruit philosophia naturalis. Vide Augusti. in tertio de doctrina christiana. Nam medium huius cognitiõis diuine que habetur per metaphysicam sumitur a creaturarum cognitione vt dictum est. Creature autem tunc perfecte cognoscũtur cum earum nature et cause percipiuntur quia vt dicit philosophus. Tunc vnum quodque scire arbitramur cum eius causam cognoscimus: quia obiectum intellectus est qd quid id est rei essentia. vt dicit in tertio de anima. Ideo ad huius diuine cogitationis habendam noticiam necesse est scire naturas rerum et earum diffinitiones seu causas. Quia etiam ad vacandum huic speculationi: requirit valitudo corporis: quia alias fantasia non esset apta ad formandum fantasmata per que intellectus passibilis intelligit etc. Ad hec autem deseruit medicina: que subalternatur philosophie naturali. Secundo deseruit et philosophia moralis. Nam ad cognitionem dei nõ potest homo pertingere: nisi mẽte purgata a vitijs et voluptatibus: quibus infectus animus hominis non solum de deo sed nec de creaturis cognitionem perfectã habere potest: quia vt dicit Boe.

Nubibus atris Cõdita nullum
Fundere possunt Sidera lumen

Ideo consulens subdit.

Tu quoque si vis Cernere verum.
Tramite recto Carpere callem.
Gaudia pelle. Pelle timorem.
Spemque fugato. Nec dolor adsit.

Et subdit rationem dicens.

Nubila mens est Vinctaque frenis.
Hec vbi regnant. Ad hanc autem purgationem animi per bonos mores et virtutes deseruit nobis philosophia moralis quam tractat Aristoteles in ethica. Ideo dicit Augustinus in octauo de ciuitate dei. quod propterea Socrates vniuersam philosophiam ad componendos corrigendosque mores flexisse memoratur: cum ante illum omnes magis physicis id est naturalibus rebus pscrutandis operam maximam impenderint: quia scilicet primas atque summas causas rerum: quas non nisi in vnius veri ac summi dei voluntate esse credebat non putabat nisi mundata mente posse pprehendi. Et ideo purgãde bonis moribus vite censebat instãdũ. vt de

primentib⁹ libidinib⁹ exoneratus animus
naturali vigore i eterna se attollere naturã
q̃ corporei ⁊ imutabilis luminis: vbi cau
se omniũ factarum naturarũ stabiliter vi
uit intelligẽtie puritate ꝯspiceret. Hec il
le. Tertio huic cognitõni diuine deseruit
economica hoc modo. Quia eñ debitores
sumus etiam proximis nostris quos sicut
nos diligere iubemur: iuxta illud Ecci. x-
vij. Deus mandauit vnicuiq; ð proximo
suo. Et Matth. xxij. Diliges proximum
tuuȝ sicut teipsum. Et Terenti⁹. Homo
sum ⁊ nihil humani a me alienum puto.
Unde ⁊ phs in. ix. Ethi. dicit: q̃ amicabi-
lia que sũt ad amicos: videt̃ venire ex his
que sunt ad seipsum. Ex quo dicto colligi
tur q̃ illa debemus velle amicis que ⁊ no
bis. ideo ad hanc purgationẽ mentis que
habetur per virtuosam vitam debȝ homo
diligere etiam proximos suos: vt possint
esse capaces/ etiam ipsius diuine cognitio
nis. Debet autem homo facere precertim
erga illos quorum curam gerit: quia ali-
ás cõtra ius federis humani faceret. Uñ
dicitur. j. Tim. v. Si quis suorum ⁊ maxi
me domesticorũ curam non habet/ fidem
negauit: ⁊ est infideli deterior. Potest aũt
hic habere curam aliorũ dupliciter. Uno
modo tanq̃ persona priuata: sicut pater-
famili. domus. ⁊ sic tenetur homo habere
curam familie sue/ ⁊ diligenter ipsam ver
bo ⁊ exemplo instruere ⁊ prouidere vt per
virtuosam viam incedat. Et ad hoc deser
uit economica/ que est vna pars philoso-
phie moralis. Alio modo homo potest ha
bere curam aliorum tanq̃ persona publi-
ca: sicut est princeps vel rector ciuitatis. ⁊
sic debet habere scientiam gubernãdi rem
publicam: vt ciues virtuosi viuant. Et ad
hoc Quarto deseruit politica que est etiã
alia pars philosophie moralis. Huic autẽ
politice subalternat̃ scientia iuris canoni-
ci ⁊ ciuilis. Cuius precepta sunt hec. Ho
neste viuere: alterum nõ ledere: ius suum
vnicuiq; tribuere. Insti de iusti. ⁊ iur. in
princi. Quinto deseruiũt huic cognitiõi
diuine etiam artes liberales. Primo qui-
deȝ grammatica. Quia enim ad p̃dictas
scientias agnoscendas/ quibus manuduci
mur ad dei cognitionem: indigemus auxi
lio doctorum qui predictas scientias con-
scripserũt. Non eñ sufficeremus ex nobis
ipis ad oia p̃dicta inueniẽda ⁊ cognoscen
da: eo q̃ vita breuis/ ars vero longa. iõ ne
cessariũ est nobis legere libros eoꝝ/ ⁊ con
sequẽter eoꝝ idioma intelligere/ in q̃ illas
scias tractauerũt. Quia aũt idioma eoruȝ
fuit in grãmatica: iõ oportȝ scire grãmati-
cã. Tum ꝓpter intelligẽdos libros eoꝝ. tũ
etiã ꝓpter cõicandã scientiã nostraȝ aliis.
Uñ grãmatica dicit̃ sciẽtia recte loquẽdi
atq; scribendi. Scdo huic diuine cognitio
ni deseruit dialectica. Nã in cognoscẽdis
⁊ capescendis p̃dictis scientiis sunt multe
difficultates ⁊ obscuritates. Tũ ꝓpter mo
dicitatẽ intellect⁹ nr̃i: qui vt ait phs: ita
se habȝ ad manifestissima in natura: sicut
oculus noctue ad sol̃e. Tũ etiã ꝓpter diffi-
cultatẽ rerum in seipsis. Propter quod dt
Salomon Eccs. j. Cuncte res difficiles
nõ põt homo eas explicare s̃mone. Et in-
de videm⁹ q̃ multi philosophi antiqui in
multis errauerũt/ ⁊ cõtraria inter seipsos
senserũt. vt Aug. refert. xviij. de ciui. dei.
⁊ ꝓpter hoc etiaȝ fortasse Socrates tedio
rerum obscurarũ philosophiã vniuersam
ad corrigẽdos cõponẽdosq; mores flexisse
memorat̃: vt dicit Augu. viij. de ciuit. dei.
Ideo ne possim⁹ faciliter decipi tam a no
bis q̃ ab aliis/ ne accipiam⁹ falsuȝ ꝓ vero
⁊ ecõuerso. Ideo necessariũ est nobis ha-
bere modũ cognoscendi/ arguẽdi/ ⁊ discer
di verũ a falso: ⁊ ad hoc deseruit dialecti-
ca: q̃ sicut dicit Aug. plurimũ valet in dis
soluendis q̃stionib⁹ etiam sacre scripture:
tũ ibi cauenda est libido rixandi/ ⁊ pueri-
lis quedam ostentatio decipiẽdi: sicut ple
riq; insipientes delectantur. Contra quos
dicitur Ecci. xxxij. Qui sophistice loquit̃:
odibilis est. Tertio deseruit etiam Rhe-
torica. Quia eñ ad dirigẽdos ꝓximos no
stros ad beatitudinem istam que ꝯsistit in
cognitione dei: vt dictũ est ⁊ ad purgatõȝ
animi: indigem⁹ aliquib⁹ rationib⁹ ꝑsuasi
riis. ideo ꝯsequenter indigem⁹ aliqua sci-
entia ad ꝑsuadendũ eis ⁊ trahẽdũ eos dul
citer ⁊ affabiliter: ad hoc quia nõ violẽtia
sed beniuolentia trahendi sunt ad salu-
tem: iuxta illud Apostoli. Non ex tristi-
tia/ aut ex necessitate: hilarem enim dato
rẽ diligit deus. ij. Cor. ix. Coacta eñ ser-
uitia nõ placent deo. Ad hoc aũt deseruit

rhetorica. Unde et docto. antiqui eloquenter libros conscripserunt: ut non solum instruerent intellectum: sed etiam legentium affectum attraherent psuasionibus rhetoricis. Nam ut ait Augu. in. iiij. lib. de doct. christiana in prin. Cum sit in medio posita facultas eloquij que ad persuadenda seu praua seu recta plurimum valet: cur non bonorum studio comparatur ut militet veritati: si eam mali ad obtinendas peruersas vanasque causas in usus iniquitatis et erroris usurpant etc. Quarto deseruit musica que est scientia delectabilis. Quia enim mens nostra corpori unita, non potest semper et continue vacare hmoi contemplationibus diuinis: propter humanam fragilitatem. ideo expedit ut quandoque interponantur alique occupationes delectabiles et honeste: quibus animus refocatus possit fortius contemplationes illas resumere. et idcirco adinuenta est musica: ne alias tedio torperemus aut vacaremus ocio: quod est sentina omnium vitiorum. Et etiam forte ratione ut animus noster ex melodia musica si attrahetur ad deuotionem/et subleuaretur ad diuina. Unde et in officiis ecclesiasticis sacri doctores instituerunt etiam melodias musicales: que valde deseruiunt contemplationi et deuotioni audientium. Unde de Augu. legimus quod flebat uberrime in hymnis et canticis suaue sonantis ecclesie vocibus vehementer affectus. Et de Cecilia legitur quod cantantibus organis Cecilia in corde suo: soli domino decantabat dicens. Fiat domine cor meum immaculatum ut non confundar. Item David sonando psalterium/eleuabatur ad contemplandum deum/et spiritusancto adeo replebatur ut tunc prophetaret. Et alibi legitur quod ipso pulsante citharam quiescebat Saul a vexatione spus mali. j. Reg. xvj. Ideo hic potes etiam dicere si expedit quod poete fingunt de Orpheo: et tangit Boetius in. iij. de consolatione etc. Quinto deseruit Astronomia: ad cognitionem enim dei non solum manuducit consideratio et cognitio creaturarum inferiorum que sunt sub celo: que habetur per philosophiam naturalem: ut dictum est supra: sed etiam maxime deseruit et manuducit cognitio corporum celestium. i. celorum: planetarum: et syderum et cursus earum. in quorum proprietatibus et motibus: maxime cognoscitur mirabilis et ineffabilis ordo diuine sapientie. Ad hoc autem deseruit Astronomia. De Astronomia seu astrologia dicit Aug. in. ij. de doctrina christiana: quod quamquam nihil adiuuat ad intelligentiam diuinarum scripturarum: et infructuosa intentione plus impedit. Hec etiam scientia hodie abijt in desuetudinem sicut dicit Gratian. xxxvj. q. ij. c. Sors. Sexto deseruit Arithmetica Nam astronomia perfecte haberi non potest: nisi sciantur positiones numerorum quos docet Arithmetica. Et ideo oportet hanc scire/quasi viam ad illam. Septimo deseruit Geometria eadem ratione qua et Arithmetica. Astronomia enim non potest perfecte sciri/nisi agnoscantur dimensiones siue mensure et quantitates rerum: et cognoscantur quantitates astrorum: et distantias siderum et cursus eorum/et ad hoc deseruit Geometria. De Arithmetica Geometria et Musica. dicit Hierony. sup epistolam ad Titum quod quamuis contineant veritatem/tamen non sunt scientie pietatis: et habetur in decret. xxxvij. dist. Si quis gramaticam. Ex predictis ergo patet: quod omnes scientie et artes liberales manuducunt hominem ad cognitionem dei: in qua beatitudo humana consistit quamuis diuersimode: quia quedam immediate sicut est metaphysica: quedam vero mediate sicut alie scientie et artes. Fiat ergo ratio formalis sic. Illa per que manuducitur homo ad beatitudinem faciunt hominem beatum/saltem per modum cause instrumentalis dispositiue. Sed scientie manuducunt hominem ad cognitionem dei/que est btitudo humana: ergo etc. Patet conclusio. ¶ Secunda vero cognitio de deo habetur per reuelationem diuinalem: et hec est melior et perfectior: quia melior et perfectiori medio innititur quam prima: quia prima innititur medio creature/per cuius cognitionem quasi per quandam scalam ascendit homo ad cognitionem creatoris: ut dictum est. Hec autem cognitio innititur medio creatoris reuelantis. Nec potest ista cognitio siue iste modus cognoscendi deum naturaliter haberi ab homine: et hec sunt ea que sunt fidei. Da exemplum de trinitate personarum: de incarnatione seu eucharistia: et alijs articulis fidei: ad quorum cognitionem ex puris naturalibus non potest homo pertingere: quia

transcendūt limites rōnis hūane. Vñ nec Anaxagoras: nec Pythagoras: nec Plato. nec Aristotiles: nec alij phī ptigerunt ad hunc modū cognoscendi deum. Habetur em̄ solum ex dei reuelatione: iuxta illō Rom. x. Fides ex auditu: auditus autē p verbū christi. Item Esa. vij. Nisi credideritis non intelligetis: fm aliam litteram. Propterea dicit Apl̄us. j. Cor. ij. Loquimur dei sapientiā: quā nemo principum huius seculi cognouit. Glosa. i. phor. Et subdit. Nobis autē reuelauit deus p spiritum suū. Ad idem. j. Cor. xij. Nemo pōt dicere dñs Jesus/ nisi in spiritusctō. Itez Baruch. iij. Uiam sapientie nescierunt: neq3 cognouerūt semitas eius. Reuelasset autē eis deus: si intellectū ꝓpriū dei imperio subiugassent. Sed ꝓpter superbiam eoꝝ obcecati fuerūt. Nam vt dicit apl̄us. Cum deū cognouissent: scz quantū ad rationes naturales: vt p primā cognitionē: ꝛ hanc habebāt phī: non autē scdam. Et ideo nō sicut deū glificauerūt/ aut gratias egerunt: sed euanuerūt in cogitationibus suis. Et obscuratū est insipiens coꝛ eoꝛuz. Dicentes em̄ se esse sapientes stulti facti sunt: ꝛ mutauerunt gliam incoꝛruptibilis dei/ in similitudinem imaginis coꝛruptibilis hominis: ꝛ volucrum ꝛ quadrupedū/ ꝛ serpentiūz ꝛc. Ro. j. Hec ergo cognitio dei: q̄uis naturaliter haberi nō possit: tñ necessaria est ad salutem: iuxta illud apl̄i. Heb. xj. Opoꝛtet accedentē ad deum credere ꝛc. Et ibidem. Sine fide impossibile est placere deo. Hanc autē cognitionē docet nos sciētia theologie/ que est longe excellentioꝛ ꝛ nobilioꝛ alijs scientijs ꝛc.

¶ Tertia cognitio dei habeꝫ p visionem. Et hec habebiꝫ in patria/ quādo videbimus eum sicuti est. j. Joan. iij. Et hec est optima. Unde Apl̄us. j. Coꝛ. xiij. Ex parte em̄ cognoscim⁹: ꝛ ex parte ꝓphetamus: cum autē venerit quod perfectuz est euacuabiꝫ quod ex parte est. Et infra Uidemus nunc p speculū in enigmate: tūc autē facie ad faciem. Ad hanc autē cognitionē dei pfectam oꝛdinatur homo: ꝛ manuducitur p scientiā theologie: que ꝓpter hoc instituta est a deo/ vt illa mediāte saluemur: iuxta illud. Jo. vlt. Hec autē scripta sunt vt credatis: quia Jesus est fili⁹ dei/ et vt credentes vitam habeatis in noīe ipsi⁹: et sic de scda cognitione que habeꝫ p reuelationē transferꝫ homo ad hanc tertiā q̄ habetur p visionē: iuxta illud apl̄i. ij. Coꝛ. iij. Nos vero om̄es reuelata facie gloriā dñi speculantes/ in eandē imaginē transformamur a claritate in claritatē: tanq̄ a dñi spiritu. De hac triplici cognitione habeꝫ vna auctoꝛitas. Job. xxvj. Ecce hec ex parte dicta sunt viaꝝ eius: ꝛ cū vix paruam stillam sermonū eius audierim⁹: q̄s poterit tonitruū magnitudinis ei⁹ intueri: Quaz auctoꝛitatē sic exponit Tho. in. iiij. contra gentiles in princi. q̄ dicit. Ecce hec ex parte dicta sunt via ꝝ eius. ad p̄mā ptinet: quia p vias creaturarū in dei cognitionē noster intellectus ascendit. Et q2 has vias impfecte cognoscim⁹ recte adiūxit ex parte. Ex pte em̄ cognoscim⁹: sicut apl̄us dicit. j. Coꝛ. xiij. Quod vero subdit. Et cum vix paruā stillā sermonū eius audiuerim⁹. Ad scdam cognitionē pertinet/ put diuina nobis credenda p moduz locutionis reuelanꝫ. Fides em̄ vt dicitur. Rom. x. Est ex auditu/ auditus autē per verbum dei. De quo etiā diciꝫ. Joā. xvij. Sanctifica eos in veritate: sermo tu⁹ veritas est. Sic igiꝫ quia reuelata veritas ō diuinis nō videnda: sed credenda ꝓponiꝫ recte: dꝫ Audiuim⁹. Qr p̄o hec impfecta cognitio effluit ab illa pfecta cognitiōe/ q̄ diuina veritas in seipsa videꝫ/ dum a deo nobis mediantibꝫ angelis reuelaꝫ: qui vident faciem patris: recte noīat Stillam. Unō ꝛ Joel. iij. diciꝫ. In die illa stillabūt mōtes dulcedinē. Sed quia nō om̄ia mysteria/ que in prima veritate visa angeli ꝛ alij btī cognoscūt: sed quedā pauca nobis reuelanꝫ: signanꝫ addidit. Paruā. Diciꝫ em̄. Ecc̄i. xliij. Quis significabit eū: sicut est ab initio. Multa abscondita sunt maioꝛa his: pauca em̄ vidim⁹ operū eius. Et dñs discipulis dicit Joā. xvj. Multa habeo vobis dicere: que nō potestis poꝛtare modo. Hec etiā pauca que nobis reuelantur sunt/ quibusdā similitudinibꝫ ꝛ obscuritatibꝫ verboꝝ nobis ꝓponunꝫ: vt ad ea q̄ꝫ capienda soli studiosi ꝑuenīāt. Alij p̄o quasi occulta venerenꝫ/ ꝛ increduli lacerare nō possunt. Unō dicit aplus. j. Coꝛ. xiij. Uidem⁹ nunc p speculū in enigmate,

Signanter addidit vix: vt difficultas ostēderet. Quod vero subdidit. Quis poterit tonitruū magnitudinis eius intueri: ad tertiā cognitione ptinet: q2 prima veritas cognoscet non sicut credita: sed sicut visa. Videbimus em̄ eum sicuti est: vt dicit .j. Joā.iij. Unde dicit Intueri/nec aliquid modicuz de diuinis mysterijs pcipiet: sed ipsa maiestas diuina videbit ₇ ois bonorū pfectio. Unde dn̄s ad Moysen dixit. Exo.xxxiij. Ego ostendā om̄e bonuz tibi. Recte ergo dt Magnitudinis. Non autē ponetur veritas hominis aliquib9 velaminib9 occltata: sed oino manifesta. Un̄ dn̄s discipulis suis dicit. Joā.xvj. Venit hora cū iam nō in puerbijs loquar vobis: sed palam de patre annūciabo vobis. Signanter ergo dicit Tonitruū: ad manifestationē insinuandā. Hec Tho. vbi supra. Ex predictis autē infert/q scientia theologie p quam habet scda cognitio dei: de qua supra: longe est excellentior q̄ metaphysica: ₇ mlto magis q̄ alie scientie ₇c. Deo gratias. Amen.

Finis sermonū de Sanctis eximii

Concionatoris F. Petri Hieremie sicilliensis predicatoꝝ ordinis/quos gallice pubis negligētia adeo priori excusione corruperat: vt nō satis sit estimare/ ne illi maius fuerit Petri Hieremie scripta depravādi studiū: an suis erroribꝫ ingenia studiosoꝝ eludendi. vtcūq₃: nos tantū pro virili corruptiōi tollende insudauim9: q̄tum ingenij penuria sinebat: vt imp̄mis allegata cū veterꝫ nouiq₃ instrumēti tū iuris canonici ₇ ciuilis ac Hieronymi Augustini q₃ dicta: ertiā vba a grāmaticali lege ₇ ordine deuiātia restituerēt: vt oia nūc planiora ₇ lucidiora diligēs lector cognoscere possis. Si tn̄ adhuc aliqua suberūt veterꝫ vestigia mē de: cogitare debebis casu non studio actitatū: ne meñs tua securitate marcescat: nobis certe voluisse sat est: cū venatorē aliquas non om̄es capientē feras fortuita cōmendet industria. Imprimebat itaq₃ hos sermōes D. Joāne Rynman de Oringaw expensas impendente: cura ₇ labore suo Henricus Gran: in oppido Hagenaw: mense Septembri. Anno salutis. M.D.XIIII.

